UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lukianu Hapanta

Lucianus <Samosatensis>

Basileæ, [1619]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1433

Visual Library

C. Clausen.
Thalf. 1828.

J. G. Clausen
1790

9 1
4046

LVCIANI
SAMOSATENI
OPERVM

Tomus II.



Cum
GILBRTI COGNATI
ET
IOANNIS SAMBVCI
Annotationibus:

Quas ad calcem vniuſcuiuſque DIALOGI adiectas, correctiores & locupletiores reperies.

BASILEAE.

1791



DEORVM
Dialogi.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ Ερμοῦ.

IOVIS ET MERcurij.

Iacobo Micyllo interprete.

IVPITER.

Ἦν τοῦ Ἰνάχου παῖδα τὴν καλὴν οἶσθα, ὦ Ερμῆ; Ερ. ναί. τὴν Ἰὼ λέγεις Ζ. οὐκ ἔτι παῖς ἐκείνη ἐστὶν, ἀλλὰ δάμαλις. Ερ. τράσιον τοῦτο. τῷ τρόπῳ δ' ἐναλλάγη; Ζ. ζηλοτυπήσασα ἡ Ἡραμετέβαλεν αὐτήν. ἀλλὰ καὶ καινὸν ἄλλό τι δεινὸν ἐπιμεμηχάνηται τῇ κακοδαίμονι. βουκόλον τινὰ πολυόμματον Αργον τοὔνομα ἐπέστησεν, ὃς νέμει τὴν δάμαλιν, ἄϋπνος ὤν. Ερ. τί οὖν ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν; Ζ. κα-

Llā [a] *Inachi puellā pulchram nosti, Mercuri?* ME. *Etiam. Io dicis.* IVP. *Non amplius puella ista est, sed iuuenca.* MER. *Monstrosum hoc.* [b] *Quomodo mutata est?* IVP. *Zelotypia mota Iuno transformauit ipsam. Sed & nouum aliud quoddam malum insuper excogitauit. Infelici illi bubulcum quendā multioculum, Argum nomine, custodem addidit, qui iuuencam pascit, insomnis ac peruigil ipse existes.* MER *Quid igitur nos oportet facere?*

Ζ. καταπτάμενος ἐς τὴν Νέμεαν (ἐκεῖ δέ που ὁ Αργος βουκολεῖ) ἐκεῖνον μὲν ἀπόκτεινον: τὴν δὲ Ἰὼ δὰ τοῦ πελάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν, ἴσιν ποίησον. καὶ τὸ λοιπὸν ἔστω θεὸς τοῖς ἐκεῖ, καὶ τὸν Νεῖλον ἀναγέτω, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας.

IVP. Deuolans [c] in Nemeã syluam (illic alicubi Argus pascit) illum quidem interficito: ipsam verò Io per pelagus in Aegyptum abducẽs, Isim facito, & decæterò [d] pro deo ab incolis habeatur, [e] Nilumq; attollat, & ventos immittat, & prætereà nauigantes seruet.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a INACHI puellam.] *Io, iuxta poëtas, Inachi filia fuit: quam à Ioue compressam, Iuno in iuuencæ formam conuertit, eiq; præfecit Argum exploratorem: quem ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus ornatum. Deinde interfecto Argo à Mercurio, Io œstro ita in furorem acta est, vt se in mare præcipitauerit: quod ab ea Ionium dicitur. Sed cùm hæc tandem in Aegyptum, Mercurij ductu, peruenisset, Isis est. Quam fabulam in primis Lucianus hic, & in Nothi & Zephyri dialogo est executus.* b Quomodo mutata est.] *in Græco τῷ articulus ponitur interrogatiuè pro, τίνι.* c In Nemeam syluam.] *Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, in qua leonem fertur occidisse Hercules.* d Pro Deo ab incolis habeatur.] *Isis multa credebatur curare valetudinum genera, cuius etiam tutelæ commissi erant nauigantes. Quibus nominibus eius sacra obijt Delia peregrè mari Tibullo profecturo:* Quid tua nunc Isis tibi Delia. ? e Nilum.] *Aegypti fluuium, qui atiollitur circa æstiuum solstitium mirum in modum.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Ἐξηγητικὸς καὶ προστακτικός.

Inachiden narrat formam traxisse iuuencæ
Iuppiter, ob zelum coniugis arte noua.
Vt quoq; custodem dederit polyommata Argum:
Quem priuat vita postea Mercurius.

ILLAM Inachi puellam.] ἐρώτησις. Etiam] ἀπόκρισις & asseueratio. Zelotypia mota.] Διήγησις τοῦ πράγματος. Sed & nouum.] ὁ τρόπος, αἴτιον καὶ ἄλλο μέρος. Et decæteró] II. pars προστακτική, per enumerationem.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ καὶ Ἑρμοῦ.

NEPTVNI ET Mercurij.

Eodem interprete.

NEPTVNVS.

ἔστιν, ὦ Ἑρμοῦ, νῦν εὐτυχεῖν τῷ Διΐ; Ἑρ. οὐδαμῶς, ὦ Πόσειδον. Ποσ. ὅμως προσάγγειλον αὐτῷ. Ἑρ. μὴ ἐνόχλει, φημὶ, ἄκαιρον γάρ. ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι. Ποσ. μῶν τῇ Ἡρασώνεσιν; Ἑρ. οὐκ, ἀλλ' ἑτροῖόν τί ἐστι. Ποσ. συνίημι. ὁ Γανυμήδης ἔνδον. Ἑρ. οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτός. Ποσ. πόθεν, ὦ Ἑρμοῦ; δεινὸν γὰρ τοῦτο φῄς. Ἑρ.

LIcétne, Mercuri, conuenire Iouem nunc? MER. Nequaquam, Neptune. NEP. Attamen intrò renuncia de me ipsi. MER. Ne molestus sis, inquam. Importunũ enim hoc: quare nõ poteris ipsum videre in præsentia. NEP. Num igitur cum Iunone concumbit? MER. Non, sed diuersum quiddã est. NEP. Intelligo, [a] Ganymedes intus est. MER. Neque hoc: sed ipse infirmus aliquantulum est. NEP. Vnde hoc, Mercuri? Nescio enim quid graue narras.

Ερ. ἀσχύομαι ἔγωγε, τοιοῦτόν ὄν. Πο. ἀλλ' ἔχει τι σοὶ θεόν γε ὄντα. Ερ. τίνος ἀρ. τίος, ὦ Πόσειδον. Πο. ἄπαγε. τίκτει ἐκείνος ἐκ τίνος; ἦ ἐπιλήθῃ ἡμᾶς ἀνθρώπους ὄντας; ἀλλ' ἔστι σημανεῖ σοι ὅτου ἔχεις ἄρα ὄγκον τινά. Ερ. οὐλίγος. ὁ γὰρ ἐκείνη ἔχει τὸ ἔμβρυον. Πο. οἶδα. ἐκ τῆς Ιφαπλῆς ἔτικεν ἄνθις, ὥσπερ πάλαι Αθηνᾶν. ἔκαθλα γὰρ πάλαι Ιφαπλοῦν ἔχει. Ερ. ὄπ. ἀλλ' ἐν τῷ μηρῷ ἐκείνη τὸ ἐκ τῆς Σεμέλης βρέφος. Πο. οὐκοῦν ὁ γυναῖος, ὡς ὅλος ἡμῖν ἐυφορεῖ, καὶ παυσάχθω τῆς σώματος; ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐσί, Ερ. θηβαία, τῶν Καδμείων θυγατέρων μία. ταύτη συνελθὼν ἐγκύμονα ἐποίησεν. Πο. ἔπειτα ἔτικεν, ὦ Ερμῆ, αὖθ' ἑκάστης; Ερ. καὶ μάλα, καὶ παράδοξον εἶναί σοι δοκεῖ. πάλαι γὰρ Σεμέλῃ ὑπεκθεῖσα ἡ Ηρα, (οἶσθα γὰρ ὡς ζηλότυπός ὄν) πείσᾳ

MER. *Pudet dicere, tale quidpiam est.* NEP. *At nihil eo tibi opus est apud me,* [b] *patruus vtique cùm tibi sim.* MER. *Peperit paulò antè, Neptune.* NEP. *Apage. An peperit ille? Ex quo? Itaque tulit ille nos* [c] *Hermaphroditus existens? At* [d] *neque veteres eius tumorem aliquem præse tulit.* MER. *Rectè dicis: neque etiam ille partum intra se habebat* NEP. *Noui, rursum ex capite peperit scilicet,* [e] *quemadmodum & Mineruam. habet enim ille caput quoddam puerperum.* MER. *Neque illud, sed* [f] *in femore gestauit partum illum, videlicet ex Semele receptum.* NEP. *Euge generosus, vt ille totus nobis, & ex omni parte corporis imprægnando idoneus atque fœcundus est. Sed quænam* [g] *Semele ista est?* MER. [h] *Thebana mulier,* [i] *ex filia Cadmi vna. Huic congressus prægnantem eam reliquit.* NEP. *Deinde verò ipse pro illa peperit?* MER. *Atque admodum, etiam si tibi alienum ac mirum videatur. Nam* [k] *Semelen dolis aggressa Iuno,* ([l] *nosti autem vt sit zelotypa hæc*) persua-

ἐπείθει αἰτῆσαι πρὰ τοῦ διὸς, μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἥκειν παρ' αὐτήν. ὡς δ' ἐπείσθη. καὶ ἧκεν ἔχων καὶ τὴν ἡβαυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος. καὶ ἡ Σεμέλη δὴ διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός. ἐμὲ δὲ μελεύει ἀνατεμόντα τὴν γαστέρα τῆς γυναικὸς, ἀνακομίσαι ἀτελὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον. καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὴν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀπρτελεσθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκεν αὐτὸ, καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. Ποσ. νῦν οὖν ποῦ τὸ βρέφος ἐστίν; Ερ. ἐς τὴν Νύσσαν ἀπεκομίσας, παρέδωκα ταῖς νύμφαις ἀνατρέφειν, Διόνυσον ἐπονομασθέντα. Πο. ἐκεῖν ἀμφότερα τοῦ Διονύσου τούτου καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ὅ δὲ ἔστιν; Ερ. ἔοικεν. ἄπειμι δ' οὖν ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων, καὶ τἆλλα ποιήσων, ὅσ' ἂν νομίζηται ὥσπερ λεχοῖ.

persuadet illi vt petat à Ioue quò cum fulmine ac fulgure ad se veniat. Quæ quum verbis huius inducta credidisset, venissetq́ Iupiter fulmen secum portans, conflagrauit tectum, ipsaq́ Semele ex igne perijt. Me autem iubet Iupiter, vt incisa illius aluo, [m] partum ad se afferam, imperfectum illum quidē adhuc, & [n] intra septimū mensem conceptū. Quod vbi fecissem, ille dissecto fœmore suo, intrò illū recipit, vt ibi perficeretur. Atq́ ita iam tertio postquam factum illud est mēse, denuò illum peperit, & nunc ex doloribus aliquantulùm languidus est. NEP. Vbi igitur infans ille iam est? ME. [o] In Nysam hinc ablatū, tradidi illum Nymphis enutriendum, [p] Dionysium cognominatū. NEP. Ergo vtrunque, Dionysij huius & pater & mater ille est. ME. Ita videtur. Abeo igitur, vt illi [q] aquā ad vulnus afferam, ac cætera, ea quæ ex more atque consueto fieri solent, quasi puerperæ procurem.

GILBERTI COGNATI.

ANNOTATIONES.

a GANYMEDES.] *Poëtæ fabulantur Ganymedem Trois filium fuisse, & ob admirandam eius pulchritudinem ab aquila Iouis armigero raptum, ac pocillatorem Iouis mensæ adhibitum, quam rem Iunonem indignissimè tulisse. Homerus tamen eum non à Ioue, sed à dijs raptum tradit, neque ad concubitum, vt quidam fabulantur: ad quam fabulam hîc Lucianus alludit, sed ad pocillandum, vt dixi. Cic. Tusc. 1. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait propter formam, vt Ioui pocula ministraret. Hom. Iliad. v. b* Patruus cùm tibi sim.] *Iouis patris tui frater. c* Hermaphroditus.] ἀνδρόγυνος. i. vtrunq; sexum habens. *d* Neq; vterus tumorem præ se tulit] *Est enim propriè mulieris vterus. Hinc quæ grauidæ sunt, dicuntur vterum ferre εὖ γαστέρα ἔχειν. Propriè etiam ad fœminas pertinet párere & fœtum emittere. e* Quemadmodum & Mineruam.] *Mineruam emisit Iupiter cerebro Ioco percusso, quum videret Iunonem sterilem, & ferendæ proli ineptam. Hinc Lucanus:*

Hanc & Pallas amat, patrio quæ vertice nata est.

f In fœmore.] *Bacchum, cùm adhuc immaturus infans esset, matre Semele fulmine extincta, Iupiter femori suo adsuisse dicitur, ibiq; gestasse donec maturus fœtus fieret: inde bimatrem ipsum vocauerunt. g* Semele.] *Mater Bacchi ex Ioue. h* Thebana mulier.] *Cadmus rex Thebarum eius filia Semele. i* Ex filiarum Cadmi vna.] *Nam quatuor fuerunt, Semele, Agaue, Ino & Autonoë. Cum Semele Iouem concubuisse notum est, ex Ouidij 3. Metam. & Fastis, & ex alijs, ea à Plutarcho in Camillo pellex dicitur. k* Semelen dolis aggressa Iuno.] *Iam Semelen complexu Iouis grauidam & ad pariendũ vicinam, dolis Iunonis circumuentam atq; inductam à Ioue petijsse, vt ea ad se specie, eoq; habitu veniret, quo fuerat tum, cùm primùm Iunonis nuptias expetiuerat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, se quicquid illa peteret, concessurum, in curru ad eam venisse cum fulgure & fulmine, illamq; metu exanimatam esse (vel vt alij volunt) fulmine conflagrasse: Bacchũ verò è flamma ereptum, in Iouis femur conjectũ & insutũ esse, docet Euripid. in Bacchis.*

l Nosti

l Nosti aũt vt sit zelotypa.] *Verũ est ex amoris vehemẽtia nasci zelotypiam, nec illic est amor, vbi non est zelotypia. Qui enim non zelat, non amat.* *m* Partum imperfectum.] *Bacchus bis genitus. Ouid. 3. Metam.* Tutaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi.] *n* Intra septimum mensem. *Cic. 1. de Nat. deor. Diana adhibetur ad partus, quod ij matureſcunt, aut septem aut nouem lunæ cursibus.* *o* In Nysam.] *Arabiæ vrbẽ, in qua, vt Diodor. ait, Bacchus educatus à Nymphis fuit, vnde & Nysæus.* *p* Dionysium cognominatum.] *Ab Indis. à Ioue scilicet, & Nysa nomine accepto.* *q* Aquam ad vulnus afferam.] *De cura puerperæ & infantis recens nati, consulendi sunt nostrorum medicorum libri. Liberata infante & secundis puerpera, obstetrix spongiam puram calida mersam sumit, ipsamque in sedili adhuc desidentem leniter, vbi opus est, abluit, & quædam oleis calidis rosarum, violarum vel chamæmeli deungit, & calidis pannis fotum in suum locum dirigit. Quibus præstitis ad lectum imponitur.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς: *De Baccho ex femore Iouis nato.*

Excisum quondã Semeles de ventre puel ũ, *Hor. lib.*
Ac femori insutum, Iuppiter edit ouans. *1. Car.*
In Semeles vtero es cõceptus, sed Ioue natus: *oda 19*
Hinc etiam nomen Bacche bimatris habes.

LICE'TNE.] ἐρώτησις *& occasio dialogi.* Nequaquam.] *Negatio.* Attamen.] ἀντιρρησις. Importunũ enim hoc.] *Ratio.* Non poteris.] *Conclusio.* Peperit paulò anté.] ἀφύγησις γενικὴ rei. Apage.] *Abominatio rei absurdæ à signo.* Recte dicis. Neq; etiam.] ἀπόφασις ἀποφατική. Quemadmodũ, & cætera.] *A simili.* Sed quę'nam.] ἐρώτησις περὶ τὸ πρόσωπον. Thebana mulier.] Διήγησις. Illa peperit.] θαύμασις τῆς παραδοξολογίας. Nam Semelem.] ὑφύγησις *post assẽuerationem.* Conflagrauit tectum.] τὸ παραχθέν. Me autem.] τὰ ἐκβαίνοντα. Quod vbi fecissem.] τὸ ἐπόμβρια παραχθέντα. Iam tertio.] ὁ χρόνος. Ergo vtrunque.] ἐρώτησις νέα. Ita videtur.] ἀπόκρισις. Ab eo igitur.] ἐπίλογος.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ
Ηλίου.

MERCVRII ET.
Solis.

Eodem Interprete.

MERCVRIVS.

Ὦ Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεύς φησι, μὴ δὲ αὔειον, μηδ' ἐς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' ἔνδον μένε, καὶ τὸ μεταξὺ μία τις ἔστω νὺξ μακρά. ὥστε λυέτωσαν μὲν αἱ ὧραι αὖθις τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε δὲ μακροῦ σεαυτόν. Ηλ. καινὰ ταῦτα, ὦ Ερμῆ, καὶ ἀλλόκοτα ἥκεις παραγγελῶν. ἀλλὰ μὴ παραβαίνειν τι ἔδοξα ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ ἔξω ἐλάσαι τῶν ὅρων, κατά μοι ἄχθεται, καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν τῆς ἡμέρας ποιῆσαι διέγνωκεν; Ερ. οὐδὲν τοιοῦτον, οὐδ' ἐς ἀεὶ τοῦτο ἔσται. δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ἐπιμηκεστέραν γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα. Ηλ. ποῦ δὲ καὶ δεῖν, ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν ταῦτά μοι; Ερ.

AVdi, ô Sol, [a] ne hoc die currum agas, inquit Iupiter, neque in crastinum, neque etiam in diem perendinum: sed intus mane, fiatque interea perpetua vna nox longa. Quare [b] equos quidem iterum soluant Horæ: tu verò restingue ignem, & nunc tandem post longum interuallum temporis te ipsum recrea. SOL. Noua hæc atque omnino aliena denuncians venis. Sed nunquid transgredi siue peccare visus sum inter agendum, & extra fines cursum habuisse, atque id nunc irascitur ille mihi, noctemq; triplo maiorem die facere statuit? MER. Nihil tale: neque hoc etiam perpetuò fiet: sed ipse nunc opus habet noctē sibi fieri consueto longiorem. SOL. Vbi autē etiā ille est? aut vnde ipse emissus es, vt hæc nunciares mihi?

MER.

Ερ. ἐκ βοιωτίας, ὦ Ηλιε, παρὰ τῆς ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ συνέστιν. Ηλ. ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία; Ερ. οὐδαμῶς. τεχθῆναι γάρ τινα δεῖ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν, καὶ πολύαθλον θεόν. τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀπρτελεσθῆναι ἀδύνατον. Ηλ. ἀλλὰ τελεσιουργείτω μὴ ἀγαθῇ τύχῃ. ταῦτα δ' οὖν, ὦ Ερμῆ, οὐκ ἐγίνετο ἐπὶ τοῦ Κρόνου: αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν. οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος περὶ τῆς ῥέας ἦν, οὐδ' ἀπρεπὼν ἂν τὸν οὐρανὸν ἐν Θήβαις ἐκοιμᾶτο. ἀλλὰ ἡμέρα μὲν ἦν ἡ ἡμέρα, νὺξ δὲ κατὰ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον ταῖς ὥραις. ξένον δὲ ἢ παρηλλαγμένον οὐδέν, οὐδ' ἂν ἐκοινώνησέ ποτε ἐκεῖνος θνητῇ γυναικί. νῦν δὲ δυστήνου γυναίου ἕνεκα χρὴ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ ἀκαμπεστέρους μὴ γενέσθαι τοὺς ἵππους ὑπὸ τῆς ἀργίας, δύσπορον δὲ τὴν

MER. Ex [c] Bœotia, ab [d] vxore Amphitryonis, cum qua concumbit SOL. Amator illius? atq; ita illi satis non est nox vna? MER. Nequaquam. Nasci enim quendam oportet ex hoc cõcubitu magnum, atq; multorum certaminum victorem deum. hoc igitur vna nocte absolui ac perfici impossibile est. SOL. Sed absoluat, atque ad exitum perducat ille, [e] quod faustum felixq; sit. Veruntamen hæc, Mercuri, [f] temporibus Saturni non fiebant. (soli enim hic nos sumus) neque ille tum [g] ab vxore Rhea diuertebat, aut seorsim cubabat: neque etiam [h] relicto cœlo Thebis dormiebat: sed dies quidem tum dies erat, nox autem ad suum certum spacium secundum proportionem horarum agebatur: peregrinum verò aut immutatum nihil. Neque ille tum vnquam cum muliere mortali quicquam rei habuit. At nunc infelicis mulierculæ causa oportet omnia sursum & deorsum verti, ac equos quidẽ præfractiores & difficiliores fieri ob ocium & desidiã,

viam

ὅλον, ἀπριβῆ μὴν ὅσαν ἐξῆς πρῶν ἡμερῶν, τὰς δ' ἀνθρώπους ἀθλίως ἐν σκοτεινῷ διαβιοῦς τοιαύτα ἀπλαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων, καὶ ἐλαθεδοιῶται περιμενοῦντας· εἰς' ἂν ἐκεῖνος ἀφτιλήσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ἵνα μακρῷ ὦ ζόφῳ. Ερ. σιώπα, ὦ Ηλιε, μή τι κακὸν ἀπλαύσῃς τ λόγων. ἐγὼ δ' παρὰ τὴν Σελήνην ἀπειμι, καὶ τὸν ὕπνον, ἀπαγγελῶ δὲ ἐκείνοις ἅπερ ὁ Ζεὺς ἀπέστειλε, τὴν μὲν σχολῇ πορεύεσθαι, τὸν δ' ὕπνον μὴ ἀνιέναι τὰς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσωσι μακρὰν ὄτω τὴν νύκτα γεγενημένην.

viam autem asperiorem, eò quòd toto triduo non vsurpabitur: homines prætereà miserè in tenebricoso viuere. Hoc boni ex amoribus Iouis consequentur illi scilicet, sedebuntq; expectantes donec ille athletam istum quem dicis, absoluerit sub longis tenebris. MER. Tace, ô Sol, ne quid mali pro his dictis tuis nanciscare. Ego verò ad lunam hinc abiens, & ad Somnum, renunciabo etiam illis quæ Iupiter mandauit: illi quidem, vt ne procedat citiùs: huic autem, vt ne remittat à se homines, quò ignorent longam adeò noctem hanc fuisse.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

LVcianus vt solet facetè, si non potius ridens Ethnicorum deos, ludit in Herculem τριέσπερον, sic dictũ à trinoctio illo, quod traditur eo concipiendo insumptum τριέσπερον appellat Homeri commentator Iliad. ξ. fabulam delibans trinoctij concubitus Iouis & Alcmenæ, quæ nota est vel ex Plauto, & hîc aperitur. Vide Tzetzẽ in Lycophronem, & Varinum in voce τριέσπερος. Item Gregorium Nazianz. in lib. contra Iulianũ, vbi καὶ τὸν μακρὸν ἐκεῖνον παρήσομεν αὐτοῖς, καὶ τὸν τριέσπερον τριεσπέρου λέοντα, i. triuc-

triuesper leo cognominatus est Hercules à Lycophrone in Alex. si Isaacio credimus, quod tribus vesperis in vnam coniectis Iupiter cum Alcmena concubuerit, vnde natus est Hercules. τριετήλιος à Pallada in Epigrammate dicitur. Αλεξίκακε τριετήλιε. i. tribus continuis noctibus procreate. Vna enim nocte ex tribus facta generatus fertur, quæ τριετήλιος νύξ. Ibidem, Herculis autem genealogiam & gesta diligenter persequitur Diodor. Siculus lib. 5.

a Ne currum agas] *De Solis curru & laboribus Lucianus noster in Bis accusato. Iam primum certè Sol quidem hic iuncto curru totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & resplendens radijs, &c. equos quos illi poëtæ ascribunt, Ouid. 2. Metam. hos nominat:*

Interea volucres, Pyrois, Eous, & Aethon
Solis equi, quartusq; Phlegon, tinnitibus auras
Flammiferis implent —. b Equos soluant Horæ.] *Horæ ab Ouidio 2. Metam. Solis assectæ & ministræ finguntur cum alijs temporis partibus: ita enim canit:*

A dextra leuaq; dies, & mensis, & annus,
Seculaq; & positæ spacijs æqualibus Horæ. *Dictæ autem sunt à Sole, vt Macrobius putat. Aegyptij enim Solem vocabant Horum.* c Bœotiæ.] *Quæ est regio in finibus Græciæ, Euboæ insulæ obiecta.* d Vxore.] *Alcmena Electrionis filia, filij Persei & Andromedes. Illa cùm iam nubilis esset, & à multis peteretur, Electrion pater nuptias eius proposuit illi præmium qui necem filiorum suorum vlturus esset: id Amphytrio suscepit. Verùm quum in ea expeditione versaretur, Iupiter imagine eius assumpta, toto trinoctio cum ea concubuit. Quæ quamuis antea ex viro grauida esset, insuper tamen ex Ioue concepit, eodemque tempore Ioui Herculem, Amphytrioni Iphiclum peperit. Huius concubitus etiam meminit inferius in Charidemo.* e Quod faustum fœlixq; sit.] *Bene precantis est, quemadmodum Græci dicunt: ἀγαθῇ τύχῃ, secundâ fortuna & fœlix, quod bene vertat.* f Temporibus Saturni.] *Saturni vita fuit beata & luxus exotici, doliq́ue ignara, quo regnante auream ætatem extitisse fabulantur poëtæ:*

—quæ

— quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq́; colebat,
Contentiq́; cibis nullo cogente creatis,
Viuebant, *vt canit Ouid. Damascius Syrus in Philosophica historia: Nisi quispiam deus voluerit hominibus gratificari, exemplar Saturniæ vitæ proponendo*, &c. *g* Ab vxore Rhea.] *Quæ cæli & terræ filia fuit, alio nomine Cybele dicta. h* Relicto cœlo Thebis dormiebat.] *Thebe fuit in Bœotia vrbs à Cadmo condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clarissima patria.*

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ Απόλλωνος

MERCVRII ET Apollinis.

Eodem interprete.

MERCVRIVS.

ΤΙ σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Απολλον; Απ. ὅτι, ὦ Ερμῆ, δυστυχῶ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Ερ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ τοιοῦτον. σὺ δὲ τί. δυστυχεῖς; ἢ τὸ κατὰ τὴν δάφνην σε λυπεῖ ἔτι; Απ. οὐδαμῶς. ἀλλ' ἐρώμενον πρηθῶ τὴν λάκωνα τὸν Οἰβάλου. Ερ. τέθνηκε γὰρ, εἶπέ μοι, ὁ Υάκινθος; Απολ. καὶ μάλα. Ερ. πρὸς τίνος, ὦ Απολλον; ἢ τίς

QVid verò tristis es, Apollo? APOL. *Quoniam, ô Mercuri, miser atque infelix circa amores sum.* MER. *Dignum quidem mœrore hoc: sed tu quo pacto miser atque infelix es? An adhuc dolore afficit te id quod cum* [a] *Daphne accidit?* APOL. *Nequaquam, sed amasium doleo Laconem illum* [b] *Oebali filium.* MER. *An mortuus est* [c] *Hyacinthus? dic mihi.* APOL. *Atque admodum.* MER. *Vnde, Apollo? aut quis*

τίς οὕτως ἀνέραστος ἦν, ὡς ἀπ-
κτεῖναι τὸ καλὸν ἐκεῖνο μει-
ράκιον; Απ. αὐτοῦ ἐμοῦ τὸ ἔρ-
γον. Ερ. οὐκοῦν ἐμάνης, ὦ Α-
πολλον; Απ. οὐκ· ἀλλὰ δυστύχη-
μά τι ἀκούσιον ἐγένετο. Ερ.
πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι τὸν λό-
γον. Απ. δισκεύειν ἐμάνθανε,
κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ. ὁ δὲ
κάκιστα ἀνέμων ἀπλούμενος
ζέφυρος ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ
καὶ αὐτός. ἀμελούμενος δὲ, καὶ
μὴ φέρων τὴν ὑπεροψίαν·
ἐγὼ μὲν ἀνέρριψα, ὥσπερ εἰώ-
θαμεν, τὸν δίσκον ἐς τὸ ἄνω·
ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ταϋγέτου κατα-
πνεύσας, ἐπὶ κεφαλὴν τῷ
παιδὶ ἐνέσεισε φέρων αὐ-
τὸν, ὥστε ἀπὸ τοῦς πληγοῦς αἷ-
μά τε ῥυῆναι πολὺ, καὶ τὸν
παῖδα εὐθὺς ἀπεθανεῖν. ἀλλ'
ἐγὼ τὸν μὲν ζέφυρον αὐτί-
κα ἡμυνάμην κατατοξεύσας,
φεύγοντι ἐπισκόμενος ἄχρι
τοῦ ὄρους· τῷ παιδὶ δὲ καὶ
τάφον ἐχωσάμην ἐν Αμύ-
κλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κα-
τέβαλε.

quis ita ab omni amore alienus fuit, vt occiderit formosum illum puerum? APOL. Meum ipsius factum hoc est. MER. Quid igitur? insaniuistin' Apollo? APOL. Nō, sed infortunium quoddam inuito mihi accidit. MER. Quomodo? cupio enim audire rationē hanc. APOL. [d] Disco ludere discebat, atque ego vnà cum illo ludebam. Cæterùm ventorum omnium pessimè perditus [e] Zephyrus amabat quidem longo iam tempore etiam ipse illum. Verùm neglecto eo, & contemptum istum non ferente, ego quidem, quemadmodum consueueramus, discum in altum sursum versus iaculabar, ille autem deorsum à [f] Taygeto spirans, ablatum hunc in caput puero inflixit, ita vt ex ea plaga & cruor manaret affatim, & ipse puer statim moreretur. Verùm ego euetortis in eum sagittis, fugientemq; ad montem vsque persequendo. Puero autem & tumulum extruxi in [g] Amyclis, quo loco discus eum prostrauit:

stigiò Zephyrum vlciscebar,

τέβαλε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα, ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ εὐανθέστατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον, ἐπαιάζοντα τῶν νεκρῷ. ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ; Ερ. ναὶ, ὦ Απολλον. οἴδεις γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον, ὥστε μὴ ἄχθου ἀπεθανόντος.

uit: & florem ex cruore illius terrã induere feci, suauissimum illũ quidem, Mercuri, atq; omnium fragrantissimum, præterea & [h] literas quasdam habentẽ, quæ mortuum ipsum quasi deplorant. Num tibi igitur præter rationem mœstus fuisse videor? MER. Sanè verò, Apollo. Noras enim mortalem te comparasse amasium tibi: quare dolere non debes, mortuo iam illo.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a DAPHNE accidit.] *Vide proximè sequentem dialogum Mercurij & Apollinis, & quæ in eum annotauimus.* b Oebali filium.] *Oebalus Hyacinthi pater, Lacedæmoniorum rex fuit, à quo regno Peloponnesi Laconiæ pars, Oebalia dicta est.* c Hyacinthus.] *Hyacinthus puer fuit Amiclæus, eodẽ tempore ab Apolline & Zephyro adamatus. Verùm cùm in Apollinis amorem propensior esset, agrè id ferens Zephyrus, amorem in odium conuertit. Cùm itaq; Apollo cum Hyacintho suis delicijs disci iactu sese exerceret, Zephyrus nocendi occasionem nactus, discum ab Apolline emissum flatu suo in caput Hyacinthi conuertit, puerumque interemit. Cuius mortem cùm ægerrimè ferret Apollo, tellus in amatoris Dei solatium, cruorem eius commutauit in florem sui nominis. Refertur hæc fabula in Palæphato, libro de Fabulosis narrationibus, & paulò aliter ab Ouidio libro 10. Metamorph.* d Disco ludere discebat.] *Erat publici exercitamenti genus, quo discus æneus arte simul & viribus ita ab humo torquebatur in altum, vt intra certum spatium decideret. Rotunda quædam erat moles siue ænea, siue ferrea, vel plumbea vel saxea, cuius iactu homi-*

nes

nes inter se adhuc hodie certant. Huiusmodi disco etiam vtuntur hodie mimi & histriones, qui quæstus gratiâ coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad disci formam rotundam & æneum iaculantur in aërem, deinde virgâ excipiunt, quos discobolos appellat Plinius libro 35. capite 11. hoc est, disci iactatores. e Zephyrus amabat.] Zephyrus ab occasu æquinoctiali flat, Latini Fauonium appellant, quo plantæ omnes germinant & pullulant: vnde ζωηφόρος dictus, quasi vitam ferens. Vide Gell. lib. 2. cap. 22. f Taygeto.] Mons est Laconiæ, Amyclis imminens. g Amyclis.] Amyclæ vrbs Laconiæ, àqua Amyclæus dictus Hyacinthus. h Literas.] Suidæ hyacinthus est genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ, quod venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, vt duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant, quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum ab Apolline dilectum, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interiectionemq; dolentis αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, velut testimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dum impatientiam prælati sibi Vlyssis seipsum interemit, duasque primas eius nominis literas in hoc flore mansisse impressas. Ouidius vtramque fabulam complexus est lib. 13. Metam. his versibus:

—rubefactaque sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui priùs Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroque viroque
Inscripta est folijs, hæc nominis illa quærelæ.

& hoc ænigma apud Virgilium:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.

Idem Ouidius:

Ipse suos gemitus folijs inscribit, & αἰ αἰ
Flos habet inscriptum, funestaq; littera dicta est.

Hyacinthum Latini vaccinium appellant.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ Λήτους.

IVNONIS ET Latonæ.

Eodem Interprete.

IVNO.

Καλὰ μὲν γὲρ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τοῦ Διΐ. Λητ. οὐ πᾶσαι, ὦ Ηρα, τοιούτους τίκτειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ηφαιστός ἐστιν. Ηρ. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός γε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν Αφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς. οἱ δὲ τοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀῤῥενικὴ πέρα τοῦ μέτρου, καὶ ὄρειος, καὶ τὸ τελευταῖον ἐς τὴν σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς σκύθας αὐτοὺς, ἀνθρωποφάγους ὄντας. ὁ δ' Απόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι καὶ μαντεύεσθαι, καὶ κατασκευάμενος ἐργαστήρια τῆς μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν

PVlchros [a] enimuerò Latona & liberos procreâsti Ioui. LATO. Non enim omnes, ô Iuno, tales párere possumus, qualis [b] Vulcanus st. IVN. At hic [c] claudus quidem, vtilis certè tamen est, [d] artifex optimus existens, ac cœlum nobis exornauit quoq; [e] Veneremq; vxorem duxit, à qua & studiosè obseruatur. Contrà autem, [f] tuorum liberorum altera quidem virilis vltra modum, & [g] montiuaga est. & postremò [h] in Scythiam quoque profecta, omnes sciunt qualia comedat, hospites mactando, ac Scythas ipsos imitando, qui humana carne vescũtur. [i] Apollo autem simulat quidem omnia scire sese, & [k] iaculari, & [l] cithara canere, & [m] medicũ esse, & [n] vaticinari: & erictis vaticinandi tabernis hîc in

ἐν Δελφοῖς, τὸ δ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀρκεινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. καὶ πλουτεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ τοιούτου. πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι, καὶ παρέχοντες αὐτοὺς καταγοητεύεσθαι. πλὴν οὐκ ἀγνοεῖταί γε ἐπὸ τῶν συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τερατευόμενος. αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον τοῦ δίσκου; οὐ προεμαντεύσατο δὲ ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα. ὥστε οὐκ ὁρῶ καθότι καλλιτεκνοτέρα τῆς Νιόβης ἔδοξας. Λητ. ταῦτα μέντοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος, καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα ὅπως λυπεῖ σε ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς. καὶ μάλιστα, ὅταν ἡ μὲν ἐπαινῆται ἐς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τοῦ συμποσίῳ, θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων.

Ηρ.

hîc in [o] Delphis, illic [p] in Claro & [q] Didymis, decipit consulētes se, obliqua et in vtrāque partē quæstionis propositæ inclinantia respondendo, ne videlicet erroris possit damnari atque ita ex hoc quæstū facit, & ditescit. Multi enim amentes sunt, séq; ipsos exhibent præstigijs deludendos. Verùm non ignoratur vtique à prudentioribus, quòd pleraque falsa ac ficta dictitet: quippe ille ipse vates ignorabat, quòd interfecturus [r] amasium suū esset disco: neq; prædixerat ipse sibi, quòd [s] fugitura ipsum esset Daphne, idq; [t] adeò formosum [u] atq; comatum. Quare nō video quâ causâ pulchriores liberos te quàm [x] Nioben illam procreasse putáris.

LAT. At verò liberi hi, hospitum mactatrix ista videlicet, & mendax vaticinator ille, scio quo pacto mordeāt te, dū cōspiciūtur inter deos: & maximè quando hæc quidem ob pulchritudinem laudatur, ille autem citharam personat in conuiuio, omnibus ipsum admiratione prosequētibus.

Ηρ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ ἐκεῖνος θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἂν αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἁλούς. ἡ δὲ καλήσου παρθένος, οὕτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ἑπὸ τοῦ Ακταίωνος, φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῇ, ἐπαφῆκεν αὐτοῦ τοὺς κύνας. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμαιοῦτο, παρθένος γε καὶ αὐτὴ οὖσα. Λη. μέγα, ὦ Ηρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ διὶ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς. πλὴν ἀπ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

IVN. *Nequeo risum continere, Latona. Illúmne admirantur? Y quem Marsyas, si iustè modò iudicare Musæ voluissent, excoriassent meritò, vt qui ipse in Musica vicerat: nunc autē circumuentus miser ille perijt, iniustè sanè damnatus. Hæc autē formosa tua virgo, ita farmosa nimirum est, vt posteaquam animaduertit sese* z *conspectam ab Actæone fuisse, veritane adolescens ille turpitudinem ipsius euulgaret, immiserit illi canes: vt interim non dicam, quòd neq; parturientibus* A *obstetricatura fuisset, si virgo vtiq; & ipsa foret.* LAT. *Valdè animo elato es, Iuno eò quòd cum Ioue concumbis, & vnà cum eo regnas: & propterea absq; metu contumeliosa es. Veruntamen videbo te non ita multò pòst rursum lachrymantem, quando te relicta in terram descenderit ille,* B *in taurum aut* C *cygnum conuersis.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

LAtona Cœti Titanis filia, à Ioue oppressa, ex eo geminam cōcepit prolem, Apollinem videlicet & Dianā, quod Iuno adeò egrè tulit, vt immisso contra illam Pythone

thone serpente, per totum terrarū orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulā Orthygā peruenisset, à qua susceptra est, ibiq; Dianam peperit, quæ euestigiò obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Ouid. 6. Metam.

Magna gemelliparæ venerantur numina diuæ.

Plin. lib. 34. Latona puerpera Dianam & Apollinē infantes sustinens. Porrò Ortygia insula Delos posteà vocari cœpit, quod cum anteà aquis mersa fuisset, subitò Iouis iussu conspicua fuerit reddita. Nam δηλᾶν Græci dicunt, quod nos ostenderè, seu manifestare. Vide inter marinos Iridis & Neptuni dialogum, in quo de Latonæ puerperio, & Delos insula vt emerserit.

a PVLCHROS liberos.] *Apollinem & Dianam. Latonæ liberorū vituperatio & commendatio.* b Vulcanus.] *Iouis & Innonis filius ob deformitatem cœlo in Lemnum insulam deiectus, vbi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus est. Ea autem ruina, quæ de cœlo decidit, claudus factus est.*

c Claudus quidē.] *Vulcani cōmendatio hic, sed vituperatio de sacrificijs habetur, vbi scribitur, Iunonē citra virilem congressum subuentaneo conceptu grauidam, Vulcanū edidisse, atq; eum quidem non admodum fortunatū, verum excultorem ac fabrum ærarium: quiq; perpetuò ità in igni, tum in fumo versetur. Tum autē ne pedibus quidem integris: claudicare enim è ruina, cùm à Ioue præceps datus esset è cœlo. Quod ni Lemnij pro sua bonitate eum, dum adhuc ferretur in aëre, suscepissent, perierat nobis Vulcanus nō aliter quā Astyanax è turri deiectus.* d Artifex. opt. exist.] *Fingitur deorū faber, & Ioui fulmina, diisq; arma aduersus Gigantes fabricasse. Officinam habere fertur in Lemno, & Cyclopes ministros. Cic. lib. 3 de Nat. deor. Tertius è Ioue & Iunone, Lemni fabricæ traditur præfuisse.* e Venerē vxorem duxit.] *Admissus non est ad deorum mensam, quintiam cū Mineruæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Vnde Virgilius Ecl. 4:*

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est,

Aliam deinde sibi vxorem quærens, Venerem duxit, quã postea vnà cum Marte in adulterio deprehendit. f Tuorũ liberor.] *Dianæ obtrectatio. A Iunone accusata, à Latona defenditur.* g Montiuaga.] *Stat. in Achill.* Littora multum montiuagæ dilecta deæ. *& Horatius lib. 4. Carm. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse, & venando syluas incoluisse. Ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur.* h In Scyth. prof.] *Septentrionalem regionem à meridie Tauro terminatam laudatissimum templum habuit in Taurico, vbi carne tenũ humana litabatur. Fuerunt autem & Scythæ & Tauri, siue Sarmatæ inhospitales, moribusque immanissimis, vt qui hospites omnes Dianæ solerent immolare. Vescebantur humanis carnibus, & interfectorum caluarias habebant pro pateris.* i Apollo om. scire.] *Apollinem artium præsidem ex Homeri & Orphei hymnis colligimus.* k Iaculari.] *Arcum & sagittas habere scribunt, tum iaculatorem & sagittarium faciunt, ac in Græcos sagittas immittentem.* l Cithara carnere.] *Citharædum ac citharædorum deum putauit antiquitas.* m Medicum esse.] *Medicinæ inuentorem, ac ipsum etiam medicum constituerunt.* n Vaticinari.] *Vatem, & vaticinij deũ existimant, & pro vate diuino accipiũt* o Delphis.] *Delphorum oraculum notissimum, quod summam fidem apud mortales obtinuit. Creditum enim est antiquitùs, nullum oraculum fuisse certius, quã Apollinis.* p In Claro.] *Isaacius Lycophronis interpres, Clarum montem & vrbem, non longè à Colophone ponit, vbi fuerit Clarius Apollo.* q Didymis.] *Fuit apud Miletum templum Apolloni dicatum, dictum & Didymeum ab Apolline Didymeo, & geminæ specici.* r Amaliũ suum.] *Hyacinthum, cuius fabula est notissima, vel ex proximè præcedenti dialogo Mercurij & Apollonis.* s Fugitura esset Daphne.] *Thessala virgunc ula, quæ vim Apollinis fugiens conuersa est in laurum. Martialis libro* 11: Torquebat Phœbum Daphne fugitiua. t Adeò formosum.] *Virgilius in Bucol.* Orphi Calliopæa Lino formosus Apollo. u Atque comatum.] *Hinc intonsus.* x Nioben.] *Niobe Tantali filia, Amphionis vxor, liberos ex eo susceptos duodecim, sex mares, totidemq; fœminas. Hæc liberorum multitudine, &*

pulchri-

pulchritudine ferox, Latonam præ se contemnere ausa est, cùm diceret illam duos solùm perperisse, Apollinem & Dianã. Idcirco Dij hac contumelia offensi, Niobæ filios ad vnũ interemerunt: Hæc Homeri interpres Il. ω. γ Quẽ Marsyas.] *Plat. & Ouid. Satyrum fuisse scribunt. Palæphato: ἀγροικον vocat generatiuo vocabulo. Eius fabula refertur ab Hygino, Tzetza: de eius certamine & excoriatione Ouid. 6. Fast. Diod. Sicul & in Tragopodagræ annos. Luciani.* ζ Cõspectam ab Acta one.] *Actionis, qui à canibus laceratus traditur. fabula est notissima*

Obstetricatura.] *Diana Lucina parientibus fauere creditur. Virgil.* Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. *Eius autem proprium munus est distendere corporis rimas, & meatibus viam dare, quod accelerando partui salutare est.*

B In Taurum.] *Iupiter salacissimus nihil non factus propter mulieres in Tauri speciem transformatus, Europam Agenoris regis Phœnicum filiam raputt, & per mare in Cretam transuexit. C* Cygnum conuersus.] *Cum Nemesi Oceani filia in anserem mutato concubuit.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Irridet prolem Latonæ liuida Iuno,
Ediderit tetrum quum tamen ipsa fabrum.
Fabula naturam ostendit Iunonis acerbæ,
Quæ se supremi iactat vbique toro. PVLCHROS enim v.] ὀνόδισμος. Non. n. om. tales pár.] αὐτοσχεδισμός. Artifex. opt. exist.] ἐπαμφοτερίσεις. Cœlum nobis exor.] αὐτοπρόσωπος ψευδὴς μεσεμβολή. Illic in Claro.] *Postremi membri expositio.* Obliqua & in vtr.] *Apollinis oracula ἐπαμφοτερίζοντα.* Verum non.] ἐπικρίσις. Ipse vates.] ἐπιμαρτυρία. Idque adeó.] αἰτιολογία ἐνδεικτική. Quare non video.] *Conclusio per collationem.* At verò liberi.] Διάσκευψις τῶν αἰτίων. Ob pulchrit. laud.] αὐτεισαγωγὴ κατ' ἔπαινον. Nequeo risum.] *Irrisio* Illúmne.] *Inficiatio.* Vt qui ipse.] *Approbatio.* Hæc aũt form.] *Altera pars de Dianæ fabula.* Vt interim non dicã.] παράλειψις. Valdè an. el. es.] *Conclusio σκωπτική.* Ast ego quæ Danaũ incedo regina, Iouisq;, Et soror & coniunx. Veruntamen.] ἀπειλή.

ΘΕΩΝ ΚΡΙσις.

DEARVM IVdicium.

Eodem Interprete.

IVPITER.

ΕΡμῆ, λαβὼν τοῦτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν, παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα τὸν βουκόλον (νέμει δὲ τῆς Ἰδης ἐν τῷ Γαργάρῳ) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν. ὅτι σε, ὦ Πάρι· κελεύει ὁ ζεὺς ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥ τις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί. τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον, ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὸν δικαστήν. ἐγὼ δὲ ἀποθοῦμαι τὴν δίαιταν, ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν. καὶ εἴγε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικήας εἶδον, ἄλλως τε καὶ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀπόδοντα, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. διὰ

MErcuri, accepto hoc pomo abi in Phrygiã ad[a] Priami filium, pastorem armenti (pascit autem in Ida monte, qua parte Gargarum vocant) ac dic illi: Iupiter, inquiens, ô Pari, iubet te, posteaquam & ipse formosus es, & rerum amatoriarum doctus, sententiam ferre inter deas, quæ'nam illarum omnium formosissima sit. Certaminis autem præmium, ea quæ vicerit, pomum accipiat. Porrò tempus iam est, vt & ipsæ vos abeatis ad iudicem. Ego verò ablego à me arbitrium, vt qui ex æquo omnes vos amem: ac, si modò possibile foret, libenter omnes vos victrices videre vellem, præsertim quando & necesse est, qui vni pulchritudinis summam adiudicabit, eũ omninò in odium cæterarũ pluriũ incurrere.

Quare

διὰ ταῦτο μὲν αὐτὸς οὐκ ἐπιτήδειος ὑμῖν δικαστής. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ φρὺξ, ἐφ' ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μέν ἐστι, καὶ Γανυμήδους τούτου ξυγγενὴς, τἆλλα δὲ ἀφελὴς καὶ ὄρειος, κοὐκ ἄν τις αὐτὸν ἀπαξιώσειε τοιαύτης θέας. Αφρ. ἐγὼ μὲν, ὦ ζεῦ, εἶ καὶ τὸν μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐπίδειξιν. τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου; χρὴ δὲ καὶ ταύταις ἀρέσκειν τὸν ἄνθρωπον. Ηρα. οὐδ' ἡμεῖς, ὦ Αφροδίτη, δεδίαμεν, οὐδ' ἂν ὁ Αρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. ἀλλὰ δεχόμεθα καὶ τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, τὸν Πάριν. Ζ. ἦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φῂς; ἀπεστρέφη, καὶ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον τὸ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῶν τῶν παρθένων. ἐπινεύεις δὲ ὅμως. ἄπιτε οὖν· καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ.

Quare equidem ipse vobis idoneus iudex non sum: adolescens aũt ille Phrygius, ad quem hinc abitis, regio quidem genere prognaeus est, & Ganymedis huius cognatus: cæterùm simplex & montanus: neq; quisquam illum cognitione hac indignum meritò putauerit. VEN. Ego verò, Iupiter, etiam si Momũ ipsum præstituas nobis iudicẽ, præsenti animo itura sum ad documẽtum mei præbendum. Quid enim adeò reprehẽderit ille in me? Sed oportet etiam hisce placere hominem. IVN. Neq; nos, Venus, timemus quicquam, et iamsi Mars iste tuus [b] electus sit arbiter: sed recipimus & hunc Parin, quisquis etiam fuerit, IVP. Num igitur & tibi eadem hæc, filia, placent? quid respondes? auertis te, & erubescis? Est quidem peculiare hoc virginibus vobis, verecũdia affici erga talia. sed tamen annuis. Abite igitur, ac videte ne infensiores fiatis iudici, quæcunque victæ fueritis: néve malum aliquod inferatis ipsi adolescentulo.

οὐ γὰρ οἷόν τε ἐπίσης εἶναι καλὰς πάσας. Ερ. προίωμεν οὐθὺ τῆς φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγούμενος. ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ θαῤῥεῖτε. οἶδα ἐγὼ τὸν πάριν. νεανίας ἐστὶ καλὸς, καὶ τἆλλα ἐρωτικὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος, οὐκ ἂν ἐκεῖνος δικάσειε κακῶς. Αφρο. τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν, καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγεις τὸ δίκαιον ἡμῖν μὲν τὸν δικαστήν. πότερα δὲ ἄγαμός ἐστιν οὗτος, ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ συνέστιν, Ερ. οὐ παντελῶς ἄγαμός ἐστιν, ὦ ἀφροδίτη. Αφρο. πῶς λέγεις; Ερ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν ἰδιαία γυνὴ, ἱκανὴ μὲν, ἄγροικος δὲ καὶ δεινῶς ὄρεος, ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; Αφρο. ἄλλως ἠρόμην. Αθη. παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτῃ κοινολογούμενος;

Neque enim fieri potest vt æqualiter omnes formosæ sitis. MER. *Procedamus ergo rectà versus Phrygiam. Ac ego quidem præibo; vos autem non lentè & sequimini me, & bono animo este. Noui ego Paridem hunc: adolescens est formosus, & quod ad cætera attinet, amori deditus, & ad talia disceptanda maximè idoneus: neque ille facilè iudicauerit malè.* VEN. *Hoc quidem totum bene, adeòque pro me narras, iustum videlicet esse nobis iudicem. Vtrum autem & vxore adhuc caret hic, an & mulier quæpiam ipsi cohabitat?* MER. *Non omnino absque vxore est, Venus.* VEN. *Quomodo hoc dicis?* MER. *Videtur quædam* [c] *cum eo habitare mulier Idæa, sic satis formosa, cæterùm rustica, atque inter montes malè censueta: sed non admodum adhibere animum ipsi videtur. Cuius igitur gratia hæc interrogas?* VEN. *Nullius fanè rei, sed ita temerè in mentem venit.* MIN. *Malè legationem obis, heut tu, qui priuatim cum hac consilia confers.*

μενος; Ερ. οὐδὲν, ὦ Αθηνᾶ. δεινὸν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν· ἀλλ' ἤρετό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστιν. Αθη. ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; Ερ. οὐκ οἶδα. φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηνεν ἤρετό με. Αθη. τί οὖν, ἄγαμός ἐστιν; Ερ. οὐ δοκεῖ. Αθη, τί δὲ τῶν πολεμικῶν. ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος; Ερ. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα, καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι κατὰ τὰς μάχας. Ἀφρο. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μέμφομαι, οὐδὲ προσεγκαλῶ σοι, τὸ πρὸς ταύτην ἰδίᾳ λαλεῖν· μεμψιμοίρων γὰρ, καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα. Ερμ. καὶ αὕτη σχεδὸν τὰ αὐτά με ἤρετο. διὸ μὴ χαλεπῶς ἔχε, μήδ' οἴου μειονεκτεῖν, εἴ τι καὶ ταύτῃ κατὰ τὸ

fers. MER. Nihil mali, Minerua, hoc: neque etiam contra vos, sed interrogabat me, an vxore adhuc careret Paris. MIN. Quamobrem igitur hoc superstitiosè adeò illa curat? MER. Nescio. Aiebat igitur quòd temerè ita in mentem venisset hoc, neque ex composito interrogasset me. MIN. Quid ergo? carétne vxore adhuc? MER. Non videtur MIN. Quid autem? bellicæ'ne rei studio aliquo tenetur, atque amans gloriæ est, an nihil aliud quàm bubulcus est? MER, Verum quidem non possum dicere: coniecturam autem facere licet, iuuenis cùm sit, etiã has res consequi illum cupere, ac velle præcipuũ in prælijs esse se. VEN. Vides? nihil ego nunc conqueror, neque crimini verto tibi, quòd cum hæc seorsim nunc loqueris. Querulorum enim hoc, non Veneris. MER. Etiam hæc fermè eadem interrogauit me: quemobrem grauiter ne feras, néve putes eò minus consecuturam esse te, quòd huic quoque simpliciter & absque

dolo

τὸ ἁπλοῦν ἀπεκεινάμην. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προιόντες, ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, καὶ σχεδόν γε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Ἰδὴν ὁρῶ, καὶ τὸ Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς· εἰ δὲ τὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν. Ηρ. ὅπου δέ ἐστιν; οὐ γὰρ κἀμοὶ φαίνται. Ερ. ταύτῃ, ὦ Ηρα, πρὸς τὰ λαιὰ σκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει. παρὰ δὲ τὴν πλευρὰν, οὗ τὸ ἄντρον, καὶ τὴν ἀγέλην ὁρᾷς. Ηρα. ἀλλ' οὐκ ὁρῶ τὴν ἀγέλην. Ερ. τί φῄς; οὐκ ὁρᾷς βοΐδια κατὰ τὸν ἐμὸν οὑτωσὶ δάκτυλον, ἐκ μέσων τῶν πετρῶν προερχόμενα; καὶ τινα ἐκ τοῦ σκοπέλου καταθέοντα, καλαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀνείργοντα μὴ πρόσω δασκίδνασθαι τὴν ἀγέλην; Ηρα. ὁρῶ νῦν, εἴγε ἐκεῖνός ἐστιν. Ερ. ἀλλ' ἐκεῖνος. ἐπειδὴ δὲ πλησίον ἐσμὲν, ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ

dolo respondi. *Verùm interea dum sermones cedimus, iam multùm progressi, reliquimus post nos stellas, & propemodum Phrygiam continguimus. Ego verò etiam Idam video, adeoque totum Gargarum exactè: &, si non fallor, ipsum quoque iudicem vestrum Paridem.* IVNO. *Vbi autem is est? neque enim ipsa etiam video illum.* MERCVR. *Hac versum, Iuno, ad sinistram respice, non ad summum montem, sed secundum latus, vbi antrum illud & armentum vides.* IVNO. *At non video armentum.* MERCVR. *Quid ais? ánnon vides buculas secundum meum hunc digitum, ex medijs rupibus progredientes: & quendam à scopulo deorsum currentem, pedum manu tenentem, & prohibentem ne longiùs dispergatur armentum?* IVNO. *Video nunc tandem, si modò ille est.* MER. *Ille verò. Sed quia propè iam sumus, in terram,*

si

εἰ δοκεῖ, καταστάντες βαδίζωμεν, ἵνα μὴ δαταράξωμεν αὐτὸν ἄνωθεν ἐξ ἀφανοῦς καθιπτάμενοι. Ηρα. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν. ἐπεὶ δὲ κατεβεβήκαμεν, ὥρασοι, ὦ Αφροδίτη, προϊέναι, καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ. σὺ γὰρ, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔμπειρος εἶ τοῦ χωρίου, πολλάκις, ὡς λόγος, κατελθοῦσα πρὸς Αγχίσην. Αφροδ. οὐ σφόδρα, ὦ Ηρα, τούτοις ἄχθομαι τοῖς σκώμμασιν. Ερμ. ἀλλ' οὖν ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνδιέτριψα τῇ Ιδῃ, ὁπότε ὁ Ζεὺς ἥρα τοῦ μειρακίου τοῦ φρυγός. καὶ πολλάκις δεῦρο ἦλθον, ὑπ' ἐκείνου καταπεμφθεὶς εἰς ἐπισκοπὴν τοῦ παιδός. καὶ ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν, συμπαριπτάμην αὐτῷ, καὶ συνεκούφιζον τὸν καλόν. καὶ εἶγε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἀνήρπασεν. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε σηρίζων πρὸς τὸ ποίμνιον κατα=

si videtur, demissi, pedibus faciamus iter, ne conturbemus illum supernè ex improuiso deuolando. IVNO *Rectè dicis, atque ita faciamus. Cæterùm posteaquam descendimus, tuum iam est Venus, vt præeas, ac viam nobis ducendo commõstres. Tu enim, vt consentaneum est, locorum perita es, quippe quæ sæpiùs, vt fertur fama, huc ad Anchisen descenderis.* VENVS. *Non admodum, Iuno, me tua ista mouet dicacitas.* MERCVR. *At igitur ego vos ducam nam & ipse frequenter in Ida versatus sum, quando Iupiter amabat adolescẽtulum istum* [d] *Phrygium: ac sæpiùs huc veni ab illo missus, vt quid ageret puer, obseruarem: & cùm tam in aquilam conuersus esset, vnà quoque* [e] *cum ipso aderam, & vnà formosum illum subleuabam. Et, si modò satis memini, ab hac ipsa rupe illũ in sublime abripuit. Nam hic quidem fortè tum fistula canebat ad ouile*

Iupiter

καταπτάμενος δὲ ὄπισθεν αὐτοῦ ὁ Ζεὺς, κούφως μάλα τοῖς ὄννξι περιβαλὼν, καὶ τῷ στόματι τὴν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν δακὼν, ἀνέφερε τὸν παῖδα τεταραγμένον, καὶ τῷ τραχήλῳ ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀπεβλέποντα. τότε οὖν ἐγὼ τὴν σύριγγα ἔλαβον, ἀπεβεβλήκει γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ δέους. ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς οὗτοσὶ πλησίον, ὥστε προσείπωμεν αὐτόν. χαῖρε, ὦ βουκόλε. Πά. νὴ καὶ σύγε, ὦ νεανίσκε. τίς δὲ ὢν, δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ὑμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας; οὐ γὰρ ἐπιτήδειαι ὀρεοπολεῖν, οὕτω γε οὖσαι καλαί. Ερ. ἀλλ' οὐ γυναῖκες εἰσίν. Ηραν δὲ, ὦ Πάρι, καὶ Αθηνᾶν, καὶ Αφροδίτην ὁρᾷς, ἀᾷμὲ τὸν Ερμῆν ἀπέστειλεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ τί τρέμεις, καὶ ὠχριᾷς; μὴ δέδιθι' χαλεπὸν γὰρ οὐδέν. κελεύει δέ σε δικαστὴν γενέσθαι τοῦ κάλλους αὐτῶν. ἐπειδὴ γάρ φησι καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ

Iupiter autem à tergo ipsi deuolans, leuiter admodum vnguibus circumiectis, & ore intiaram, quam super caput habebat, impresso, in altum sustulit puerum, perturbatum, & ceruice reflexa in ipsum intuentem. Tum igitur ego fistulam sustuli: abiecerat enim illam præ timore. Atenim arbiter hic propè est, quare compellemus isum. Salue bubulce. PARIS. *Et tu certè adolescēs. Quis autem ipse es qui huc ad nos adueneris: aut quásnam has adducis mulieres? Non enim eiusmodi apparēt, quæ in montibus versari conmodè queant, formosæ adeò cùm sint.* MERC. *At non sunt mulieres. Iunonem verò, Pari, & Mineruam, & Venerem vides, & me Mercurium videlicet Iupiter ad te misit. Sed quid tremis & expallescis? ne metue: nihil enim periculi hîc. Iubet autem, te iudicem esse pulchritudinis ipsarum. Quandoquidem enim, inquit, & formosus ipse es, & doctus*

rerum

τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ τὴν γνῶσιν ἐπιτρέπω. τοῦ δ' ἀγῶνος τὸν ἆθλον εἴσῃ, ἀναγνοὺς τὸ μῆλον. Αλε. φέρ' ἴδω τί καὶ βούλεται· ἡ καλή, φησι, λαβέτω. πῶς ἂν οὖν, ὦ δέσποτα Ερμῆ, διυνηθείην ἐγὼ θνητὸς αὐτὸς, καὶ ἄγροικος ὤν, δικαστὴς γενέσθαι παραδόξου θέας, καὶ μείζονος ἢ κατὰ βουκόλον; τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον, καὶ ἀστικῶν. τὸ δ' ἐμὸν, αἶγα μὲν αἰγὸς ὁποτέρα ἢ καλλίων, καὶ δάμαλις ἄλλης δαμάλεως, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ τὴν τέχνην. ἅνται δ' πᾶσαί τε ὁμοίως καλαὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τὴν ὄψιν ἀπροσπάσας. οὐ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως. ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀπερείσῃ τοπρῶτον, τούτου ἔχεται, καὶ τὸ παρὸν ἐπαινεῖ, κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ παραμένει, καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον παραλαμβάνεται. καὶ ὅλως περικέ-

rerum amatoriarum, cognitionem hanc tibi commẽdo: cetarminis autem præmium scies lecto hoc pomo. PA. Cedo, vt videam quid sibi etiam velit. Pulchra, inquit, capiat. Quo pacto igitur, ô here Mercuri, potero ego, mortalis cùm sum ipse ac rusticus, iudex esse tam inopinati spectaculi, & maioris adeò quàm pro bubulci captu? Nam huiusmodi causas disceptare, delicatorũ atque vrbanorum magis est. Quod autem ad me attinet, vtra capella formosior altera sit, & iuuenca num alia aliam superet, fortassis ex arte dijudicare possim. Hæ verò & formosæ pariter omnes sunt, & non video quo pacto aliquis ab vna ad aliam trãsferendo aspectum auellere queat. Non enim facilè absistere vult: sed cuicunque se primo applicat, ei inhæret, & quod præsens est laudat. Inde si ad aliud transierit, etiam illud formosum videt, & immoratur: & semper ab ijs quæ propriora sunt, ceu per successionem excipitur. Et in summa, circumfusa mihi est

περικέχυταί μοι τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ ὅλον περιείληφέ με. καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ὁ Ἄργος, ὅλῳ βλέπειν δύναμαι τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἄν μοι καλῶς δικάσαι, πάσας ἀκριβῶς τὸ μῆλον· καὶ γὰρ ἂν καὶ τόδε ταύτῃ μὴ εἶν συμβεβηκὲι τῇ Διὸς ἀδελφῇ, καὶ γυναῖκα ταύτας δὴ, θυγατέρας· πῶς ἔρ' ὑ χαλεπὴ μὴ ἔπος ἡ κρίσις; Ερμ. ἐκ οἶδα. πλὴν οὐχοῖόν τε ἀναδύεσθαι πρὸς τὸ Διὸς κεκελευσμένον. Αλέ. ἐν τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, πεῖσαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς γυμνουμένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τῷ διαμαρτίαν. Ερ. οὕτω φασὶ ποιήσειν. ὥρα δέ σοι ἤδη περαίνειν τῷ κρίσιν. Αλέ. πειρασόμεθα. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις; ἐκεῖνο δὲ πρῶτον ἀδύνατα βέλομαι, ποτέρα ἐξαρκέσει σκοπεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀφούσας δεήσει πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως;

est pulchritudo ipsarum, & totum me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipse, quemadmodum Argus ille, toto corpore videre possum. Videor autem mihi bene tum iudicasse, si omnibus pomum hoc reddidero. Nam & rursum illud quoque accedit, quòd hæc quidem Iouis soror & coniunx est: illæ verò filiæ. Quomodo igitur non periculosum etiam hoc pacto iudicium hoc fuerit? MER. Nescio, nisi quòd non licet detrectare Iouis imperium. PARIS. Vnum igitur hoc, Mercuri, persuade ipsis, ne succenseant mihi duæ illæ reliquæ, quæcunq; victæ fuerint: sed quicquid peccatum videbitur, id solis oculis imputent. MERC. Ita facturas se aiunt. Tempus autem iam tibi est, vt peragas iudicium. PARIS. Faciemus periculum. Quid enim agat quispiam? Cæterùm illud primùm scire volo, vtrũ satis erit spectare ipsas, vt nunc sunt, vestitas: an verò etiam exuere sese necesse erit, vt diligentiùs inspici atque, examinari eo possint:

σεως; Ερ. τοῦτο μὲν σὸν ἂν εἴη τῆς δικαστοῦ, καὶ πρόσαττε ὅπῃ καὶ θέλεις. Πά. ὅπῃ καὶ θέλω; γυμνὰς ἰδεῖν βούλομαι. Ερ. ἀπόδυτε, ὦ αὗται. σὺ δ' ἐπισκόπει, ἐγὼ δ' ἀπεστράφην. Ηρα. καλῶς, ὦ Πάρι, καὶ πρώτη γε ἀπρδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς, μὴ δὲ τῶν βοῶπις εἶναι, μέγα φρονῶ ἐπίσης δέ εἰμι πᾶσα καὶ ὁμοίως καλή. Αθη. μὴ πρότερον αὐτὴν ἀπρδύσῃ, ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθηται· φαρμακὶς γάρ ἐστι, μή σε καταγοητεύσῃ δι' αὐτοῦ. καί τοι γε ἐχρῆν μὴ δ' ὅτω κεκαλλωπισμένην παρεῖναι, μὴ δὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταῖράν τινα, ἀλλὰ γυμνὸν τὸ κάλλος ἐπιδεικνύειν. Πά. εὖ λέγουσι τὸ περὶ τοῦ κεστοῦ, καὶ ἀπόθου. Αφρο. τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ Αθηνᾶ τὴν κόρυν ἀφελοῦσα, ψιλὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύεις, ἀλλ' ἐπισείεις τὴν λόφον, καὶ

sint? MERC. *Hoc tuum officiũ erit videre, vtpote iudicis. Ac imperes ipsis licet, quomodocunq; etiam voles.* PAR. *Quomodocunque etiam volo? Nudas igitur videre volo.* ME. *Exuite heus vos. Tu verò inspice eas. Ego interim auertam me.* VEN. *Rectè, ô Paris. Atque prima certè exuam me, vt noris, quòd non solùm lacertos habeam candidos, neque etiam magnos & augustos oculos præ me ferendo superbiam. Aequaliter verò sum tota & vniformiter pulchra.* MI. *Ne priùs ipsam exueris, ô Paris, quàm cestũ à se deposuerit, (incantatrix enim est) ne te præstigijs circumueniat per illum. Et certè quidem oportebat neque etiam studiosè ita exornatam hîc adesse, neque tot coloribus fucatam, perinde ac verè meretricẽ aliquã, sed ipsam formã nudam exhibere spectandam.* PA. *Rectè sanè admonent illud de cesto: atq; etiam depone illum.* VE. *Cur non igitur & tu Minerua galea deposita nudum caput spectandũ exhibes: sed concutis conum,*

καὶ τὸ δικαστὴν φοβεῖς; ἢ δέ-
διας μή σοι ἐλέγχῃ τὸ γλαυ-
κὸν τῶν ὀμμάτων, ἄνευ τοῦ
φοβεροῦ βλεπόμενον; Αθη.
ἰδού σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφῄρη-
ται. Αφρο. ἰδού σοι καὶ ὁ
κεστός. Ηρα. ἀλλ' ἀπδυσώ-
μεθα. Πά. ὦ Ζεῦ τεράστιε τῆς
θέας, τοῦ κάλλους, τῆς ἡδονῆς.
οἷα μὲν ἡ παρθένος. ὡς δὲ
βασιλικὸν αὐτὴ καὶ σεμνὸν
ἀπολάμπει, καὶ ἀληθῶ; ἄξιον
τοῦ Διός. ὁρᾷ δὲ ἡδέως, καὶ
γλαφυρόν τι, καὶ προσαγω-
γὸν ἐμειδίασεν· ἀλλ' ἤδη μὲν
ἅλις ἔχω τῆς εὐδαιμονίας. εἰ
δοκεῖ δὲ, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκά-
στην ἐπιδεῖν βούλομαι, ὡς νῦν
γε ἀμφοβολός εἰμι, καὶ οὐκ
οἶδα πρὸς ὅ, τι κὴ ἀποβλέψω,
πάντῃ τὰς ὄψεις περισπώμε-
νος. Αφρο. οὕτω ποιῶμεν.
Πά. ἄπιτε οὖν αἱ δύο. σὺ δὲ
ὦ Ηρα, περίμενε. Ηρα. πε-
ριμένω. κἀπειδάν με ἀκρι-
βῶς ἴδῃς, ὥρα σοι καὶ τἆλλα
ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι τὰ
δῶρα τῆς νίκης τῆς ἐμῆς. ἢν γάρ
με,

& perterres iudicem? An ve-
reris ne tibi obijciat & re-
prehendat caruleum istud o-
culorum, si dempto terribili
isto aspiciatur? MIN. Ec-
ce tibi galea hæc ablata.
VEN. Ecce tibi & cestus
hic. IVN. Sed exuamur
tandem. PAR. O' Iupi-
ter monstrifice, quod specta-
culũ? quæ pulchritudo? quæ
voluptas? qualis virgo hæc?
vt verò regalis illa & vene-
rabilis effulget, adeoq́ verè
digna Ioue: tuetur aũt sua-
ue quiddam & iucundum,
ac blandum & illecebro-
sum. etiam arrisit. Sed iam
satis habeo felicitatis huius.
Si videtur autem, etiam seor
sim vnamquamque inspicere
volo: quoniam nũc certè am-
biguus sum, neq́ satis scio ad
quid etiam me referam, vi-
su in omnes partes distra-
cto. VEN. Ita faciamus.
PAR.[f] Abscedite igitur vos
duæ: tu verò Iuno hic ma-
ne. IV. Maneo. Ac postea-
quã me diligenter inspexeris, tempus tibi erit & cætera iã spe-
ctare, num pulchra victoriæ meæ dona proposita tibi. Nam si
me,

με, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἶναι καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ασίας δεσπότης. Πά. οὐκ ἐπὶ δώροις μὲν τὰ ἡμέτερα. πλὴν ἀλλ' ἄπιθι· πεπράξεται γὰρ ἅπερ ἂν δοκῇ. σὺ δὲ πρόσιθι Αθηνᾶ. Αθη. παρέστηκά σοι. κἄτα ἦν με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, οὔ ποτε ἥττων ἄπει ἐκ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν πολεμιστὴν γάρ σε, καὶ νικηφόρον ἀπεργάσομαι. Πά. οὐδὲν Αθηνᾶ δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης. εἰρήνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τανῦν ἐπέχει τὴν Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν, καὶ ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή. θάῤῥει δὲ, οὐ μειονεκτήσεις γὰρ, κἂν μὴ ἐπὶ δώροις δικάζομεν. ἀλλ' ἔνδυθι ἤδη, καὶ ἐπίθου τὴν κόρυν· ἱκανῶς γὰρ εἶδον. τὴν Αφροδίτην παρεῖναι καιρός. Αφρο. αὐτή σοι ἐγὼ πλησίον, καὶ σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς, μηδὲν παρατρέχων, ἀλλ' ἐνδιατρίβων ἑκάστω τῶν μελῶν. εἰ δὲ θέλεις, ὦ καλὲ, καὶ τάδε

me, Pari, formosiorē esse iudicaueris, vniuersæ eris Asiæ dominus. PAR. At non donis nostra hæc geruntur. Sed tamen abi. mox enim agetur quicquid æquum visum erit. Tu verò accede Minerua. MIN. Adsum tibi, Quòd si igitur me, ô Pari, formosam esse iudicio declaraueris, haud vnquā ex pugna victus abibis: bellatorem enim te, & victoriarū compotem efficiam. PAR. Nihil, Minerua, opus mihi est bello & pugnis. Pax enim, vt vides, in præsentia tenet Phrygiam ac Lydiam: & ab hostibus quietum est patris imperiū. Sed tamen confide. neq; enim eò minus feres: tametsi ob munera nequaquam iudicium feramus. Sed indue te tandē, & impone galeā, satis enim te inspexi. Ac nunc Venerem adesse tempus est. VE. Eccam meipsam tibi. Ac cōtemplare singillatim vnum quodque diligenter, nihil cursu præteruehendo, sed immorando singulis etiam membris. Quòd si verò placet, ô formose, etiam

τάδε μου ἄκουσον. ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα, καὶ καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδα εἴ τινα ἕτερον ἡ Φρυγία τρέφει, μακαρίζω μὲν τοῦ κάλλους, αἰτιῶμαι δὲ τὸ μὴ ἀπολιπόντα τοὺς σκοπέλους, καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας, κατ' ἄστυ ζῆν, ἀλλὰ διαφθείρειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ. τί μὲν γὰρ σὺ ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν; τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; ἔπρεπε δὲ ἤδη σοι γεγαμηκέναι, μὴ μέν τοι ἄγροικόν τινα, καὶ χωρίτιν, οἷαι κατὰ τὴν Ἰδὴν αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τοῦς Ἑλλάδος, ἢ Ἀργῶθεν, ἢ ἐκ Κορίνθου, ἢ Λάκαιναν, οἷάπερ ἡ Ἑλένη ἐστὶ, νέα καὶ καλὴ, καὶ κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτική. ἐκείνη γὰρ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, οἶδ' ἐγὼ, πάντα ἀπολιποῦσα, καὶ παρασχοῦσα ἑαυτὴν ἔκδοτον, ἕψεται, καὶ συνοικήσει. πάντως

hæc mea dicta accipe. Ego enim iamdudum aspiciens te iuuenem adeo, & formosum, qualem nescio an vllum aliũ nutriat Phrygia, beatum quidem te puto ob pulchritudinem: reprehendo autem, quòd non relictis hisce rupibus & saxis, in vrbe alicubi vitam degis, sed corrumpi pulchritudinem istam sinis in solitudine. Quid enim te montes isti iuuant? aut quid proficiunt pulchritudine ista tua boues? Decebat autem te iam & vxorem duxisse: non tamen rusticam aliquam & indigenam, quales per Idam passim mulieres sunt: sed ex Græcia aliquam, vel Argiuam, vel Corinthiam, vel Lacænam, cuiusmodi Helena illa est, adolescentula & formosa, & nulla parte me ipsa inferior, & quod maximum est, amori quoque dedita. Nam illa, si solùm etiam aspiciat te, satis scio, relictis omnibus, seq; ipsa ceu in deditionem tradita, sequetur & cohabitabit tecum. Prorsum

τως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς. Πά. οὐδέν, ὦ Ἀφροδίτη. νῦν δὲ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου, τὰ πάντα διηγουμένης. Αφρ. αὕτη θυγάτηρ μέν ἐστι Λήδας. ἐκείνης δ' καλῆς, ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη, κύκνος γενόμενος. ποία δέ τις τὴν ὄψιν; λευκὴ μὲν, οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γεγετημένην. ἁπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ὡῷ τραφεῖσα· γυμνὰς τὰ πολλὰ, καὶ παλαιστική. καὶ οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδή πρ εἰς ἀκμὴν κατέστη, πάντου οἱ ἄριστοι τῶν ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν ἀπήντησαν. προεκρίθη δὲ Μενέλαος τοῦ Πελοπιδῶν γένους. εἰ δὲ θέλεις, ἐγώ σοι καταπράξομαι τὸν γάμον. Πά. πῶς φῄς; τὸν τῆς γεγαμημένης; Αφρονέος εἶ σὺ, καὶ ἄγροικος. ἐγὼ

sum autem & tu audisti iam aliquando de ipsa. PAR. *Nihil etiam, ô Venus. Nunc autem lubens audiero omne quicquid est de illa te narrantem.* VENVS. *Est hæc* 8 *filia quidem Ledæ formosæ illius, ad quam Iupiter è cœlo deuolauit in cygnum conuersus?* PAR. *Qualis autem aspectu est?* VENVS. *Candida quidem, qualem consentaneum est esse è cygno prognatam: tenera autem, vt quæ in ouo enutrita fuerit: nuda plerunque exercens sese, & palæstricæ rei dedita. Adeò igitur magnopere ab omnibus passim expetitur, vt & bellum ipsius causa susceptum fuerit, cùm* h *Theseus nondum nubilem illam rapuisset. Postea verò cũ iam ad florem ætatis peruenisset, optimi quiq; Achiuorum ad petendas illius nuptias sese obtulerunt. Antepositus autem reliquis tum Menelaus fuit, ex genere Pelopidarum natus. Quòd si autem voles, ego tibi conficiam has nuptias.* PAR. *Quid narras? eiúsne quæ nam nupsit alteri?* VENVS. *Iuuenis adhuc es, & rusticus.*

ἐγὼ δὲ οἶδα, ὡς καὶ τὰ τοιαῦτα σφᾶν. Πά. πῶς; ἐθέλω γὰρ καὶ αὐτὸς εἰδέναι. Αφρο. σὺ μὲν ἀποδημήσας ἐπὶ θέαν δὴ τῆς Ελλάδος, καταπλεύσῃ εἰς τὴν Λακεδαίμονα, ὅπου τὰ σὰ ἐνέγυα. τοιγαροῦν ἐγὼ μὲν ἤδη τὸ ἔργον, ὅπως ἐραστήσεταί σου, καὶ ἀκολουθήσει. Πά. τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστόν μοι δοκεῖ, τὸ ἀπολιποῦσαν ἄνδρα, ἐθισθῆναι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνοικεῖν. Αφρο. θάρρει τοίνυν γε ἕνεκα. θαῤῥεῖ γάρ μοι εἰσὶν εὐκαλῶ, ἵμερος καὶ ἔρως, τούτω σοι παραδώσω ἡγεμόνε τῆς ὁδοῦ γενησομένω. καὶ ὁ μὲν ἔρως, ὅπως παρελθὼν εἰς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν· ὁ δ' ἵμερος, αὖ ὦσοι περιχυθείς, τοῦθ' ὃ πάρεστιν, ἱμερτόν τι θήσει, καὶ ἐράσμιον. καὶ αὐτὴ δὲ συμπαροῦσα, δώσομαι καὶ τῶν χαρίτων ἀκολουθᾶν. ἅπαντες αὐτὴν ἀναπείσομεν.

Ego verò noui quo pacto talia perficere conueniat. PAR. *Quomodo? cupio enim & ipse scire.* VEN. *Tu quidem proficiscêris ad perlustrandam Græciam, atque vbi Lacedæmona peueneris, videbit te Helena. Post illa verò, meum iam opus erit efficere, quò illa amore tui capiatur, teq; sectetur.* PAR. *Hoc ipsum etiam incredibile mihi videtur, vt illa relicto coniuge, cum homine barbaro atque hospite è patria nauigare in animum inducat.* VEN. *Bono animo esto. Nam huius certè rei gratia liberos duos habeo pulchros. Amabilitatem & Cupidinem videlicet, quos tibi tradam, qui tibi duces itineris futuri sint. Ac Cupido quidem totus subingrediens illam, vi coget amare mulierem. Amabilitas autem tibi ipsi circumfusa, id quod ipsa est, & expetibilem te reddet, & amabilem. Deinde autem & ego vnà præsens rogabo Gratias, quo & illæ comites se præbeant: atq; ita omnes ipsam ad hoc quod volumus impellemus.*

μεν. Πά. ὅπως μὲν τάχα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Αφροδίτη. πλὴν ἐρῶ γε ἤδη τῆς Ελένης, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ὁρᾷν αὐτὴν οἴομαι. καὶ πλέω εὐθὺ τῆς Ελλάδος, καὶ τῇ Σπάρτῃ ἐπιδημῶ, καὶ ἐπάνειμι ἔχων τὴν γυναῖκα, καὶ ἄχθομαι ὅτι μὴ πάντα ταῦτα ἤδη ποιῶ. Αφρο. μὴ πρότερον ἐρασθῇς, ὦ Πάρι, πρὶν ἐμὲ τὴν προμνήστριαν καὶ νυμφαγωγὸν ἀμείψασθαι τῇ κρίσει. πρέπει γὰρ κἀμὲ νικηφόρον ὑμῖν συμπαρεῖναι, καὶ ἑορτάζειν ἅμα καὶ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἐπινίκια. πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸ ἔρωτα, τὸ κάλλος, τὸν γάμον τούτου τοῦ μήλου πρίασθαι. Πά. δέδοικα μή τοῦ ἀμελήσεις μετὰ τὴν κρίσιν. Αφρο. βούλει ἐπομόσομαι; Πά μηδαμῶς, ἀλλ' ἑπόσχου πάλιν Αφρο. ὑπισχνοῦμαι δή σοι τὴν Ελένην παραδώσειν γυναῖκα, καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἀφίξεσθαι παρ' ὑμᾶς εἰς τὴν Ιλιον,

lemus. Quomodo fortassis hoc procedet, incertum adhuc, Venus est: veruntamen amo iam Helenam, & nescio quo pacto etiam videre ipsam mihi videor, & nauigo rectà versus Græciam, & in Sparta peregrè absum, & redeo vuà cum vxore: & doleo quòd non omnia hæc iam nunc facio. VENVS. Ne prius amaueris, Pari, quàm [i] pronubam me & sponsæ conciliatricem iudicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me victoriæ compotem factam adesse vobis, & celebritatem peragere nuptiarum pariter & victoriæ. Omnia enim licet tibi hæc, & amorem, & formam, & nuptias [k] pomo isto mercari. PAR. At metuo ne me post latum iudicium negligas & contemnas. VEN. Vis igitur vt iurem tibi? PAR. Nequaquam, sed tantùm promitte denuò.

VEN. Promitto igitur, Helenam tradituram me esse vxorem tibi, & futuram comitē proficiscenti ad ipsam: deinde &

Ἰλιον, καὶ αὐτὴ παρίσομαι, καὶ συμπράξω τὰ πάντα. Πά. καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὸν ἵμερον, καὶ τὰς χάριτας ἄξεις; Ἀφρο. θάῤῥει· καὶ τὸν πόθον καὶ τὸ ὑμέναιον πρὸς τούτοις παραλήψομαι. Πά. ἀκοῦν ἐπὶ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ἐπὶ τούτοις λάμβανε.

Ilium venturam esse ad vos. Atq; adeò ipsa præsens adero, & ad omnia opitulabor. PAR. *Etiam Cupidinem & Amabilitatem & Gratias tecum adduces?* VEN. *Bonum animum habe: quin & Desiderium! & Hymenæum prætereà comites assumam.* PAR. *Ob hæc igitur do tibi pomum, ob hæc accipe.*

GILBERTI COGNATI.

ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HVius iudicij occasionem dedit Eris, rixarum dea, in Thetidis & Pelei nuptijs: ad quas reliqui dij omnes, præter Eridem, hoc est, discordiam (quid enim huic turbulentæ atque insanæ Deæ cum nuptijs?) inuitati conueniunt. Eris vltura iniuriam suam, pomum elegantissimum cum hac inscriptione, ἡ καλὴ λαβέτω: id est, pulchriori detur, in mensam discumbentium proijcit. Iupiter, ne qua fieret in nuptijs commotio, Mercurium ad Paridem mittit: vt ipso iudice, pomum detur venustiori. Habita inter deas tres longa disceptatione, Paris promissæ Helenæ occasione, Veneri dat pomum. Ipse ad Spartam nauigio proficiscitur, Helenam rapit, raptam ad Ilium deducit. Hinc illæ lachrymæ, hinc illud decennale bellum, quod tota Græcia ad Troiam gessit: quod quidem ab Homero libris 24. vsque ad Hectoris interitum describitur. Extat etiam Coluthi Thebani de Helenæ raptu liber vnus. Vide prætereà infrà dialogum Marinum, Panopes & Galenes. Item conuiuium Lapitharũ: postremò Charidamum.

a PRIAMI filium pastorem.] *Nam & Paris pastor fuisse dicitur, atque tunc eum iudicem formæ inter Deas fuisse ferunt. Virgi-*

Virgilius: —amárunt dij quoque syluas
Dardaniusque Paris, &c.

b Electus sit arbiter.] *Nec nos, bella Venus, nostræ formæ metuimus: ne quidem si ad tuum Martem huius arbitrium causæ deferretur.* *c* Cum eo habitare.] σωοικεῖν *hoc loco verbum est tectum, & pudoris ac verecundiæ plenum, idemq; valet quod infrà diximus in primo meretricio Dialogo* περὶ τοῦ ἔχειν. *Laërtium quoque in Aristippo vsum esse conflat, pro cohabitare.* *d* Phrygium.] *Catamytum puerum Ganymedem, Troïs filium, quem ob elegans ingenium in Ida pascentem rapuisse Iupiter, in aquilam conuersus, fingitur. Fabula est apud Ouidium: & de eo loquitur Theocritus in Syracusiis, Iouis puerũ pocillatorem eũ vocans, repudiata enim Hebe Ioui pocula ministrat. Itẽ Xenophon in Symposio. De eo Virg. in princ. 1. Aen.*
—& rapti Ganymedis honores. *e* Cum ipso aderã.] *Volabam. Mercurius de Ioue Ganymedem rapturo. In raptu Ganymedis dissentiunt autores: nam Homer à dijs, Virg. 5. Aeneid. ab aquila, Ouid. 10. Met. & noster Lucian. à Ioue in aquilam verso raptum scribunt. Illud quidem dicunt omnes raptum, vt Ioui, sicut Ouidius loquitur, pocula miscueret.* *f* Abscedite vos duæ.] *Euocatio imperfecta* ἄπιτε οἱ δύο. i. *abite vos duæ.* ἄπιτε *Græcè, Latinè vnius literæ mutatione, abite.*
g Filia quidem Ledæ.] *Iupiter, propter mulieres nihil non factus est. Cygnus Ledam compressit, Tyndari regis vxorem, quæ ouum peperit: vnde nati sunt Dioscuri, Pollux & Castor & Helena, vt est apud Ouidium 6. Metam. & 14. Iliad. Apud Athenæum lib. 2. exponitur eius quoq; fabulæ origo. De Helenæ forma, procerum cùm Græcorum, tum Troianorum robore & moribus, & alijs virtutibus, vide Daretem Phrygium, in historia belli Troiani, qui ei interfuit* αὐτόπτης. *Helenam ob formæ elegantiam primũ à Theseo, deinde à Troiano Paride raptam, historiæ tradunt. De Helenæ pictura vide Plin. lib. 35. c. 3.* *h* Theseus.] *De Theseo est apud Isocratem in encomio Helenæ, Euripidem in Helena. Eius vitam scripsit Plutarch.* *i* Pronuba.] προμνήστρια, *ἡ νυμφαγωγὸς dicitur, quam Xenophon* προμνηστρίδα *vocat.* Προμνᾶσθαι *est, pronubæ officio fungi, & nuptiarum conglunatricis, i.* συναγωγοῦ τοῦ γάμου. *& ars ipsa* προ-

psa προμνηστικὴ *dicitur, quasi conciliatrix, ars conciliandi & copulandi.* προμνηστεύομαι *etiam,* αὐτὴ τοῦ προμνῶμαι *dicitur. Idem Lucianus in Herodoto:* προμνηστευσαμένη τῷ Αετίωνι τὴν τοῦ προξενίδου θυγατέρα *Quod ideò dixit, quia Proxenides artem pictoris admiratus, qui nuptias Alexandri pinxerat, generum sibi eum asciuit vltrò.* k Pomo isto mercari.] *Mercandi verba rariùs datiuo iunguntur. In Græco.* πρίασθαί τι μήλου. *Sunt qui putant subaudiendum* Διὰ, *alijs placet,* αὐτί l Et Hymenæum.] *Hymenæus nuptiarũ deus, quẽ Poëtæ fabulantur Veneris & Liberi filiũ fuisse, primũq; certas nuptias instituisse.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.
Εξηγητικὸς iudicij Paridis.

Paridis iudicium, vti vult Proclus Diadochus in Platonicis Commentarijs, nihil aliud est q̃ delectus adolescentis in persequendo hoc aut illo vitæ instituto, dum aut recta ratio eum ducit ad verorum bonorum, hoc est, Palladiæ vitæ amorem, vel animi affectus vecordia seductus, ad Venereæ, & in speciem pulchræ formæ admirationem rapitur & inclinat.

Matris Acidaliæ iuuenis deceptus amore,
Non curat reliquas cæcus habere deas.
Pallade quid melius? Iunone potentius ipsa?
Præferimus Cypridos munera praua tamen.

Iudicium Paridis αὐτοσχεδίως.

Priamides iuuenis, quo non formosior alter,
Qui tenuit magni Troia sceptra senis:
Pallados & Veneris formæ, Iunonis & olim
Arbiter electus, talia verba tulit:

Ad Iunonem.

Quamuis magna potes Iuno, coniunxq; sororq;
Illius excelsi qui iuga summa tenet:
Non tamen his moueor, curæ mihi non tua dona,
Haud referes formæ præmia chara tuę.

Ad Palladem.

Frustra tu certare paras quoq; Pallas amica:
Ingenij quamuis gloria magna tui.

Nam-

Namq; Venus Cytherea placet, calor ossibus ardet,
Munera iudicio nunc feret ipsa meo.

Ad Venerem.

Hoc igitur capias malum, quæ mitia reddis
Corpora, quæque potes flectere cuncta Venus.
In grauibus mihi sola dabis solatia curis,
Quâ nihil æthereus charius orbis habet.

Exegesis.

Est adeò stygijs mens nostra immersa tenebris,
Vt non quæ bona sint, quæ mala, dispiciat.
Pallade quid melius? Iunone potentius ipsa?
Eligit hic Veneris munera fœda tamen.
Noxia quæque petunt homines caligine cæci,
Iudicioque perit plurima turba suo.
At reputes quæso Paridis tu semper amores,
Cautiùs vt viuas, lector amice vale.

MERCVRII.] ἡ τοῦ διὸς πρόσταξις, *à persona, actu, & loco, & ipsum mandatum.* O Pari.] ἡ δευτέρα ἐντολή. Certaminis aũt.] *Occupatio.* Vt & ipsæ.] εὐνοϊκὴ εὐχή. Ego verò abl.] *Concludit ablegationem sui arbitrij.* Quare equidem ipse.] *Altera pars comparationis* προσωπογραφία. Ego veró.] καύχησις τῆς ἀφροδίτης, *ac probat iudicem.* Seu oportet etiã.] *Occupatio.* Neq; nos, Venus, tim.] *Responsione probat & Iuno iudicem.* Nũ igitur.] ἀποστροφὴ *Iouis ad Palladẽ, è cerebro ipsius natam.* Abite igitur & vid.] πρόσταξις καὶ παραίνεσις. Neq; enim fieri pot.] αἰτιολογία. Ego quidem præibó.] *Profectionis initium.* Adolescẽs est form.] *Descriptio Paridis.* Hoc quidem.] ἐπίκρισις. Verùm aũt.] *Veneris callida interrogatio.* Videtur.] *A conditione vel fortuna.* Cuius igitur gratia.] *Occupatio.* Malè legation.] ἐπιτίμησις ἢ μέμψις. Nihil mali.] *Defensio sui ad* προσέγκλημα. Quid autẽ bellicæ.] *Mineruæ interrogatio* περὶ τῶν πολεμικῶν, καὶ τῆς φιλοδοξίας. Vidésne? nihil ego.] εἰκασμῷ *respondet.* Etiam hæc fermé.] *Interfatio Veneris.* Quamobrem.] δέησις. Propemodum Phrygiam.] *Profectionis continuatio.* Hâc versum iuno.] δεικτικῶς. A scopulo deorsum.] *A signis iudicem describit.* Sed quia.] *Consilium Mercurij.* Rectè dicis.] *Iunonis oratiuncula.* Locorum perita es.]

σκώμμα. Non admodum Iuno.] *Veneris responsio.* Atq; igitur ego vos inducam.] *Mercurij pollicitatio.* Nam & ipse.] *Ratio.* Vt quid ageret puer obser.] σκώπτει τὴν ἥραν. Et si modò satis memini.] *Interserit fabulam de rapto Ganymede.* Tum igitur ego fist. sust.] *Redit ad ipsam rē.* Salue bubulce Paris.] *Compellationes ἢ ἀσπασμοί.* Quis enim ipse es qui huc ad nos.] ἐρώτησις θαυμαστική. Non enim eiusmodi.] δείξις τῶν προσώπων. At non mulieres.] ἀφήγησις. Sed quid tremis.] *Confirmat Paridem trementem.* Quandoquidem form. ipse es.] αἰτιολογία. Cognitionem hanc tibi.] ἐπιτροπή. Cedo vt videam.] *Petitio.* Quo pacto.] *Reiectio.* Mortalis cùm sim.] *Extenuatio sui ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου.* Nam huiusmodi.] *Ratio per comparationem.* Hæ verò & form.] *A' difficili, ὅτι χαλεπὴ ἡ κρίσις.* Non enim facilé.] αἰτιολογία. Et in summa.] ἐπιφώνημα. Doleo ꝙ non & ipse.] εὐχή. Benè tū iudicasse.] *A' tuto.* Nescio nisi quod.] *Proponit ipsis conditionem.* Facturas se aiunt.] *Recipiunt conditionem.* Tempus tibi est.] *Iussio.* Quid enim agat.] *Occupatio.* An verò etiam.] διαίρεσις. Hoc tuū offic. erit.] *Permissio.*] Nudas igitur videre volo.] *Expositio suæ sententiæ* Tu verò inspice eas.] *Iussio.* Quòd non solùm lacert. hab. cand.] *Venus seipsam commendat.* Nec priùs ipsam.] *Interlocutio.* Et certè quidem.] κατηγορία. Cur non igitur.] αὐτικατηγορία. An metuisti.] θαυμασμός. Ecce tibi galea.] πρόπτη κρίς τῶν πασῶν. O' Iupiter.] αὔξησις. Vt veró.] *Clausula.* Tuetur aūt.] Δευτέρα ἐξέτασις τῶν ἑκάστων. Si videtur.] *Ascensus ad illud.* Tu verò Iuno.] ἀποστροφὴ προστακτικὴ *ad Iunonem.* Ac posteaquam.] ὑπόσχεσις *ad corrumpendum iudicem.* Non donis nostra hæc geruntur.] *Recusatio donorum.* Accede Minerua.] *Vocatio Mineruæ.* Quòd si igitur.] ὑπόσχεσις. Nihil Minerua.] *Recusatio.* Pax enim.] *Ratio à contrario.* Confide.] *Hortatio.* Venerē adesse tempus est.] *Transitio ad Venerem.* Contemplare singillatim.] *Permissio.* Quòd si verò placet.] ἀξίωσις. Te iuuenem adeò form.] ἔπαινος. Beatum quidem te.] μακαρισμός. Ob pulchritudinem.] αἰτιάσις. Reprehendo autem.] ἀποτρεπτικόν.

Quid

Quid enim tu fruaris his.] *αἰτιολογία, ab iniucundo & inutili.* Decebat autē.] *A' decoro.* Quales per Idam.] *θέσις.* Cuiusmodi Helena est.] *ὑπόθεσις.* Adolescentula & formosa.] *προσωπογραφία.* Prorsum autē.] *προκατάστασις.* Est hæc filia quidem Ledæ.] *διήγησις à parentibus aspectu vel forma, & corporis temeritudine.* Theseus nondum nubilem.] *Proci Helenæ.* Menelaus.] *Maritus Helenæ.* Quòd si voles.] *ὑπόσχεσις.* Quid narras.] *τὸ ἀδύνατον.* Tu proficisceris.] *ὁ τρόπος καὶ δύνατον.* Post illa verò.] *ὑπόσχεσις.* Incredibile mihi videtur.] *Repetit τὸ ἄπιστον.* Bono animo esto.] *Pollicetur adiumentum suum.* Cupido quidem.] *τὰ ἐκβησόμενα.* Veruntamen amo iam.] *Vincitur Paris non à gloriæ cupiditate, aut regnandi libidine, sed ab amore turpi.* Videre mihi videor.] *φαντασία.* Ne priùs amaueris.] *ἀξίωσις τῆς ἀμοιβῆς.* Decet enim.] *A' decoro.* Omnia enim.] *A' possibili.* Ne me pòst negligas.] *Petit fidem sibi dari.* Promitto igitur.] *Promissio Helenæ & suæ opis.* Ob hæc igitur.] *Conclusio iudicij.*

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ μαῖας.

a *MERCVRII* & b *Maiæ.*

Erasmo Roterodamo interprete.

MERCVRIVS.

Ἔστι γάρ τις, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; Μαῖα. μὴ λέγε, ὦ Ἑρμῆ, τοιοῦτον μηδέν. Ερμ. τί μὴ λέγω; ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας δασπώμενος; ἔωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα, σαίρειν τὸ

Est verò, mater, Deus quisquam in cœlo me miserior? MAI. *Caue ne quid istiusmodi dixeris, Mercuri.* MER. *Quid non dicam? qui quidem tantum negotiorum solus sustineam, quibus delassor, in tam multa ministeria distractus. Nam manè protinùs surgendum est mihi, statimq; verrendum cœnacu-*

συμπόσιον λέγ· καὶ διαφέρομαι τοῖς ἐκκλησίαν, εἶτα ἀνατιθέντα ἕκαστα, παρεσάναι τῷ Διΐ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμέρας δρομοῦσα καὶ ἐπανιοῦσα θύσια ἔτι ἀνανενιμένον, παρατιθέναι τῷ ἀμβροσίαν. πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ πάντων ἀνιαρότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς κατ' ὀλίγον μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλάτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεσάναι τοῖς δικασταῖς. ὃ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ἐν παλαίστραις εἶναι, κἂν τοῖς ἐκκλησίοις ὑπηρέτην, καὶ ῥήτορας ἐνδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκυικὰ σωσιπάτραν μνημεισμένον. καί τι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν. ἐμοὶ δέ, κατ' ἐκάστην ἡμέραν καὶ ταῦ-

cœnaculum, vbi diÿ compotant. Tum vbi curiam, in qua consultant, vndique straeuero, ac singula ita vt oportet, composuero, Ioui necessum est assistere, ac [c] perferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cursitare. insuper quum rediuo, pulueruleutus adhuc, [d] ambrosiam apponere cogor. Porrò priusquam [e] nouitius iste pocillator aduenisset, ego nectar etiam ministrabam. Quodq; est omnium indignissimū, soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet: verùm id quoque temporis necesse habeo defunctorum animas ad Plutonē deducere, maniumque gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus assistere. Neque enim mihi sufficiebant scilicet diurna negotia, dum versor [f] in palæstris, dum in concionibus præconis vices ago, dum [g] oratores instruo: ni hæc quoq; prouincia accidat, vt simul etiam vmbrarum res disponam. Atqui [h] Ledæ filÿ alternis inter ipsos vicib. apud superos atque inferos agitant: mihi necesse est quotidie tum

hoc

τα λοιπὰ ποιῆν ἀναγκαῖον. καὶ οἱ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης ἡμῖν, ἐκ γυναικῶν δυσλώβητον γυναικῶν, τὸν χρόνον ἀφρόντιδον· ὁ δὲ Μάιης τῆς Ἀτλαντὸς ἀδελφὸν μακαρίτοις, καὶ νεωστὶ ἄρτι ἥκουσά μου ἀφ' Σιδῶνος καὶ παρὰ τοῦ Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ἑαυτῷ πρόπεμψί μου ὀψόμενον, ἢ πρᾶγμα ἀπάσης, μηδὲ ἀναπνεύσασα, πρόπεμψιν αὖθις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον τὸν Δανάου. εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐς Βοιωτίαν φησὶν ἐλθὼν, ἐν παρόδῳ τὸν Ἀντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως ἀπηόρευκα ἤδη. ἀγὲ μοι δὴ ἀπατὸν εἶναι, ἤδεως ἄν ἀξίωσε πρᾶσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ ἁπαξάπασι δουλεύοντες. Μά. ἃ ταῦτα, ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νεωστὶ ὥσπερ ἐπίμφθης, σόβει ἐς Ἄργος, ἔστα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύων λάβοις. ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

hoc, tum illud pariter agere. deinde [i] duo illi Alcmena ac Semele miseris prognati mulieribus, ociosi in conuiuijs accumbunt: at ego Maia Atlantide progenitus, illis ministro scilicet. Quin nunc quum recens [k] Sidone à Cadmi filia reuersus essem (nam ad hanc me legârat, visum quid ageret puella) priusquam respirassem, & ad huc anhelum de via, rursum ad [l] Argos emandauit, visurum qui cum Danaë ageretur. Rursum inde in [m] Bœotiam profectus, inquit obiter Antiopam visito. adeò vt planè iam pariturum me negârim. quòd si mihi licuisset, lubens profectò feciſem id, quod solent ij, qui in terris duram seruiunt seruitutem. MAI. *Missa fac ista, gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, quum sis iuuenis: ac nũc, quò iussus es, Argos cõtende, deinde in Bœotiam: ne si cessâris, fueriſq; lentior, plagas etiam auferas: nam iracundi sunt, qui amant.*

GIL.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a MERCVRII.] *Mercurius superis & inferis ex æquo communis: denique μυσταγωγὸς ipse, hoc est, mysterij præfectus, ac Deorum interpres, conqueritur miseriam & immensos labores suos. b* Maiæ.] *Maia Atlantis filia fuit ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium suscepit, vt est apud Virgil. 8. Aen. c* Perferendis illius mandatis.] *Idem erat & nuncius deorum, vnde κήρυξ & Ἀγγελος vocatur. d* Ambrosiam.] *ἀμβροσία cibus est, apud Hom. deorum αἰεὶ ἐόντων, vt Nectar potio. Martial.* Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. *Apul. in 6. Tunc poculum nectaris quod vinum Deorum est. Hæc illis tantùm à Poëtis tribuuntur, si quando domi cibum capiunt, nam alibi nidore carnium delectantur. e* Nouitius ille pocillator.] *Ganymedem intelligit, quem ab aquila raptum, & in cœlum tranuectum aiunt. Theocritus in Syracusiis: O' aquilæ eburneæ, Ioui puerum pocillatorem aduehentes. Autor Priapei carminis:* — raptus alita sacra,

Miscet amatori pocula grata suo:

Nam Ioui ait pocula stare finxerunt. Cic. 1. Tuscul. Non enim ambrosia Deos aut nectare aut Iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait, propter formam, vt Ioui pocula administraret: non iusta causa, quur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos. f In palæstris] *Palæstræ præsules Deos antiqui habuerunt, Mercurium & Herculem: quo significarent, cum ingenio robur coniungi debere. vnde palæstricam, Mercurij artem appellat Heliodorus lib. 10. τῶν ἐναγωνίων ἑρμοῦ τέχνων ἠκριβωκὼς:* id est, *in concertatoria Mercurij arte exercitatissimus. g* Oratores instruo.] *Quia orationi præest, λόγιος dicitur. h* Ledæ filij.] *Leda Tyndari regis coniunx fuit, cum qua Iupiter in forma cygni concubuit, & illa duo ova protulit: ex quorum vno nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytemnæstra. Cùm aũt Castor in pugna aduersus Athenienses cecidisset, Pollux suã immortalitatẽ illi communicauit, impetrauitq; à Ioue, vt alternatim viuerent. Virg. 6. Aen.*

Si fra-

Si fratrem Pollux æterna morte redemit.

Hos sæpè celebrant Pindarus, Theocritus & Lycophron in Cassandra. Laudat quoque Isocrates in Helenæ encomio. i Duo illi Alcmena.] *Hercules & Bacchus. nam Iupiter ex Alcmena Herculem suscepit, Bacchum verò ex Semele Cadmi filia. Ambo in deorum numerum relati sunt.* k Sidon.] *Vrbs insignis Phœniciæ Cananæorum, apud quam Cadmum regnasse scribit Eusebius, cuius filia fuit Semele, cum qua Iupiter concubuit.* l Argos.] *Ciuitas clarissima in Peloponneso, à qua Argiui Græci dicti sunt, quorum rex fuit Acrisius Danaæ pater, cuius amore captus Iupiter, in imbrem aureum se conuertit, & per tegulas in puellæ gremium se dimisit, quæ munitissima turri includebatur.* m Bœria.] *Regio in finibus Græciæ, Eubœæ insulæ obiecta: ab Attica aũt Cithærone monte discreta.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Οδυρτικὸς, querulus. Conqueritur enim de miseria & laboribus suis immensis: & προτρεπτικὸς, hortatorius ad obedientiam Ioui præstandam.

Munus Athlantiades queritur, magnósve labores,
Et quæ sint etiam munia tanta probat.
Pareat vt summo, sedes cui lucidus æther,
Hortatur gnatum sedulò Maia suum.

ETS veró.] ἡ τοῦ ὀδυρμοῦ πρότασις συγκριτική. Caue ne.] κατασκευή. Quid non.] ἐπικατασκευὴ κατ' ἀπαρίθμησιν. Pocillator.] ὁ γανυμήδης. Priusquam aduenisset.] *Alterum tempus.* Defunctorum animas ad Plutonem deducere.] *Mercurius* ψυχαγωγὸς καὶ νεκροπομπός. Neq; enim mihi.] ἐπεξεργασία. Dum versor in palæstris] αὐτιπαραβολή. Ni hæc quoq;.] αὐταπίδοσις. Atqui Ledæ filij.] ἡ δευτέρα αὐτεξέτασις ἀπὸ τοῦ αὐηκέστου ἐπάνοδος ἐπανελεύθω γὰρ ἐπὶ τοὺς πόνους. Rursum inde.] *Fastidium magnum laborum perpessorum* Missa fac ista.] ἀποτροπὴ, καὶ προτροπὴ ἀπὸ τοῦ πρέποντος. Argos contende, ne si cessaris.] πρόσταξις αἰτιολογική. Nam iracundi.] *Ratio* θετική.

MARINI DIALOGI.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ Νηρηΐδων.

NEPTVNI ET Nereidum.

Iacobo Micyllo interprete.

NEPTVNVS.



Ο μὲν σγνὸν τοῦτο ἐς ὃ ἡ παῖς κατηνέχθη, Ελλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. τὸν δὲ νεκρὸν ὑμεῖς, ὦ Νηρηΐδων, παραλαβοῦσαι, τῇ Τρῳάδι προσενέγκατε, ὡς ταφείη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. Νηρη. μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον, ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τετάφθω. ἐλεοῦμεν γὰρ αὐτὴν, οἴκτισα ὑπὸ τῆς μητρυᾶς πεπονθῆαν, Ποσειδ τοῦτο μὲν, ὦ Αμφιτρίτη, οὐ θέμις. οὐδ' ἄλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι ὑπὸ τῇ φάμμῳ αὐτὴν ἀλλ' ὅπερ ἔφης, ἐν τῇ Τρῳάδι, ἐν τῇ Χερρονήσῳ τεθάψεται. ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ Ινὼ πείσεται, καὶ



Retum hoc quidem angustum in quod [a] puella hæc delapsa submersa est, Hellespontus ab ipsa vocetur. cadauer autē ipsum vos [p] Nereides acceptū in [c] Troadem auferre, vt ibi ab incolis sepeliatur. NER. Nequaquā, Neptune, sed hic incognomine pelago sepeliatur. Miseremur enim ipsius, vt quæ miserabilia maximè [d] à nouerca passa fuerit. NEP. At hoc quidē, [e] Amphitrite, fas non est, neque etiam aliàs honestum, hic illam alicubi sub arena iacêre: sed quod dixi, in Troade in [f] Chersoneso mox sepelietur. Illud autem pro solatio ei erit, quòd paulò pòst eadem ipsa quoque [g] Ino patietur, &

καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τῦ Ἀθάμαντος διοκωμῴη εἰς τὸ πέλαγος, ἀπ' ἄκρου τοῦ Κιθαιρῶνος, καθάπερ καθύκα, εἰς τὴν θάλασσαν, ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης. Νηρ. ἀπὸ μηχανέλου σῶσαι δίκασα, χαρισάμενος τῷ Διονύσῳ· φροὸς γὰρ αὐτοῦ καὶ τίτθη ἡ Ἰνώ. Ποσειδ. οὐκ ἐχρῆν οὕτω κωνηρὰν οὖσαν ἀπὸ τοῦ Διονύσου ἀχαρισεῖν, ὦ Ἀμφιτρίτη. οὐκ ἄξιον. Νηρ. αὐτὴ δ' ἄρα τί παθοῦσα, διατίποτε ἐκ τῦ κεκῦ: ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὄχεται; Πο. ἀκότως· νεανίας γὰρ, καὶ δυνατὸς ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν. ἡ δὲ ἀπὸ ἀηθείας ἐμβᾶσα ὀχήματος παραλόγου, καὶ ἀπιδοῦσα εἰς βάθος ἀχανές, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα συνθεῖσα, καὶ ἐκλιχιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πλήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν ἡνιόχων τοῦ κείου, ὧν τέως ἀπείληπτο, καὶ διατίποτε εἰς τὸ πέλαγος. Νη. ἀλλ'

& præcipitabitur, persequente illam Athamante, in pelagus exsummo [h] Cithærone, quà in mare porrigitur, [i] vnà cum filio quem in ulnis gestabit. NER. Sed & illâ seruare conueniet, gratiam hanc Baccho faciendo. [k] Educauit enim illum Ino, eaděq; nutrix illius fuit. NEP. Non decebat, adeò prauam. Sed tamen Baccho non gratificari, [l] Amphitrite, indignum foret. NER. Sed quid accidit [m] huic quòd ab ariete decidit, frater autem eius Phryxus tutò vehitur? NEP. Meritò: adolescens enim est, & contra impetum obsistere potest. Illa verò, eò quòd insueta eius rei erat, conscenso videlicet vehiculo nouo & inopinato, & despiciendo in profundum immensum, perculsa animo & pauore pariter attonita: præterea & vertigine correpta, præ vehementia & impetu volatus retinere cornua arietis amplius non potuit, quibus se cousq; sustentauerat: atq; ita in mare décidit.

Νη. οὐκοῦν χρὴν τὴν μητέρα νεφέλην βοηθεῖν πιπτούσῃ; Πο. ἐχρὴν, ἀλλ' ἡ μοῖρα πολλῷ τοῦς νεφέλης δυνατωτέρα.

NER. *An' non igitur matrē ipsius Nephelen decebat opē ferre cadenti?* NEP. *Decebat sanè, sed* [n] *Parca quàm*

[o] *Nephele multò potentior est.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

NOuercas inuidere liberis ex priore vxore natis. Illis enim innatum esse fatale quoddam & irreconciliabile odium in priuignos, etiā indicat Euripedes in Ione: φθυνεῖν γὰρ φάσι μυτρίας τέκνοις. *i.* Inuidere enim aiunt nouercas liberis. Vide apud Erasmum: Odium nouercale.

a PVELLA delapsa.] *Helle Athamantis regis Thebarum, & Nepheles filia, q̄ vnà cum Phryxo fratre, nouercales insidias metuens, cū accepto à patre ariete aureo pontum vellet traijcere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, eiq; nomē fecit: quod etiā hodie ab eius nomine Hellespontum vocant eruditi. fretum est angustum inter Propontidem, & mare Aegæum, Asiam ab Europa septem non amplius stadiorum interuallo disterminans. Ouid. 11. Metam.*

Augustum circa pontum Nepheleïdos Helles
Laomedonteis Latonius astitit aruis.

Idem 13. Metamorph.

Longus in angustum qua clauditur Hellespontu.

b Nereides.] *Nereus Deus maris est Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride vxore, eademq; sorore maximā maris Nympharum turbam, humanam effigiem habentium, suscepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Earum nomina vide apud Hesiodū in Theogonia.* c Troiadem.] *Asiæ minoris regionē, quam Ptolemæus minorē Phrygiam appellat, Hellesponto adiacens.* d A' Nouerca.] *Ino, quæ Cadmi & Harmoniæ filia & Liberi patris & Semele Iouis filij nutrix, & Ideo à Iunone afflicta, cū qua Athamas Thebanorū rex secundas cōtraxit nuptias, postquam Nephele (ex qua tam ille Phryxum & Hellen susceperat) liberi patris furore agitata in syluas se contulerat. Hæc, vt erat, ita re vera se nouercam gessit, priuignosq; identidem apud patrem*

patrem accusans, eò compulit, vt consenso aureo ariete fugerent sibi consulerent. Quã rem ægrè ferens Iuno, Athamanti Furias immisit, quæ in tantã eum adegerũt rabiem, vt cum Inò ad se accedentẽ aspiceret, hanc quidẽ Leænam, filios aũt suos eiusdẽ catulos esse arbitraretur, atq; raptũ Learchum alterũ ex filijs saxo illiserit, idẽ in vxore exemplum editurus, nisi illa arrepto Melicerta altero filio, vnà cum illo in mare se abiecisset, vbi deorũ miseratione in deam marinã est transformata, quã Græci quidem Λευκόθεαν, Latini aũtẽ Matutam appellant. Cic. Tusc. & lib. 3. de Natur. deor. Ino Cadmi filia nónne Λευκόθεα nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Melicertes aũt in Palæmonem, quem nos Portunum nominamus. Hanc historiã fabulosè tractat. Ouid. 6. Fast. & 4. Metam. Pausanias in Atticis, Hyginus in Mythologijs suis cap. 1. 2. 3. & 4. Lucianus in epigrammate quodam. e Amphitrite.] Nerei filia & vxor Neptuni. Hic pro ipsis Nereidibus accipitur. f Chersonseo.] Peninsula: terra est, in insulæ modum mari cincta, vno tantũ, eoq; angusto spatio continenti adiũcta. ἀπὸ τῆς χέρσου, καὶ νήσου. g Ino.] Cadmi filia furentem maritum cùm fugeret, se in mare præcipitauit, & pro dea est habita. h Cithærone.] monte Bœotiæ Libero patri sacro. i Vnà cum filio] Melicerta. k Educauit.] Ino Bacchum infantem matertera dicitur enutriuisse. l Amphitrite.] Nereides. m Huic quod ab ariete decidit.] Helle. n Parca.] Dea fatalis quæ nemini parcis. o Nephele.] vxore Athamantis Helles & Phrxoi matre.

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Προσαικὸς, καὶ διηγητικὸς, de Helle ab ariete in mare delapsa.

Hellen cùm vexit, Phrixumq; per Hellespontum,
Olim aries, dorso decidit illa metu.
Ast huius frater Colchos est vectus aduq;,
Sola soror liquit nobile nomen aquæ.

FRETVM. hoc.] ὡς προσαικῶς. Vos Nereides.] ἀποστροφή. Nequaquã.] ἀπάρνησις. Miseremur enim ipsius.] αἰτιολογία. At hoc quidẽ.] ἀνασκευὴ ἀπὸ τοῦ ἀδίκου καὶ αἰσχροῦ. Sed quod dixi.] Repetit mandatum suum. Illud aũt pro solatio

erit.] τὸ παραμύθιον ἢ πρόῤῥησις τῆς τιμωρίας. Educauit enim illum Ino.] *Ouid. 3. Metam.* Sed tamen Bacche.] *Occupatio.* Sed quid accidit.] παρακεύη. Illa veró.] *Narratio, quomodo Helle sit delapsa in mare.* Et vertigine correpta.] *Causæ.* Atq; ita in mare décidit.] *Ipsa res.* An non igitur matrem ipsius Nephelen decebat op.] *Obiectionem* αὐτεσαγωγῇ *diluit.*

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ Ποσειδῶνος.

IRIDIS ET Neptuni.

Iacobo Micyllo interprete.

IRIS.

Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ὕφαλον ἐπινήχεσθαι συμβέκηκε. ταύτην, φησὶν ὁ Ζεύς, στῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν, στηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς. Πο. πεπράξεται τοῦτο, ὦ Ἰριτίνα δὲ ὅμως παρέξει αὐτῷ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα, καὶ μηκέτι πλέουσα; Ἰρίς. τὴν Λητὼ ἐπ' αὐτῇ δεῖ ἀπρηνῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρους ἐπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. Ποσ. τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς

INsulam [a] *istam errãtem. Neptune,* [b] *quæ à Sicilia reuulsa atque vndis submersa, mari innatat, eam ita, iubet Iupiter, consistere facias iam, atque apparêre, vt & tandem manifesta atque conspicua* [c] *in medio Aegæo inconcussè maneat, fundata firmiter admodum illa. opus enim illa nonnihil habet.* NEP. *Fiet hoc, Iri: sed tamen quem vsum illi præbebit manifesta apparens, & non ampliùs fluctuans?* IRIS. [d] *Latonam in ipsa oportet párere. iam enim malè habet à doloribus.* NEP. *Quid igitur? annon*

οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; ἐμὲ μὲν οὖν σ', ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ ὀκ ἂν ἐκδέξαιτο δίνασθαι τὰς ὠδῖνας; ἴσως ὀκ, ὦ Ποσειδον· ὁ Ηρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατειλαβε τὴν γῆν, μὴ παραδεχεῖν τὴν Λητῶ τῶν ὠδίνων ἐποδοχεῖον. ἡ δίνιν νῆσος αὐτὴ ἀνόμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν. Πόσωνιμι. σῴθητι, ὦ νησε, καὶ ἀνάδυθι αὖθις, ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ἀποφέρε, ἀλλὰ βεβαίως μένε· ἡ ἐποδέξαι εὐδαιμονεστάτη τὸ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, τοὺς καλλίστους τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς, ὦ Τρίτωνες, δέξασθε ὀρθοὺς τὴν Λητῶ ἐς αὐτήν, καὶ γαληνὰ ἅπαντα ἔστω. τὸν δράκοντα δέ, ὃς νῦν ἐξοίσεται αὐτῇ, φοβοῦντα νεογνὰ, ἐπεδὰν τέχθῃ, αὐτίκα μέτεισι, καὶ τιμωρήσεται μητρί. σὺ δὲ ἀπάγεις ὦ Διί, πάντα εἶν ὑπερπῆ. ἔσηγε ἡ Διῆ, ἴπητω ἡ Λητῶ, καὶ τίκτετω.

annon sufficit illi cœlum, vt in eo pariat? Quòd si minus autem illud, at certè nec tota terra partus illius recipere poterat? IRIS. Non, Neptune. Nam Iuno obstrinxit iureiurando magno [c] Tellurem, ne præberet Latonæ parturienti vllum receptaculum. Hæc igitur insula iuramento non tenetur: abscondita enim tum fuit. NEP. Intelligo rem. Igitur [f] subsiste insula, atq; emerge iterũ ex profundo, & non amplius fluctues aut titubes, sed immota maneas: ac suscipe, ô felicissima & fratris mei [h] liberos duos, deorũ omniũ pulcherrimos. [i] Et vos Tritones traijcite Latonam in ipsam, omnia q; trãquilla sint. [k] Serpentem autem istum, qui nũc velut æstro exagitat illam, perterrefaciendo, ipsi infantes posteaquam in lucem editi fuerint aggredientur, ac matrem vindicabunt. Tu verò vade renuncia Ioui, omnia bene habere. Stabilia est insula: veniat Latona, ac pariat.

GILBERTI COGNATI.

ANNOTATIONES.

a INSVLAM istam errantem.] *Delon maris Aegæi, Cycladum omnium clarissimã, in qua Latone Apollinẽ ac Dianam dicitur enixa, de qua Cic. 3. in Verr. & Virg. 3. Georg. Dicta aũt putatur δῆλος, ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, quod cùm antea mari tecta esset, Latonæ locũ ad pariendũ quærẽti, repentè se ostẽderit.*

b Quæ à Sicilia.] *Tyrrheni maris insula q̃ olim agro Brutio creditur adhæsisse, posteaq́ue impetu maris auulsa fuisse. Inde nomen hoc credit̃ traxisse, quasi Sicilita. i. resecta. Virg. 3. Aen.*

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cùm protinus vtraq; tellus.
Vna foret—. *c* In medio Aegæo.] *Amplissimo maris mediterranei sinu.* *d* Latonem.] *Latona Cœi Titanis filia à Ioue compressa geminã ex eo prolẽ cõcepit. Quã rem tã ægrè tulit Iuno, vt immisso aduersus illã Pythone serpente per totũ terrarũ orbẽ pellicẽ persecuta sit, & ne partui quidẽ vicinæ quietem, locúmve pariendi cõcesserit donec illa tandẽ post longos errores ad Asteriem sororẽ suã peruenit, in Ortygiã insulam iã permutatã in Delon, à qua suscepta, primũ Dianã peperit, q̃ euestigiò obstetricis officiũ matri præstitit, Apollinẽq́; nascentẽ suscepit, qui postea adultus, maternæ iniuriæ memor, Pythonẽ sagittis interfecit.* *e* Tellurem.] *Terræ Deam omniũ matrẽ & alumnam.* *f* Subsiste insula.] *Neptunus ad Delum in qua paritura erat Latona.* *g* Fratris mei.] *Iouis.* *h* Liberos duos.] *Dianã & Apollinẽ.* *i* Et vos Tritones.] *Tritones plures. Virg. 5. Aen.*

Tritonesq́; citi, Phorciq́; exercitus omnis

Idem 10. Aeneid.

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Extorrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert: in Prinstin desinit aluus

Sunt qui triremis nomẽ volunt esse à Tritone in ea depicta, belua marina. Nam & nunc quoq; suum cuiq; nauigio nomẽ inditum est. Sic Scyllã sic Pegasum nomina nauiũ fuisse putat Palephatus περὶ ἀπίστων, nõ monstra, vt poëtæ fabulati sunt. Tritonem Lycophron νηρέος γόνον vocat, alij, Neptuni & Amphitritæ,

superio-

superiori quidem corporis parte vmbilicotenus humanam effigiē referens, sed posteriori vsq; ad caudam esse delphinem : veneram nihil aliud, quàm ἰχθυοκένταυρον. Lycophronis enarrator citat Aceſandrum quendam authorem, Eurypylum & Tritonem Neptuni & Celænus liberos esse, alij Tritenem Oceani & Tethyos faciunt, patris & Neptuni tubicinem : pro tuba concha vti, quam buccinam vocitatam volunt. Quidam in literas retulerunt, Tiberio Cæsari quendam nunciasse Tritonem in specu quodam visum, audiumq; concha canentem. Eadem persuasio irrepsit de Nereidibus, quæ squamuis in hispido corpore vestitæ humanam effigiem habeant, de quibus proximè præcedenti dialogo annotauimus. Huiusmodi Tritones pisces velocissimi pro dijs culti inueniri, Plin. lib. 9. cap. 5. grauissimis testimony probat. Hodieq; visuntur Romæ imagines pleræq;. Tritonem eiusque buccinam describit Ouid. 1. Metamorph. & 2. k Serpentem.] *Pythonem miræ magnitudinis, ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natum, quem Apollo sagittis suis confixit. Cuius rei memoria ne vllo tēporum lapsu obliteraretur, sacra certamina instituit, quæ à nomine serpentis Pythia appellauit, vt idem Ouid. 1. Metam. l* Velut œstro.] *Oestrum insecti genus horrendo strepitu, vnde & nomen inditum. Nam Latini asilum appellant, vulgus Tabanum. Hoc animali Iuno pellices suas exagitauit, nec passa est conquiescere : Vnde poëtæ diuino furore correpti, œstro perciti dicuntur. Oestrum describit Virg. 3. Georg.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Ἐξηγητικὸς : Quomodo Delus insula fluitans subsliterit.

Vt fluitans Delus consistat, nunciat Iris:
Ortygia, Asterie quæ antè vocata fuit.
Hospitium tandem Latonæ præbuit istic,
Cùm Pytho vsqueadeò persequeretur, eam.

INSVLAM.] *Subiecti tractatio κατ' ἀφήγησιν.* Eam, ita iubet Iupiter.] *Prædicatum κατ' ἀνάλυσιν.* In medio Aegæo.] *Alludit ad nomen insulæ, quo ipsa fuit appellata.* Opus enim.] *Ratio.* Fiet hoc Iri.] *Pollicetur se morem ge-*

sturum: & interrogat causam finalem. Latonem in ipsa oportet párere.] ἀφήγησις. Quid igitur? ánnon sufficit illi cœl.] *Obiectio.* Non Neptune.] *Responsio.* Nam luno obstrinxit iureiurando magno Tellur.] *Maior assumptio.* Abscondita enim tum fuit.] *Probatio.* Subsiste.] ἢ πρόσταξις. Fratris mei.] *Scilicet Iouis.* Liberos duos.] *Apollinem & Dianam.* Et vos Tritones traijcite Latonem in ipsi.] ἀποστροφὴ προστακτικὴ ἢ πρόῤῥησις. Tu verò valde, renuncia loui, omn.] *Conclusio.*

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑλάσσης.

XANTHI ET Maris.

Eodem Interprete.

XANTHVS.

Δέξαι με, ὦ θάλασσα, δεινὰ πεπονθότα. κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα. Θαῦ, τί τοῦτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν; Ξάν. Ἥφαιστος. ἀλλ' ἀπηυθράκωμαι ὅλως ὁ κακοδαίμων, καὶ γέω. Θαῦ. διὰ τί δέ τοι ἐνέβαλε τὸ πῦρ; Ξάν. διὰ τὸν υἱὸν τῆς Θέτιδος. ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκέτευσα, οὐδ' οὐκ ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττε

SVscipe me, ô Mare. grauia. n. passus sum. extingue mihi vulnera MAR. *Quid hoc rei est* [a] *Xanthe? quis te deussit?* XAN. *Vulcanus. sed igne candesco prorsus miser, & efferuesco.* MA. *Cur autem iniecit tibi ignem?* XAN. *Propter filium Thetidis. Postquam enim occidentem illum* [b] *Phrygas supplex deprecatus sum,* [c] *ille autem ab ira nihil remisit, sed*

φραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλεύσας τοὺς ἀθλίους ἐπῆλθον, ἐπικλύσαι, θέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀπόσχοιτο τῶν ἀνδρῶν. ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος (ἔτυχε γὰρ πλησίον πυῶν) πᾶν, ὅσον οἶμαι, πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴποθι ἄλλοθι, φέρων, ἐπῆλθέ μοι, καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας, καὶ μυῤῥίκας, ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς μακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλυας, αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπεκαχλάσαι ποιήσας, μικρὸν δεῖν ὅλον ξηρὸν εἴργασται. ὁρᾷς δ' οὖν, ὅπως διαικεῖμαι ὑπὸ τῶν ἐκκαυμάτων; Θά. θυλερὸς, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς, ὡς εἰκός. τὸ αἷμα μὲν, ἀπὸ τῶν νεκρῶν. ἡ θέρμη δὲ, ὡς φὴς ἀπὸ τοῦ πυρός, καὶ εἰκότως, ὦ Ξάνθε, ὃς ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἡὸν ὥρμησας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηΐδος ἡὸς ἦν. Ξάν. οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας; Θαλ.

sit, sed occisorum corporibus etiam obstruxit mihi alueum: ego misertus miserorum, occurri, ut aquis inundarem atq; inuoluerem illum, quò eo periculo absterritus, ab occidione virorum cessaret. Ibi igitur Vulcanus (nam tum fortè quadam propè aderat) vniuerso igne, quātum opinor vsquam habebat, quantumqúe & [d] in Aetna, & si quibus alijs locis vllus est, allato, processit obuiam: ac exussit quidem vlmos & myricas, assauit autem & infelices pisces & anguillas: me verò cùm efferuescere fecisset, parùm abfuit quin totum aridum ac siccum reddiderit. Vides nimirum quo pacto exustionibus istis deformatus sim? MAR. *Turbidus es, ô Xanthe, & calidus, vt consentaneum est, cruore, à cadaueribus calore autē, vt ais, ab igne veniēte. Ac meritò, Xanthe, vt qui [e] cōtra* * Fortassis *nepotē* legēdū: id est pro ἡὸν, ἡωνόν. *filium meum impetū feceris, non veritus quòd [f] Nereidis filius ille esset.* XAN. *An non igitur decebat misereri me Phrygum, vicinorum adeò meorum?*

MER.

Θάλ. τὸν Ηφαιστον δ' οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος ἡὸν ὄντα τὴν Αχιλλέα;

MAR. *Vulcanum verò ánnon contrà decebat misereri Achillis, 8 Thetidis adeò filij?*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a XANTHE?] *Xanthus Lyciæ amnis in campis Troianis, qui & Scamander dicitur, à colore aquæ flauo dictus, qui color in Tyberi conspicitur. Vnde Horatius:*

Vidimus flauum Tyberim.

Xanthum δινήεντα *nuncupat Homerus Iliad.* ξ:

Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

& θ his verbis:

νόσφι νεῶν ἀγαγὼν ποταμῷ ἐνὶ δινήεντι ἐν καθαρῷ.

Huius meminit Eustathius circa finem Iliad. β. *& Strabo lib.* ιδ. b Phrygas.] *Troianos minoris Asiæ populos è Thracia oriundos. De hac Troianorum memorabili fuga ac cæde luculenta narratio extat Iliad.* 20. *&* 21. *itemque Virg.* 1. *Aen.*

c Ille autem ab ira nil remisit.] *Achillis ira implacabilis fuit &* μῆνις, *quæ est argumentum Iliadis. Horat. lib.* 1. *Carm. Od.* 6: —nec grauem

Pelide stomachum cedere nescij.

Nam ne dijs quidem cessit in acie.

d In Aetna.] *Monte Siciliæ, qui perpetuo incendio clarus est, eoq; nomine à poëtis celebratus. Incendij autem eius causas explicat Iustinus lib.* 4 e Contra filium meum.] *Achillem ex Peleo Thetidis Nerei filiæ filium ipse verò Nereus Oceani filius fuit. Fortassis legendum pro* ἡὸν ἠωνὸν: id est, *Nepotem*

f Nereidis.] *Thetidis, quæ vna fuit Nereidum.* g Filium Thetidis.] *Achilles Pelei & Thetidis filius fuit, qui Hectorem occidit.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

πυρακλήκης: Petit enim Xanthus fluuius, à Vulcano penè exustus, auxilium à mari.

Ignipotens rapidis incenderat omnia flammis,
Vnà etiam exustus fortè Scamander erat.
Præsidium ponti quærens nihil impetrat ille,
Audax obstiterit quod semel Aeacidi.

SVSCIPE me.] *δέησις.* Grauia enim passus.] *αἰτία.* Quid hoc rei est.] *Rogatio gemina.* Postquam enim occidentem.] *A causa narratio, & factum Achillis, quod est causa impulsiua sui facti.* Ego miserius miserorum.] *Causa impellens.* Vt aquis inundarem.] *Factum suum.* Ibi igitur Vulcanus.] *Redis ad Vulcanum, & ipsam rem, post causam expositam.* Etsi quibus alijs locis.] *ἐφωνέα.* Exussit quidem vlmos.] *ἀφαίρεσις, vel αὐταπόδοσις.* Vides nimirum.] *Conclusiuncula querelæ.* Turbidus es, ô Xanthe.] *Concessio ἀντιπαπόδοσις.* Ac meritò Xanthe.] *συγκατάθεσις & accusatio.* An non igitur decebat.] *Defensio ab honesto.* Vulcanum verò, an non.] *αὐτεπαγωγὴ* regerit par.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ. — TRITONIS ET Nereidum.

Iacobo Micyllo interprete.

TRITON.

ΤΟ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηίδων, ὅ ἐπὶ τῷ τοῦ Κηφέως θυγατρὶ τῷ Ἀνδρομέδᾳ ἐπέμψατε, οὔτε τῷ παιδὶ ἠδίκησεν, ὡς οἴεσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκεν. Νηρ.

BAlæna a ista vestra, Nereides, quam contra filiam Cephei Andromedam emisistis, neque puellam ipsam iniuria aliqua effecit, perinde vt vos putatis, & ipsa iam mortua est. NER.

Νηρ. ὑπό τινος, ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεὺς, καθάπερ δέλεαρ πεθεὶς, τὴν κόρην ἀπέκτεινεν ἐπιὼν, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυναμέως; Τρί. οὐκ· ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιανασσα, τὸν Ἰβρέα, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν ἐς τὴν θαλασσαν ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος, ἐσώσατε, οἰκτείρασαι αὐτούς. Ἰφι. οἶδα ὃν λέγεις. εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γεννᾶι ὄν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. Τρί. οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. Ἰφι. δεῖ τί, ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶστρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν. Τρί. ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο. ἐστάλη μὲν οὗτος ἐπὶ τὰς Γοργόνας, ἆθλόν τινα τῶν τῶν βασιλεῖ ἐπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην. Ἰφι. πῶς, ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἡ ὁδός. Τρί.

NER. *A' quo, Triton? Num Cepheus tanquam illectamento aliquo proposita puella, agressus illam occidit, ex insidijs cum multa vi adortus?* TRI. *Non? sed nostis arbitror,* [b] *Iphianassa,* [c] *Perseum illum,* [e] *Danaës puerum illum paruum, quem vnà cum matre in arca abiectam in mare ab auo materno, conseruâstis, misertæ illorum videlicet.* IPHI. *Noui quem dicis Consentaneum verò, illum iam adolescentem factum esse, atq; admodum generosum, & pulchrum aspectu.* TRI. *Hic occidit balænam.* IPHI. *Quamobrem Triton? Neq; enim huiusmodi cõseruationis præmia persoluere nobis debebat.* TRI. *Ego vobis exponam omnem rem, ita vt gesta est.* [e] *Missus hic fuit ad Gorgonas, vt hoc quasi quoddam certamen regi perageret. Postquam autem peruenit* [f] *in Libyam.* IPHI. *Quomodo Triton? solûsne, an & alios secum socios abduxit? nam alioqui difficile hoc iter.*

TRIT.

Τρί. διὰ τοῦ ἀέρος. ἑπόπτρον γὰρ αὐτὸν ἡ Αθηνᾶ ἔθηκεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν, ὅπου διῃτῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι· ὁ δὲ ἀπτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν, ὤχετ' ἀπτάμενος. Ιφι. πῶς ἰδίων; ἀθέατοι γάρ εἰσιν. ἢ ὃ ἂν ἴδῃ, οὐκ ἔτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι. Τρί. ἡ Αθηνᾶ μὲν ἀσπίδα προφαίνουσα, (τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ανδρομέδαν, καὶ πρὸς τὸν Κηφέα ὕστερον) ἡ Αθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἑποστιλβούσης, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου, πρέσχεν αὐτοῦ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης. εἶτα λαβόμενος τῆς λαιᾶς τῆς κόμης, ἐνορῶν δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ πρὶν ἀνέγρεσθαι τὰς ἀδελφὰς, ἀνέπτατο. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν πρᾶλιον ταύτην Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη πρόσγειος πετόμενος, ὁρᾷ τὴν Ανδρο-

TRIT. *Per aërem profectus est* [g] *alatum enim ipsum Minerua reddidit. postquam autem eò loci venit vbi illæ agebant, illæ quidem dormiebant. opinor: at hic amputato Medusæ capite, iterum auolauit.* IPHI. *Quo pacto autem aspexit illas? Aspici enim nequeũt: vel quisquis illas aspexerit, non amplius quicquam posthac aspicit.* TRIT. *Minerua illi clypeo velut face aliqua prælato (talia enim audiui ipsum narrantem apud Andromedam, postea & apud Cepheum) Minerua igitur, inquam, in clypeo refulgente, tanquã in speculo aliquo, exhibuit ipsi spectãdam Medusæ imaginem. Postea sinistra, arrepta illius coma, & inspecta imagine,* [h] *dextra autem sublata harpe, abscidit caput ipsius: atque ita priusquam sorores reliquæ expergiscerentur, auolauit. Porrò vbi circa maritimam hanc Aethiopiæ orã venisset, terræ iam propinquior aliquanto volans, videt Andro-*

Ανδρομέδαν προκειμένην, ἐπίτινος πέτρας πεβλῆτος πεςπεπαταλευμένην, καλλίςην, ὦ θεοί, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνβθε τῶν μαςῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἰκτεῖρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀνηρώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης. καταμικρὸν δὲ ἁλοὺς ἔρωτι, (ἐχρῆν γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα) βοηθεῖν διέγνω. καὶ ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῄει μάλα φοββὸν, ὡς καταπιούμενον τὴν Ανδρομέδαν. ὑπβαιωρηθεὶς ὁ νεανίσκος, πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην, τῇ μὲν καθικνεῖται, τῇ δὲ πεδεικνὺς τὴν Γοργόνα, λίθον ἐποίει αὐτό. τὸ δὲ τέθνηκε γοῦν, καὶ πέπηγεν αὐτοῦ τὰ πολλὰ, ὅσα εἶδε τὴν Μέδουσαν ὁ δὲ λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο ἀκροποδητὶ κατιοῦσαν ἐκ τῆς πέτρας, ὀλισθηρᾶς οὔσης. καὶ νῦν γαμεῖ ἐν τοῦ Κηφέως, καὶ ἀπαίξει αὐτὴν ἐς Αργος.

Andromedã expositã in rupe quadam prominẽte palo affixam, pulcherrimam, ô Dij, promissa coma, & seminudam longè vsque infra vbera. Ac primùm quidem misertus fortunæ illius, interrogat causam damnationis huius. Paulò autem pòst amore captus, (oportebat enim incolumem seruari puellam) opem ferre illi statuit. Atque vbi iam Balæna accessisset, terribilis admodum, & quasi mox absorptura Andromedam, in altum sublatus adolescens, manu ad capulum admota, harpen tenens, altera quidem ferit, altera autem Gorgona spectandum proferens, [i] *in lapidem illam conuertit, Illa igitur mortua est, & diriguêre ipsius membra omnia* [k] *quæcunque Medusam aspexerunt: at hic solutis vinculis, quib. virgo alligata fuerat, suppositáq; manu suscepit illam summis pedum digitis descendentem è rupe, ardua illa quidem atque procliui: & nunc cum eadem nuptias peragit in ædib. Cephei, abducetq; illam secũ Argos.*

quare

ὥστε ἀντὶ θαλάττης, γάμον οὐ τὸν τυχόντα ηὕρετο.

quare pro morte nuptias, neque eas vulgares, illa inuenit.

Νη. ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ ὡς γεγονότι ἄχθομαι. τί γὰρ ἂν πᾶς ἀλίκα ἡμᾶς, εἴ τι ἡ μήτηρ ἐμεγαλαύχει τότε, καὶ ἀξίου λαμπίωνος ἔανα; Τεί. ὅτι οὕτως ἂν ἤλγησεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, μήτηρ γε ὄσα. Νη. μηκέτι μεμνώμεθα, ὦ Δωρί, ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρ' ἐλάλησεν. ἱκανὸν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ἐπὶ τῇ παιδί. χαίρωμεν οὖν ὡς γάμῳ.

Ner. [l] Equidem non ita valde ægrè fero factum hoc. Quid enim adeò nobis iniuriæ fecit puella, [m] si mater ipsius superbè extulit sese tunc, ac pulchrior nobis esse voluit? Trit. Quòd hoc pacto magnum dolorem perceptura fuisset ob filiam, mater certè illius cùm sit, Ner. Ne meminerimus Dori istorum amplius, si quid [n] barbara mulier suprà quàm decebat loquax fuit. Satis enim supplicij tulit, quæ tanto in metu, filiæ causa constituta fuit. Gratulemur igitur [o] nuptijs.

GILBERTI COGNATI.
Annotationes.

a Balaena.] *Andromeda Cephei regis Aethiopum & Cassiopes filia ob matris iactantiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, illarum indignationem incurrit, & scopulo alligata, cete deuoranda exposita fuit, sed Perſei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, captus ſpecie eius exarſit, pactuſque à virginis parentibus, vt ſibi eam matrimonio*

trimonio darent, si Balænam interemisset, voti compos factus est, hoc est, & Balænam interemit, & Andromedam vxorem duxit. b Iphianassa.] Prœti Argiuorum regis filia & Melampi vxor fuit. Hoc etiam nomine appellatur à Lucretio libr. 1. Iphigenia, Agamemnonis filia ex Clytemnæstra, cùm inquit:

Aulide quo pacto Triuiai virginis aram
Iphianassai turpârunt sanguine fœdè
Ductores Danaum delecta prima virorum.

c Perseum illum.] Perseus à dijs ipsis armatus Medusam interfecit: multosque inter quos Atlas fuit & Acrisius, vertit in lapides, quibus iactis Deucalion olim humanum genus refecit.

d Danaës puerum illum paruum.] Danaës fabula habetur apud nostrum Lucianum in Dialogo Doridis & Thetidis, & apud Ouid. 6. Metam.

Aureus vt Danaën Asopida luserit ignis:
Mnemosynen pastor, variusq; Deoida serpens:
Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia posuit —.

e Missus hic fuit ad Gorgonas.] Gorgonum fabulæ meminit Lucianus de Domo, & in Philopatre, Medusæ porrò in imaginibus, vbi eam saxificam vocat. Tres fuisse traduntur, Stœnyo, Euryale, & Medusa, cuius caput à Perseo desectum, in suo clypeo posuisse narratur. Hæ habitasse Dorcadas insulas dicuntur, in Oceano Aethiopico, contra hortos Hesperidum, vno tantùm oculo, quo vicissim vterentur, quoties lubitum esset: cæterùm forma luculenta, ac crinibus aureis. Ab agilitate nomen inuenêre, γοργὸν. f In Libyam.] Africam. In extrema Africæ ora fuisse produntur, quartum Medusa sola fuit mortalis, quam ideo solam petiit Perseus Orci siue Plutonis galea contectus. Huius comas Minerua in angues mutauerat, quòd in suo templo vitiata esset. Et oculis Perseus in clypeum æneum, in quo ipsius Gorgonis imaginem videbat, manum in Medusam librans eius caput dissecuit. Reliquæ sorores volantes (erant enim his alæ, quibus per aërem ferebantur.) Perseum quidem insequebantur, sed cùm illum

propte

propter galeam videre nequirent, persequi disierunt. g Alatum enim ipsum Minerua reddidit.] *Perseus ductu Palladis & Mercurij volucer ob talaria allata ad Gorgonas deuolauit cum falce adamantina, pera & galea Plutonis, sicuti diximus.* h Dextrâ autem harpe.] *ἅρπη ensis in summitate falcatus quo Mercurius occidit Argum, Perseus Medusæ caput amputauit.* i In lapidem conuertit.] *Balæna cui Andromeda erat exposita, in lapidem conuersa.* k Quęcunque Medusam aspexêre] *Cùm Medusa sola circa littus proximum vagaretur, eam fugientem Neptunus amplecti voluit, quum in Mineruæ templum vsque sequutus, vbi violasset, dea irata, eius aureos crines in totidem angues conuertit, effecitque, vt qui eam intuerentur, illicò verterentur in lapides, quod iam antè annotauimus. Perseus è Libya in Seryphum reuersus, multos Gorgonis capite obiecto, obtuentes in saxa vertit, inter quos Polydectes. Ouid. libr. 5. Metam.* l Equidem non ita valde ægrè fero] *Andromedam à Perseo liberatam esse.* m Si mater.] *Cassiopea. Hic ἡ πρότασις dissimulatur. Integrum esset, εἰ ἐώρα προσεπαταλευμένην, ἤλγησεν ἄν: Si vidisset affixam doluisset. Sed continetur prior pars in dictione οὕτως: & altera accedit πρότασις, participio enunciata, εἰ γε μήτηρ ὡς ἀληθῶς ἦν, ἤλγησεν ἄν.* n Barbara mulier.] *Cassiopea Cephei regis Aethiopum vxor, & Andromedes mater.* o Nuptijs.] *Persei & Andromedæ, de quibus Ouid. 4. Metamorph. sub finem, & 5. in principio.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς : *Quomodo Perseus filius Danaës balænam contra Andromedam emissam occiderit, & ipsam puellam liberauerit, & tandem in vxorem duxerit.*

Iusserat Andromedam conuinci nexibus Ammon:
Pro matre id Veneris vltio certa fuit.
Liberat hanc Perseus, qua conditione volebat:
Belua nil potuit, factus & hicce gener.

BALAENA ista vestra, Nereides.] ἀφήγησις γενικὴ, *& propositio bipartita.* A' quo.] *Rogatio de interfectore.* Tanquam illectamento.] *Causa impellens.* Ex insidijs.] *Modus.* Aggressus illam.] ἐξήγησις. Puerum illum paruum.] προσωπογραφία. Conseruâstis misertæ.] ἔπαινος. Noui quæ dicis.] *Consensio.* Consentaneum veró.] *Ratio ab ætate, familia & corpore.* Hic occidit balænam.] *Continuatio narrationis causæ.* Ego vobis exponam.] ὑπόσχεσις. Missus hic fuit] *Narratio.* Postquam autem peruenit.] *Causa finalis.* Quomodo Triton.] τὸ γενικόν. *Quibus auxilijs? quomodo? interpellatione rogat an μονομαχία fuerit, an bellum.* Quo pacto autem aspexerit.] ἐπανάληψις.] Aspici enim nequeunt.] *Gorgones.* Talia autem audiui ipsum.] *A' testimonio.* Minerua igitur inquam.] ἐπανάληψις. Postea sinistra.] ἐν διάσκευος καὶ ἡδεῖα διήγησις. Harpe.] ἅρπη ensis *falcatus Persei fuit.* Porrò vbi circa maritimam.] *Accedit propiùs ad deliberationem Andromedæ.* In rupe quadam prominente, palo affixam] *A' fortuna:* id est, *supplicij fœditate & indignitate, à situ, ab habitu, ab ætate & sexu.* Misertus fortunæ illius.] πάθος. Oportebat enim incolumen] *Causa.* Opem ferre illi statuit.] *Consilium.* Vbi iam balæna accessisset.] Der Ritter *S. Georgius.* Quasi mox absorptura.] τὰ πραχθέντα. In lapidem illam conuertit.] μεταμόρφωσις. Diriguêre ipsius membra.] τὸ ἐπόμενον. Solutis vinculis.] πρᾶγμα πραχθέν. Summis pedum digitis.] ὁ τρόπος. Quare pro morte.] ἐπιφώνημα ex repu-

repugnantibus. Equidem non ita valde ægrè fero.] ἐπίκλησις ἀλλοκοτική. Quid enim adeò nobis iniuriæ.] ἐμμελῶς. Quod hoc pacto.] ἀπόκλησις σοργῆς φυσικῆς. Ne meminerimus.] *Conclusio.* Satis enim supplicij tulit.] *Ab æquo.* Gratulemur igitur.] *Clausula.*

MORTVORVM DIALOGI.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

MENIPPI, AMPHILOCHI & TROPHONIJ.

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.



Φῶ μῶν τοι, ὦ Τροφώνιε καὶ Ἀμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οὐκ οἶδ', ὅπως ναῶν ἰατυξιώθητε, καὶ μάντεις ἀνεκείσθε, καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων θεοὺς ὑμᾶς ὑπελάμβανον εἶναι. Τρο. τί οὖν ὑμῖν αἴτιοι, ἃ ὑπ' ἀνοίας ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν διοξάζουσιν; Μεν. ἀλλ' ἔκ γε ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐπεφαντάκειτε, ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες, καὶ πεπαῶν ἀνεπιλήπτους τοῖς ἐρωμένοις.



Os nimirum, [a] Trophoni atque [b] Amphiloche, quūi sitis mortui, tamē haud scio quō nam modo [c] phanis estis donati, vateisq; credimini, ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur. TRO. Quid? annobis igitur imputādum, si per insciti am illi de mortuis huiusmodi opinantur? MEN. Atqui non ista fuissent opinati, ni vos tū quum viueretis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuisseris præsciī, quasiq; prædicere potuissetis si qui percontarentur.

Τρο. ὦ Μῴππε, Ἀμφίλοχος ὅδε οὐκ ἂν ἀδλέψειε, τι αὐτῷ ἀπεκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐγὼ δ' ἥρως εἰμί, καὶ μαντεύομαι, εἴ τις ἐπελθοι παρ' ἐμέ. σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ πρόπαρ· οὐ γὰρ ἂν πίστευες σὺ τάδε. Μῴ. τί φῄς; ἐμὲ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ ἀφικέσθαι, καὶ ἐπαλμένον τοῖς ὀθόνοις, γελοίως μάλα ἐν τῷ χειρὶ ἔχοντα, ἰσιφλοῦν δῆθεν τὸ σμῖς ταπεινοῦ ὄντος εἰς τὸ σπήλαιον, ἐς ἂν ἐδυνάμην. ἀδελφὲ ὅτι νικρὸς ἦ, ὥσπερ ὑμᾶς, μόνα τὰ γοητεῖα ἐξεφίρων, ἀλλὰ πρὸς τὴν μαντικῆς. τί δ' ἥρως εἰσίν; ἀγνοῶ γάρ. Τρο. ἐξ ἀνθρώπου τε καὶ θεοῦ συνθέτου. Μῴ. ὁ μὲν τι ἄνθρωπος δεῖν, ὡς φῄς, μήτε θεὸς, καὶ σωαμφότερόν ὅτι; νεῦ οὖν ποῦ σου τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπεπήνυθε; Τρο. χᾷ, ὦ Μῴππε, ἐν Βοιωτίᾳ.

Μέν.

TRO. *Menippe, nouerit Amphilochus hic ipſa pro ſeſe reſpondendum eſſe: cæterùm ego & Heros ſum, vaticinorq; ſi quis ad me deſcenderit. At tu videre nunquam omnino Lebadiam adiiſſe, neque enim alioqui iſta non crederes.* MEN. *Quid ais? equidem niſi* [e] *Lebadiam fuiſſem profectus, ac linteis amictus,* [f] *offam etiam ridiculè manu geſtans, per anguſtum aditum in ſpecum irrepſiſſem, nequaquam fieri potuiſſet vt te defunctum eſſe cognoſcerem, perinde atque nos, ſolaq; præſtigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipſam diuinandi artem, quid tandem eſt Heros? neque enim intelligo.* TROPH. *Eſt quiddam partim ex homine, partim ex Deo compoſitum.* MEN. *Nempe quod neque ſit homo, quemadmodum audio: neque Deus: verùm pariter vtrunque. Ergo dimidia illa tui ac diuina pars, quo nunc receſſit?* TROPH. *Reddit oracula, Menippe, in Bœotia.*

MEN.

Μὲν. οὐκ οἶδα, ὦ Τροφώνιε, ὅ, τι καὶ λέγεις. ὅτι μὲν τοι ὅλος εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

MEN. *Haud intelligo quid dicas, Trophoni, nisi quòd illud planè video, te totum esse mortuum.*

GILBERTI COGNATI.
ANNOTATIONES.

Hîc confutantur & damnantur deorum Gentilium oracula & responsa & fatidicę Mathematicorũ artes, Astrologia iudiciaria, cuius vsus est, vt rerum euentus incerta tempora pronunciet. Hæc omnia Christo ex illibata virgine nato passim in orbe terrarum obticuisse, & tanquã ranæ in Seripho obmutuisse, testes sunt Augustin. de ciuit. Dei. Euseb. lib. 5. c. 1. & 8. lib. 7. c. 6. Plutarch. de orac.

a TROPHONI.] *Tradunt autores, Trophonium virum quempiam fuisse supra modum gloriæ famelicum, extructoque sibi subterraneo fano & domicilio in Lebadia Bœotiæ, oracula reddidisse, deinde vbi ille fame interijsset, genium quendam in id demigrasse, atque oracula reddere perrexisse. pòst superstitione mortalium plures oraculi causa, sacra stola amicti, placentasque quas lemuribus & serpentibus obijcerent, gestantes, in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse commoratos, qui postea nunquam risêre. Quæ quidem fabula Erasmus noster in centuria 7. Chiliadis primæ, Patricij Scoti puteo contulit. Sed enim Trophonij oraculi celebritas, & frequens apud scriptores mentio est, vt apud Ciceronem in Tusc. & de Natura deorum, Herodotum in Clio, Philostratum in Apollinis Tyanei vita, Pausaniam. Quod certè Lucianus noster hic, & alibi ridet. b* Amphiloche.] *Amphilochus, in Oropo Atticæ pro deo vates cultus, vt T. Liuius in 5. lib Decad. 5. scribit. Templumq; vetustum fontibus, riuisq; habuit, ad quod v sendum P. Aemylius victor prodijt. Meminit & Strabo & Pausanias, qui & eius aram Athenis describit. Item in Mallo Ciliciæ vrbe,*

cuius oraculum Pausanias sua ipsius ætate cætera omnia ait superare. Thucydides lib. 2. Histor. Amphilochum scribit Amphiarai filium, post bellum Troianum cùm domum reuersus esset, Argos exosum, domicilium condidisse in sinu Ambraciota vrbem, quam de nomine primæ vrbis & suo Argos Amphilochium appellauit. c Phanis.] *Templis.* d Heros.] *Seruius potestates supernas existimauit corporibus sese humanis infundere, vnde procrearentur heroës,* hoc est, *semidei. Hi animas cœlestes credebantur gerere, sacrasque mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreatos antiquitas existimauit. Hinc sunt qui eos ἀπὸ τῆς ἀρετῆς,* hoc est, *à virtute nuncupatos dixerunt, quòd scilicet virtute præditi essent.*

e Lebadiam.] *Lebadia oppidum est antiquum in Bœotia, teste Gell. lib. 12. cap. 5. Bœotia aũt Europæ regio, in qua Thebe ciuitas fuit, Athenis non cedens claritate. In Lebadia porrò fuit Triphonij oraculum. Plutarch. in lib. de defectu Oraculorum: ἢ ἐν λεβαδίᾳ ἡ βοιωτία. Apud Euseb. ἢ περὶ Λεβαδίαν.*

f Offam.] *Qui ex Trophonij antro oracula sciscitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt. Gestabant autem placentas, quas Lemuribus occurrentibus obijcerent.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Κατηγορητικὸς καὶ ἀνασκευαστικός.

Amphilocho vati fanum positum, atq; Triphoni
Quidam miratur, stultitiamq́; hominum.
Fatidicos ridet quosdam & responsa Menippus:
Idq́; putat verè solius esse Dei.

Vos nimirum Trophoni.] κατηγορία. Cùm sitis mortui.] ἐκ τῶν μαχομένων. Quid? an nobis.] ἀπολογία. Atqui non ista fuissent opinati, in vos.] *Causam in eos transfert.* Nouerit Amphilochus.] ἀποδίωξις. Cæterùm ego Heros sum.] ἀπόκρισις ὑπὲρ αὐτοῦ. At tu videre nunquã.] *Obiectio.*

ctio. Equidem nisi.] *Solutio à signis, per asseuerationem.* Sed age per ipsam diuinandi artem.] ἐρώτησις ὁρική. Est quiddam partim.] ἀπόκρισις ὁμοῖα. Nempe quòd neq; sit homo.] *Repetit* ὅρον. Quò nunc recessit.] *Interrogatio.* Reddit oracula.] *Responsio.* Haud intelligo quid dicas.] *Conclusio* εἰρωνική.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑρωνος.

MERCVRII ET Charontis.

Iacobo Micyllo interprete.

MERCVRIVS.

Λογισώμεθα ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐρίζωμέν τι περὶ αὐτῶν. Χά. λογισώμεθα, ὦ Ερμῆ. ἄμεινον γὰρ ὠρίσαι περὶ αὐτῶν καὶ ἀπραγμονέστερον. Ερ. ἄγκυραν ἐντειλαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. Χά. πολλοῦ λέγεις. Ερ. νὴ τὸν Αἰδωνέα, τῶν πέντε ὠνησάμην, καὶ τροπωτῆρα δύο ὀβολῶν. Χά. τίθει πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολοὺς δύο Ερ. καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ

Rationem supputemus [a] *portitor, si videtur, quantum mihi debeas iam, ne denuò aliquando de eo inter nos contendamus.* CHAR. *Supputemus, Mercuri. Satius enim est maturè id agere, deinde & minoris negocij.* MERC. [b] *Anchoram, vt mandáras, comparaui tibi quinq; drachmis.* CHAR. *Caro dicis.* MER. *At per Plutonem, quinq; emi illam: & prætereà lorum, quo* [c] *remum alligares, obolis duobus.* CHAR. *Pone quinque drachmas, & obolos duos.* MERC. *Et pro resarciendo velo quinque obolos*

ἐγὼ κατέβαλον. Χά. καὶ τούτους προστίθει. Ερ. καὶ κηρὸν, ὡς ἐπιπλάσαι τῶν σκλαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα, καὶ ἥλους δὲ, καὶ καλώδιον, ἀφ' οὗ τὴν ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα. Χά. εὖγε; ἄξια ταῦτα ὀνήσω. Ερ. ταῦτά ἐστιν, εἰ μή τι ἄλλο ὑμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. πότε δ' οὖν ταῦτ' ἀπαλώσειν φῄς: Χά. νῦν μὲν, ὦ Ερμῆ, ἀδύνατον. ἢν δ' λοιμός τις ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινὰς, ἐνέσται τότε ἀποκερδάναι ἐν τῷ πλήθει παραλογιζόμενον τὰ πορθμία. Ερ. νῦν οὖν ἐγὼ καθεδοῦμαι, τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. Χά. οὐκ ἔστιν ἄλλως, ὦ Ερμῆ. νῦν δ' ὀλίγοι, ὡς, ὁρᾷς, ἀφικοῦνται ἡμῖν, εἰρήνη γάρ. Ερ. ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν παρατείνοιτο ἑπὸ σοῦ τὸ ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ, ὦ Χάρων, οἶσθα

ego exolui. CHAR. Etiam hos appone. MER. Et [d] ceram ad oblinendas nauigij rimas tibi emi: & clauos prætereà, & funiculum vnde [e] hyperam fecisti, omnia hæc duabus drachmis. CHAR. Rectè, laudo, hæc vili emisti. MER. Hæc sunt quæ tibi exposui: nisi si quid reliquum est quod me fugit inter computandum. Quando autem hæc redditurum te promittis? CHAR. Nunc quidem, Mercuri, non possum. Si verò pestis aliqua aut bellum confertos & frequentes huc demiserit aliquos, licebit mihi tum allucrari aliquid, subtracto clàm nonnihil ex portorio. MER. Proinde ego nunc sedebo, pessima quæque vt eueniant precando, vt inde fructum aliquem capiam. CHAR. Fieri aliter non potest, Mercuri. Nam pauci nunc, vides, ad nos descendunt. Pax enim est. MERC. Satius est ita esse, etiam si ob hoc abs te prorogatur nobis debiti istius solutio. Verùm enimuerò prisci illi, Charon, nosti

οἶσθα οἷοι παρεγίνοντο, ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος ἀνάπλεω, καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί. νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπεθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ τρυφῆς ἐξωδηκὼς τὴν γαστέρα καὶ τὰ σκέλη, ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγεννεῖς, οὐδὲ ὅμοιοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν, διὰ χρήματα ἥκουσιν, ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς ἐοίκασι. Χά. πάνυ γὰρ πεπόθητά ἐστι ταῦτα. Ερ. οὐκοῦν οὐδ' ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν, πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ.

nosti quales aduenire solebant, quàm fortes atque animosi omnes, cruore madidi, & vulneribus pleni plerique? Nunc autem aut veneno aliquis à filio interfectus, aut ab vxore, aut præ nimia voluptate tumefacto ventre & cruribus adueniunt. Pallidi enim omnes, & ignaui, neque similes prioribus illis. Plurimi autem ipsorum etiam pecuniarum causa veniunt, factis (vt videtur) mutuò sibi insidijs. CHAR. *Omnino enim expetibiles illæ sunt.* MERC. *Proinde neque ego videar peccare grauius aliquid, si vel acerbius abs te exigam ea quæ mihi debes.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a PORTITOR.] *Charon Noctis & Herebi filius tria inferni flumina seu paludes obseruare dicitur, puta Acherontem, Stygem, & Cocytum, & per illas mortuorum animas ad profundum Herebi transuehere, obolum quem danacem Græci vocant, à vectoribus accipiens. Charontem portitorem, Virgil. in 6. Aeneid. pulchrè describit.* *b* Anchoram.] *Hic recenset aliquot nauium instrumenta. Anchora dens est ferreus ad sistendas naues.* *c* Remum.] *Remi perticæ seu conti, quibus naues & rates impelluntur aguntur que. Remis vela adduntur*

duntur, vt alæ ad nauium celeritatem funes & rudentes tum ad vincula, tum ad nauium tractus & retinacula. d Ceram.] *Græci κηρὸν pro ceræ picisque mixtura accipiunt : consule Plin. lib. 16. cap. 12. Hinc ceratæ naues dicuntur, cera piceque simul confusis oblitæ. e* Hyperam.] *Hyperæ sunt funiculi, quibus antennarum cornua traducuntur. vnde prouerbium : Omissa hypera, pedem quæris. Vide Suidam & Erasmum nostrum.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Nauta petit quod debebat talariger ales,
Vera subducta sed ratione prius.
Mercurius queritor technas, hominumq; furores
Semper quod peior sit quoq; posteritas.

RATIONEM supputemus.] *Propositio iubentis.* Supputemus, Mercuri.] *Assensio.* Satius enim est.] *Ratio.* Anchoram vt mandâras.] λογισμὸς *per enumerationem.* Vnde Hyperam fecisti.] ὑπέρεα *funiculi sunt, quibus antennarum cornua traducuntur. Vnde prouerb. Omissa hypera pedem quæris. Erasmus & Suidas.* Rectè laudo.] *Collaudatio.* Hæc sunt.] *Conclusio supputationis.* Quando autem hæc. *Postulat solutionem.* Nunc quidem, Mercuri.] *Petit dilationem.* Fieri aliter non potest.] λογισμὸς. Nam pauci nunc.] *Consilium suum exponit.* Pax enim est.] *Ratio* Verùm enimuerò prisci illi.] *Comparatio mortuorum.* Proinde neque & ego.] *Conclusio.*

MENIP.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Κερβέρου.

MENIPPI ET Cerberi.

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

Ὦ Κέρβερε (συγγενὴς γάρ ἐμοί ἐστι, κύων καὶ αὐτὸς ὤν) ἔστι μοι πρὸς τῆς Στυγὸς, οἷός τ' ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε παρῆν πρὸς ὑμᾶς; ἀκὸς δὲ σὺ θεὸν ὄντα, μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι, ὁπόταν ἐθέλοις. Κέρ. πόρρω θεὶν μᾶλλον, ὦ Μένιππε, παντάπασιν ἐλπὶς ἀπεῖναι προσώπῳ προσιόντα, καὶ ὑπάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον δοκοῦντι, τοῦτ' ἐμφανῶσαι τοῖς ἔξω τοῦ σωμάτος ἑστῶσιν ἐθέλων. ἐπεὶ ἵλαττον κινδυνεύειν ἔοικε τῷ χάσματι, καὶ εἴ τις τὸν φόβον, μᾶλλον ἔτι δραπέτευτα αὐτὸν λανθάνειν τῷ ἰωνείῳ λατίσπαξε τοῦ ποδὸς, ὥσπερ τὰ βρέφη ἐκάνυε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὠδύρετο, καὶ παντοίως ἐγώλα. Μέν.

HEus, Cerbere, quando quidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quum & ipse [a] sim canis, dic mihi per [b] Stygiam paludem, quomodo sese habebat [c] Socrates, quum huc accederet? Verisimile est autem te, Deus quum sis, [d] non latrare modò, verumetiam humano more loqui, si quando velis. CER. Quū procul adhuc abesset, [e] Menippe, visus est constanti atque intrepido adire vultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, tanquam hoc ipsum vellet ijs qui procul à specus ingressu stabant ostendere: verùm simulatque despexit in hiatum, viditq; profundum simulq; ego cunctantem etiam pede correptum, detraherem, infantium ritu eiulabat, suósque deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in omnem speciem sese conuertens. MEN.

Num

οὐκοῦν σοφιστὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐκ ἀληθῶς κατεφρόνει τοῦ πράγματος; Κέρ. οὐκ ἀλλ' ἐπείπερ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἑώρα, κατεθρασύνετο, ὡς δοῦθεν οὐκ ἄκων πεισόμενος, ὃ πάντως ἔδει παθεῖν, ὡς θαυμάσωνται οἱ θεαταί. καὶ ὅλως, περὶ πάντων γε τῶν τοιούτων εἰπεῖν ἂν ἔχοιμι, ἕως τοῦ στομίου τολμηροὶ καὶ ἀνδρεῖοι, τάδ' ἔνδοθεν ἔλεγχος ἀκριβής. Μέν. ἐγὼ δὲ πῶς σοι κατεληλυθέναι ἔδοξα; Κέρ. μόνος, ὦ Μένιππε, ἀξίως τοῦ γένους, καὶ Διογένης πρό σου, ὅτι μὴ ἀναγκαζόμενοι ἐσήειτε, μήδ' ὠθούμενοι, ἀλλ' ἐθελούσιοι γελῶντες, οἰμώζειν παραγγέλαντες ἅπασιν.

Num igitur fucatè sapiens erat ille, neque verè mortem contemnebat? CER. *Haud verè: cæterùm vbi vidit id esse necesse, audaciam quandam præ se ferebat, quasi verò volens id esset passurus,* [g] *quod alioqui volenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum, videlicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de viris istiusmodi verè possim dicere, ad fauces vsque specus intrepidi sunt ac fortes: porrò intùs quum sunt, nihil mollius ueque fractius.* MEN. *Cæterùm ego quónam animo tibi visus sum subijsse specum?* CER. *Vnus mortalium, Menippe sic mihi visus es subire, vt tuo dignum erat genere: & prior te* [h] *Diogenes: propterea quòd neutiquam adacti subieritis, aut intrusi: verùm tum vltronei, tum ridentes, atque* [i] *omnibus plorare renunciantes.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a SIM canis.] *Cynici vulgo pro canibus habiti sunt, non ob aliud, nisi quòd rectè quidem arguerent vitia mortalium, sed absq; delectu personarum, temporis & loci.* b Stygiam.] *Per Stygiam paludem. Hunc deorũ poëticorum iusiurandũ religiosum & grauissimũ esse volunt. Homerus Odyss. & Virg. lib. 6. Aen.*

— Stygiamque paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen.

Qui enim per eam peieraverit, illum oportet annum & diebus nouem ambrosia & nectare defraudari. c Socrates.] *Hic de Socratis sapientia atque constantia seu fortitudine agitatur, de qua Hieronymus: Eundem semper vultum, inquit, habere non possumus, quod de Socrate falsò gloriantur philosophi. Philosophus Atheniensis fuit, Sophroniſci statuarij & Phanaretæ obstetricis filius, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui æquabilitatem in omni vita adeò seruauit, vt idem semper vultus, eademque frons siue prosperis siue aduersis rebus extiterit vsque ad extremum. Præceptores habuit Anaxagoram & Damonem. Postea ad Archelaum physicum se contulit. vbi cùm animaduerteret naturalis speculationis nullum esse fructum, primus Ethicen inuenit:* id est, *moralem philosophiam, ad quam transiens ferunt dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Vxores eodem tempore duas habuit, Xantippen & Myrtonem, quæ cùm crebrò inter se iurgarent, & ille eas solitus esset deridere, quòd propter se fœdissimum hominem, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouiss. mè verterunt in eum impetum, quem fugientem diu persecutæ sunt. Interrogauit Alcibiades, cur vxores tam acerbas domo non exigeret? Quoniam, inquit Socrates, cùm illas domi perpetior, assuesco, & exerceor, quò foris petulantium iniuriam facilius feram. Nónne tu tolerat anseres perstrepentes? Illo annuente: Quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi, ait, Xanthippe filios gignit. Xanthippe verò adeò molesta fuit, vt ipso cum discipulis asserente, mensam non varò subuerterit. De eius patientia Gellius, castitate verò Aelianus scribit. Accusatus tandem ab Anyto quodam diui-*

te, & Me-

te,& Melito poëta,& Lycone oratore, quòd de dijs malè senti-
ret,iuuentutemq; præpostera Venere corrumperet, cùm à iudi-
cibus de more interrogaretur, Quánam potissimùm pœna se di-
gnum censeret: Vt,inquit,in Prytaneo alar de publico. Quo re-
sponso irritati iudices,capitis eum damnauerunt, & ad bibendam cicutam compulerunt. qua ille intrepidè accepta, & non alio quàm quo vinum solet,vultu exhausta,supremum vitæ diem clausit. De quo Persius:

—barbatum hoc crede magistrum
Dicere,sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Ex Comœdijs Sotadis hoc quoq; de eo extat: Socratem mundus facit sapientem, ac malè Socratem in carcere interemit. Epota enim cicuta,mortuus est. Cicer. 1. de Orat. pluribus illius historiam persequitur. Et Erasmus in Alcibiadis Sileno. d Non latrare modó.] Virgil. 6. Aeneid.

—licet ingens ianitor antro
Aeternùm latrans exangues terreat vmbras. Et,
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat —. e Menippus.] Phœnix philosophus Cynicus, conditione seruus, qui reliquit lucubrationes crebris salibus. Cynicaq; mordacitate refertas: ad quarum imitationẽ M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, vt tradit Macrobius in Saturn. laqueo vitam finiisse dicitur à Diogene Laërt. Dicit hic se esse canem. canes enim vocantur Cynicæ sectæ philosophi. f Aconito mordens.] Id est, veneno, ἀπὸ τῆς κοινῆς. Est autem aconitum, omnium venenorum ocyssimum, authore Plinio, quod contraxit spuma Cerberi, ab inferis extracti. quod passim describitur ab autoribus in primis poëtis, sed ignoratur adhuc hodie. g Quod volenti nolenti.] Vsus huius adagij, Velim nolim, est, quum contra sententiam animi fit aliquid. Pro eo Plautus sæpe vtitur ingratijs, vt in nostro Adagiorum collectaneo annotauimus. h Diogenes.] Philosophus Cynicus celeberrimus. i Omnibus plorare renunciantes.] Hac prouerbiali voce Lucianus sæpè vsus est, de qua nos in primo Necricorum dialogo, & nostro Adagiorum collectaneo.

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

ἀνασκευαστικὸς : *Fortitudinem Socratis falsam fuisse.*

Socratis exponit trepida de morte Menippo,
Cerberus infernas vt metuatque domos.
Nescio quàm fortis fuerit : sub iudice lis est,
Mors etiam magnos territat vsque viros.

HEVS Cerbere.] ἐνθυμηματικὴ ἐρώτησις, ἢ ἀξίωσις. Verisimile.] *Ratio* προληπτικὴ *à possibili.* Verùm etiam.] ἀφήγησις. Quum procul.] *Primum tempus.* Quasi mortem.] *Factum.* Verùm simul atque.] *Alterum tempus.* Nihilq; non.] *Conclusio.* Cæterùm.] *Expositio suæ sententiæ de Socrate.* Equidem illud.] ἐπίκρισις γενική. Quónam animo.] *Interrogatio de seipso.* Vnus mortalium.] ἀπόκρισις ἐπαινετική. Propterea quód.] αἰτιολογία.

ΧΑΡΩΝΟΣ, ΜΕΝΙΠΠΟΥ, καὶ Ἑρμοῦ.

a *CHASONTIS & Menippi.*

Erasmo Roterodamo interprete.

CHARON.

Ἀπόδος, ὦ κατάραε, τὰ πορθμία Μέν. βόα, εἰ τοῦ τοῦ ἥδιον, ὦ Χάρων. Χάρ. ἀπόδος, φημί, ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. Μέν. οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. Χάρ. ἔστι δέ τις ὀβολὸν μὴ ἔχων; Μέν. εἰ μὲν καὶ ἄπλος τις, οὐκ οἶδα, ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω. Χάρ. καὶ μὴν ἄγξω σε, νὴ τὸν Πλούτωνα, ὦ μιαρὲ,

REdde [b] *naulum, sceleste.* MEN. *Voci ferare, siquidem istuc tibi voluptati est, Charon.* CHA. *Redde, inquam, quod pro traiectõe debes.* MEN. *Haudquaquam auferre queas ab eo q nõ habebat.* CHA. *An est qnispiam, qui ne obolum quidem habeat?* MEN. *Sit' ne alius quispiam prætereà, equidem ignoro: ipse certè non habeo.* CHA. *Atqui præfocabo te per* [c] *Ditẽ, impu*

 rissime,

ρὲ, ἰῶ μὴ ἀρθλῶς. Μφ. κἀγὼ ὧν ξύλῳ σου κατάξας θλαύσω τὸ ὠράνιον. Χάρ. μάτλω οὖν ἔσῃ πεπλανκὼς, τοσοῦτον πλοῦν; Μφ. ὁ Ερμῆς ὑπὲρ ἐμοῦ σοι ἀρθλότω, ὅς με παρέδωκέ σοι. Ερμ. νὴ Δία ὀναίμην, ἂ μέλλω γε καὶ ὑπερκινδυνεύειν τῶν νεκρῶν. Χάρ. ὀκ ἀρκήσομαί σου. Μφ. τοῦτο γε ἕνεκα νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμυνε, πλεῖν ἀπ' ὄρους, γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις; Χαρ. σὺ δ' οὐκ ἤθελες, ὡς ὁμολόγεις ἄρτι; Μφ. ἤθελον μέν, οὐκ εἶχον δέ. τί οὖν ἐμοὶ θλᾶς τὸ τοῦτο μὴ ἀρθανεῖν; Χάρ. μόνος οὖν αὐχήσεις πρῶτα πεπλευκηκέναι. Μφ. ὁ πρῶτα, ὦ βέλτιστε· καὶ γὰρ ἐῦπλοῦς, καὶ τὴν ὑώπην ἐπιλαβόμην, καὶ ὀβολὸν μόνος τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν. Χάρ. εἶεν ταῦτα πρὸς τὰ πορθμεῖα· τὸν ὀβολὸν ἀρθλοποιοῦσί σοι δᾶ, ὅτι γὰρ θέμις ἄλλως γένεσθαι. Μφ. ἀκουσον ἀπάγαγέ με αὖθις εἰς τὸν βίον. Χάρ. χαίρων λέγεις, ἵνα καὶ

risisime, ni reddas. MEN. *At ego* [d] *illiso baculo tibi comminuam caput.* CHAR. *Nũ ergo te tam longo traiectu gratis tranſuexero?* MEN. *Mercurius meo nomine tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit.* MER. *Bellè mecum agatur per Iouem, ſiquidem futurum eſt, vt etiam defunctorum nomine perſoluam.* CHAR. *Haud omittam te.* MEN. *Quin igitur vel huius gratia pergis, vt facis, nauim trahere: quanquã* [e] *quod non habeo, quinam auferas?* CHAR. *At tu neſciebas quid tibi fuerit apportandũ?* MEN. *Sciebam quidem verũ non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi ſemper in vita manendum?* CH. *Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe trãſuectũ?* ME. *Haud gratis, ô præclare: ſi quidem* [f] *ſentinam exhauſi, & remum arripui, & vectorum omnium vnus non eiulaui.* CHAR. *Iſta nihil ad naulum: obolum reddas oportet, neque enim fas eſt ſecus fieri.* MEN. *Proinde tu me rurſum in vitam reuehe.* CHAR. *Bellè dicis, nimirum vt verberq*

πληγὰς ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω. Μέν. μὴ ἐνόχλει ἦν. Χά. δεῖξον τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις. Μέν. θέρμους εἰ θέλεις, καὶ τῆς Εκάτης τὸ δεῖπνον. Χάρ. πόθεν τοῦτον ἡμῖν, ὦ Ερμῇ, τὸν κύνα ἤγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὴν πλοῦν, τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων καταγελῶν καὶ ἐπισκώπτων, καὶ μόνος ᾄδων, οἰμωζόντων ἐκείνων; Ερμ. ἀγνοεῖς, ὦ Χάρων, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκριβῶς, καὶ δεινὸς αὐτῷ μέλει, οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος. Χάρ. καὶ μὴν ἄν σε λάβω ποτέ. Μένιπ.

ἂν λάβῃς ὦ βέλτιστε· δίς δὲ οὐκ ἂν λάβοις.

verbera etiam 8 *ab Aeaco mihi lucrifaciam.* MEN. *Ergo molestus ne sis.* CH. *Ostende quid habeas in pera.* MEN. [h] *Lupinum si velis, &* [i] *Hecatæ cœnam,* CHAR. *Vnde nobis hunc* [k] *canem adduxisti, Mercuri? tũ qualia garriebat inter nauigandum, vectores omnes irridens, ac dicterijs incessens, vnúsque cantillans illis plorantibus?* MER. *An ignoras, Charon, quem virum transuexeris? planè liberum, cuique nihil omninò curæ sit. Hic est Menippus.* CHAR. *Atqui si vnquam posthac te recepero,* MENIP, *Si receperis? ô præclare, ne possis quidem iterum recipere.*

GILBERTI COGNATI.
ANNOTATIONES.

a CHARONTI *Poëtæ inferorum fluminum custodiam & cymbæ gubernaculum tribuunt.* b Naulum.] *Paruum numisma in os mortuorum inditũ, Charonti pro portorio soluendum.* c Ditem.] *Plutonem inferorũ Deum, Iouis & Neptuni fratrem.* d Illiso baculo.] κἀγὼ τῷ ξύλῳ. *Materia pro instrumento, vt Latini ferrũ pro gladio. Aliàs* βάκτρον καὶ βακτηρία. e Quod nõ habeo.] *Alludit ad illud Plauti in Asin.* Nudo detrahere vestimẽta me iubes. *De quo in nostro Adagiorum*

collectaneo. f Sentinam.] *Nauis partem inferiorem, in quam quicquid instillat aquarum, influit, corruptæq; malè olent. Cicero de Senect. Alij sentinam exhauriant, &c.* g Aeaco.] *Hunc Poëtæ fabulantur apud inferos vnà cum Minoë & Rhadamantho iudicem delectum esse, & sontium crimina discutere, & vnicuique pro meritis pœnam constituere. Lucianus noster in Necyomantia portorio apud inferos colligendo præfectum facit. In Cataplo is Mercurium obiurgat.* h Lupinum] *Lupini vniuersam atq; adeò mirabilem historiam lege apud Theophrastum lib. 8. apud Plin li. 18. cap. 12. & 22. cap. vlt. Editur frumentorum inopia, q̃ instar lupi terræ sit appetens, dicitur lupinum.* i Hecatæ cœnam.] *Hecate Iouis & Latonæ filia, & soror Apollinis. Huic triplex numen attribuitur. vnde etiam à Virgil 8. Aeneid. Tergemina vocatur. Nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. Dicta Hecate, teste Seruio, q̃ centum victimis placetur, aut quod centũ annos faciat errare insepultos. Sub noutlunium ditiores vespere cœnam mussitabant (vt dicebatur) in triuijs, nocte pauperes aderant, clausis portis, qui eam famelici diripiebant, postridie persuadentes vulgo, Hecaten id quod appositum esset, deuorasse. Vnde quoties significare volumus quid per tumultum direptum, Hecates cœnam appellare licebit. Eandem & præparcam ac sordidam veteres appellabant, quod apud inferos vmbræ tenui ac vilissimo cibo victitare dicantur, vt malua ac porro. Idem in dialogo Diogenis & Pollucis.* k Canem.] *Id est, impudentẽ Nota est eius bestiæ impudentia, inde & Homericũ illud κυνώπης & Cynicorum appellatio fluxit. Sed & apud Terent. in Eunuch. & canis & os durum impudentiam significat.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Ερισικός. *De naulo enim Charanti reddendo litigant.*

Nauita de naulo quærit rogitando Menippum,
Vt soluat vectus per Phlegethonis aquas.
Sed nihil extorsit, nec erat soluendo Menippus:
Post vitam nullas namque tenebat opes.

REDDI

REDDE naulum.] *Postulatio.* Redde inquam.] *Repetit postulationem.* Haudquaquam.] *Recusatio cum ratione.* Equidem ignoro.] *Inficiatio.* Ipse certé.] *Asseueratio.* Atqui præfocabo te.] ἀπειλή. At ego illiso baculo.] ἀνταπεική. Num ergo tecum.] ἀπὸ τοῦ ἀδίκου. Mercurius meo nomine.] *Reiectio in Mercurium.* Haud gratis.] ἀντεισαγωγή.

ΑΧΙΛΕΩΣ, ΚΑΙ Αντιλόχου.

ANTILOCHI ET Achillis.

Ottomaro Luscinio interprete.

ANTILOCHVS.

Οἷα πρώην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσέα τοι εἴρηται, περὶ τοῦ θανάτου; ὡς ἀγεννῆ καὶ ἀνάξια τοῖν διδασκάλον ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος; ἠκροώμην, γὰρ ὁπότε ἔφης, βούλεσθαι ἐπάρουρος ὤν, θητεύειν παρά τινι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, μᾶλλον, ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἀγεννῆ τινα Φρύγα δειλὸν, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν· τὸν Πηλέως δ' ἠὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον

QVæ'nam sunt illa, Achilles, quæ tu Vlyssi iam primùm commemorando in mortem executus es, at minimè generosa, ac Chirone atque Phœnice, quibus tu aliquando vsus es præceptoribus, parùm digna? Audiui enim magis ex re tua futurum tibi videri, si vilis agricolæ munus obiens, inopi, cui nec victus suppetat, loces operã, quàm vt omnibus vita functis domineris. Quæ si rudis quidã plebeius, ex media Phrygia ortus, atque immodicus insuper etiam vitæ affectator diceret ferendum fortè id esset, atque condonandum nonnihil rusticitati: verùm ex Peleo prognatum, & ex omni heroum numero periculorum

φλυάταζον ὑπὲρ ὧν ἀπάντων, ταπεινὰ ἔτω περὶ αὐτοῦ δοξαζεῖν ποιῆ ἀσχήμονα, καὶ ἐναντίους πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ, ὃς ἐξὸν ἀπλῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολὺ κρείσσον βασιλεύειν, ἑκὼν πρὸ πολλοῦ μετὰ δ' ἀγαθῆς δόξης θάνατον. ΑΧΙΛ. ὦ πᾶι Νέστορ, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπαρ ἔτι τῶν ἐνταῦθα ὢν, καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ὧν ἀγνοῶν, τὸ δύσλωρον ἐκεῖνο δοξάειον προετίμων τοῦ βίου. νῦν δὲ σαφῶς οἶδα, ὡς ἐκείνη μὲν ἀναφλὴς, ἃ καὶ ὅ, τι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία, καὶ ὅτε τὸ μάλιστ' ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, ὅτι καὶ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ λείμβεται ἅπαντα ἐκ τοῦ ὠκὺ ῥόῳ ὅμοιοι, καὶ κατ' ἦμαρ ἀμύλων διαφέρονται, καὶ ὅτι οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ διὰ τα-

contemptorem acerrimum, in tam abiectam & humilem de seipso descendere opinionem, fœdum sanè atque pudendum inprimis. Deinde ijs, quæ in vita strenuè gesseris, equidem haud scio, quomodo ista conueniant. Nam dum in Phthio regnare tibi ad senectam vsque licuisset, citra gloriam tamen: tu gloriosam oppetere mortem maluisti, quàm potiri regno. ACHIL. At, ô Nestoris fili, nondum etiam tũ feceram rerũ earum periculum, & qui cui præferrem ignorans, gloriosam hanc infelicem præponebam vitæ. Atqui serò iam tandem intelligo, quàm egerim imprudenter. Apud viuos enim reperies fortè, qui res benè gestas celebrent literarum monumentis: sed hîc apud manes non video, quàm frugiferum opus effecerim, vbi vnus est honos omnium. Sed neque vires iam adsunt corporis, Antiloche, aut forma, interciderunt omnia: pari rerum statu viuuntur omnia, nullum sapientiæ, aut alterius rei discrimen est. Adde quòd nulli iam ex Troianorum mortuis formi-

δεδίασι με, ὅτι σε τῶν Ἀνχαιῶν θεραπεύουσιν. ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς, καὶ νεκρὸς ὅμοιος, ἢ μὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. ταῦτά με ἀνιᾷ, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν. Αντ. ὅμως τί οὖν ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀπεθνήσκειν ἅπαντας. ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμένοις. ἄλλως τε ὁρᾷς τὸν ἑταίρων, ὅσοι περὶ σὲ ἐσμὲν. οἱ δὲ, μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. Φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. ὁρᾷς τὸν Ηρακλέα, καὶ τὸν Μελέαγρον, καὶ ἄλλους θαυμαστοὺς ἄνδρας, οἳ οὐκ ἂν, οἶμαι, δέξαιντο ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνδράσιν.

Αχιλ.

formidabilis sum, nemini Græcorum venerãdus: prorsus omnium de mortuis par existimatio est, siue boni fuerint, siue improbi. Hæc sunt quæ me angunt, & miserè solicitant, & ob quæ doleo, quòd non potiùs loco operas, & viuo. ANTIL. *At verò, Achilles, quid agat quispiam? quando sic naturâ comparatum est, vt omnes prorsum cogantur semel vitam relinquere. quæ lex quum in vniuersum iam obtinuit, nec abrogari vllo modo queat, patienter hanc feras oportet. Cæterùm aspice nos, quotquot penes te sumus: denique & Vlysses quoque post pusillũ adueniet: vnde solatum tibi meritò afferet societas; id quod & alijs in rebus plerunque vsu venire solet. Non enim solus videris in hæc mala coniectus: en tibi Herculem, Meleagrum, & alios plerosque, qui non parum multos in admirationem traxêre: qui quidem (ni fallor) haudquaquam in vitam videntur redituri, si quis eos ad inopes & victu indigos mittat, vt illis pro mercede seruiant.*

Αχιλ. ἑταιρικὴ μὲν ἡ παραίνεσις. ἐμὲ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ μνήμη τῶν παρὰ τὸν βίον ἀνιᾷ. οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν ἕκαστον. εἰ δὲ μὴ ὁμολογεῖτε, ταύτῃ χείρους ἐστὲ καθ' ἡσυχίαν αὐτὸ πάσχοντες Αν. οὔκ, ἀλλ' ἀμείνους, ὦ Αχιλλεῦ. τὸ γὰρ ἀνωφελὲς τοῦ λέγειν ὁρῶμεν. σιωπᾷν γὰρ, καὶ φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι δέδοται ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν, ὥσπερ σὺ τοιαῦτα εὐχόμενοι.

ACHIL. *Sociorum hæc quidem admonitio est: verùm haud scio quo pacto eorum quæ in vita aguntur, memoria impendiò me excruciat. Arbitror autem & vestrùm vnumquemque ita affici, etiam si non palam confiteamini: nequiores sanè in eo, quòd tacitè huiuscemodi per quietem toleratis.* ANTIL. *Non equidem Achilles, sed longè tibi præstamus: quippe qui intelligimus, quàm sit inutile de ijs rebus verba facere. Silere enim & æquo animo sustinere omnia quæ accidunt, datum nobis est: ne tibi affectu isto similes, ipsi quoque ridiculi omnibus meritò videamur.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

AEQVA omnibus moriendi conditio, & vt inquit Horatius lib. Carm. ode 28:

Omnes vna manet nox. lib. 2. ode 3.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur vrnam.— de Arte poët.
Debemus enim morti nos nostraque—.

Porrò quòd hic fuit in precio, fit illic nullo denique honore. Huc accedit illud Horatij ode 28:

Mista senum, ac iuuenum densentur funera: nullum
Sæua caput Proserpina fugit.

Dixit

Dixit Proserpinam nullius vnquam caput fugisse, quo minus illud more suo tonderet, aut saltem tondendum curaret. Existimabant enim antiqui, eos qui morti essent proximi, à Proserpina, mortis ac vitæ arbitra, primum tonderi, & his quasi primitijs Orco initiari, nec aliter diem suum obire posse. Id autem ex Euripide, & Virgilio apertè cognoscere licet. Virg. quidem Didonis difficulter morientis causam hanc adfert:

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.

Addit Poëta Irim Proserpinæ officio fungi. Ac similiter ait Statius initio 2. Syluarum de Glaucia iamiam perituro.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno:

id est, Proserpina. Apud Euripidem Θάνατος, siue mors introducitur Alcestidis comam secans.

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Aequalem omnium apud inferos esse conditionem, neminemq; præferri mortalium: & de Achillis apud inferos pusillanimitate.

Ingentem quanquam Pelides Hectora vicit,
Martia cui semper prælia ludus erant.
Non tamen est melior timidis in Ditis auerno:
Nominis est illo gloria parua loco.

QVAE'NAM sunt.] *Propositio per interrogationem* ἐλεγτικὴν μετὰ παῤῥησίας Audiui enim.] *Ratio* αὐξητική. Quæ si rudis.] *Approbatio per comparationem.* Verùm ex Peleo.] αὐτοπόδοσις ἀπὸ τοῦ ἀπρεποῦς. Ex omni heroum numero.] *Exornatio* ἐπιθεραπευτικὴ κατ' ἔπαινον. At, ô Nestoris fili.] ἀπόκρισις ὀδυρτική. Atqui seró.] αὐτικατάλλαξις. Apud viuos enim.] κατάστασις τοῦ διαλόγου. Sed neque vires.] *Expolitio huius sententia.* Adde quod.] αὔξισις. Hæc sunt.] *Conclusio querimoniæ.* At verò Achilles.] τὸ παραμύθιον. Quando sic natura

comparatum est.] *A necessario.* Vt omnes cogantur.] *Ab exemplis æqualium.* Cæterùm aspice nos.] παραίνεσις. Non enim solus.] *A communi malo.* En tibi Herculem.] *Gaudium est miseris socios habere pœnarum.* Sociorum hæc.] *Concessio.* Verùm haud scio.] *Correctio.* Arbitror autem.] αὐτιδιαβολή. Non equidem.] καύχησις. Silere enim.] *Fortis est σιωπᾶν, φέρειν δὲ ἀνέχεσθαι τὰ κατά.*

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Ερμοῦ

MENIPPI ET Mercurij

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

Ποῦ δὲ οἱ καλοί εἰσιν, ἢ αἱ καλαὶ, ὦ Ερμῆ; ξενάγησόν μενέηλαν ὄντα. Ερ. οὐ σχολὴ μὲν, ὦ Μένιππε. πλὴν κατ' ἐκεῖνο αὐτὸ ἀπόβλεψον, ὡς ἐπὶ τὰ δεξιὰ, ἔνθα Υάκινθος τέ ἐστι, καὶ ὁ Νάρκισσος, καὶ Νιρεὺς, καὶ Αχιλλεὺς, καὶ Τυρὼ καὶ Ελένη καὶ Λήδα, καὶ ὅλως τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα. Μεν. ὀστᾶ μόνον ὁρῶ, καὶ κρανία, τῶν σαρκῶν γυμνά, ὅμοια τὰ πολλά. Ερ. καὶ μὴν ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πάντες οἱ ποιηταὶ θαυμάζουσι τὰ ὀστᾶ, ὧν σὺ ἔοικας καταφρονεῖν.

AT[a] vbinam formosi illi sunt, ac formosæ, Mercurij ducito me, docetóq; vtpote recèns huc profectum hospitem. MER. *Haud mihi licet per ocium, Menippe: quin tu isthuc ipso è loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & [b] Hyacinthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda: breuiter quicquid est veterum formarum.* MEN. *Equidem præter ossa nihil video caluariasq; carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino discriminis.* MER. *Atqui hæc sunt quæ poëtæ cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ tu videris contenere.*

MEN.

Μὴ ὅμως τὴν Ἑλένην μοι δεῦ-
ξον, εἰ γὰρ ἄρ' ἀγνοεῖν ἔοικε.
Ερ. τοῦτ' ἐστὶ τὸ πρανίον ἢ Ἑλένη
ἐστίν; Μέν. ἔτα δὲ χίλια νῆα
ἀφ' ὅλης τῆς ἑλλάδος ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπά-
σης τῆς Ἑλλάδος, καὶ ὁπόσοι ἔπε-
σον Ἕλληνες τε καὶ βάρβαροι,
καὶ ὁπόσαι πόλεις ἀνάστατοι
γεγόνασιν; Ερ. ἀλλ' οὐκ ἄξιος,
ὦ Μένιππε, ἕνεκα τῆς γυναικὸς
τοσαῦτα. εἴφης γὰρ ἂν καὶ σὺ ἀνθρώ-
που ὄντα ἐᾶν, ὅταν ἀμφὶ γυναι-
κὶ, πολλὰν κόσμον ἄγουσα πάσ-
χειν ἐπὶ καὶ τὰ ἄνθη ξηρὰ
ὄντα, εἴ τις βέλτιον ἀποδύσαι-
τό τε καὶ βαφεῖον. ἄμορφα δὴ
λογίζου αὐτὴν εἶδέναι. ὅτι μὲν γὰρ
ἀνθεῖ, οὐκ ἴσμεν τῶν γε ἀνθρώπων, καλὴ
εἶναι δοκεῖ. Μέν. ἐκοινῶ ἔγωγε, ὦ
Ερμῆ, θαυμάσαιμι, εἰ μὴ σωφρό-
σαν οἱ Ἀχαιοὶ περὶ πράγμα
τοσοῦτον ὀλιγορονίας, καὶ ῥᾳ-
δίως ἀπανθοῦντος, φευκτόν.
Ερ. ἀσχολή μοι, ὦ Μένιππε,
συμπεσοῦσα σοι. ὡς τὸν ἐπι-
τήδειόν τινα τόπον, ἔνθα ἂν
ἐθέλῃς, κᾆσο κατακλινὼν σε-
αυτόν· ἐγὼ δὲ τοὺς ἄλλους νε-
κροὺς ἤδη μετιὼν ἥξω.

MEN. *At Helenam saltem mihi commonstra: nam ipse quidem haud queam dignoscere.* MER. *Hæc videlicet caluaria, Helena est.* MEN. *Et huius scilicet ossis gratia mille naues ex vniuersa Græcia electo delectu sunt impletæ, tantáq; tũ Græcorũ tum Barbarorum multitudo conflixit, tot vrbes sunt euersæ?* MER. *Cæterùm, Menippe, non vidisti mulierẽ hãc viuã: qđ si fecisses, forsan diceres tu quoq; vitio dãdum nõ esse*

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiã are factos marcidosq; cõtẽplet, posteaquã coloris decus abiecerint deformes nimirum videãtur: at ijdẽ donec florent, coloréq; obtinẽt, sunt speciosissimi. ME. *Proinde illud iã demiror, Mercuri, si Græci nõ intellexerũt sese pro re vsq; adeò momẽtanea, quæq; tam facilè emarcescerent, elaborare.* MER. *Haud mihi vacat tecũ philosophari, quare delecto loco vbicunq; velis, prosterne temet ac recumbe: mihi iam aliæ sunt traducendæ vmbræ.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a VBI'NAM formosi sunt.] *Forma bonum fragile est, & fugacißimum: nam cito pede labitur, & velut rosa arescens perit.* *b* Hyacinthi.] *Hyacinthi fabula est in Dialogo Mercurij & Apollinis.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Irridet formosos: quorum eximia pulchritudo ac species post mortem nulla est.

Forma nihil prodest, folijs leuiorq; caducis:
Perdidit hæc multos, milléve damna dedit.
Hanc etiam propter ceciderunt mœnia Troiæ:
Ob formam vt placeant desine velle tuam.

VBINAM formosi.] ἐρώτησις περὶ τῶν καλῶν: καὶ ἀξίωσις. Quin tu isthuc.] πρόσταξις. Illic &.] δείξις. Atqui hæc sunt.] *Irrisio.*

Forma bonum fragile est: quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo.

Et huius scilicet.] *Obiectio.* Cæterúm.] ὁμοίωσις. Proinde illud demiror.] θαύμασις πορισματική. Haud mihi vacat.] *Præcisione concludit.*

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Χείρωνος. — *MENIPPI ET Chironis.*

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

ΗΚουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν, ἐπιθυμήσειας ἀπθανεῖν. Χεί. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας, ὦ Μένιπ-

E Quidem inaudiui a Chiron, te, deus quum esses, tamen optasse mortem. CHIRON. *Vera nimirum sunt ista quæ audiuisti Menippe:*

ἥτε. καὶ τέθνηκα, ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. Μέν. τίς δὲ σὲ ἔρως τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνεράστου τοῖς πολλοῖς χρήματος; Χείρ. ἐρῶ πρὸς σὲ οὐκ ἀσαύετον ὄντα. οὐκ ἦν ἔτι ἡδὺ ἀπλαύειν τῆς ἀθανασίας. Μέν. οὐχ ἡδὺ ἦν, ζῶντα ὁρᾷν τὸ φῶς; Χείρ. οὐκ, ὦ Μένιππε. τὸ γὰρ ἡδὺ ἔγωγε ποικίλον τι, καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἡγοῦμαι εἶναι ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπλαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς αἷ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα, ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα, θάτερον θατέρῳ. ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἐν τοῦ αὐτοῦ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῦ μετασχεῖν ὅλως, τὸ τερπνὸν ἦν. Μέν. εὖ λέγεις, ὦ Χείρων. τὰ ἐν Ἅδου δὲ πῶς φέρεις, ἀφ' οὗ πεπλόμενος αὐτὰ ἥκεις; Χείρ.

pe: planeq; mortuus sum, sicuti vides, quum mihi licuerit immortalem esse. MEN. At quænam te mortis cupido tenebat, rei videlicet quã vulgus hominum horreat: CHIR. Dicam apud te, virum neutiquam stultum atque imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. MEN. Quid? an iniucundum erat te viuere, lucemque tueri? CHIR. Erat inquam, Menippe. nam quod iucundum vocant, id ego neutiquam simplex, sed varium quiddam esse arbitror. Verùm quum ego semper viuerem, atque ijsdem perpetuò rebus vterer, sole, luce, cibo, tum horæ eædem recurrerent, reliqua item omnia quæcunque contingunt in vita reciproco quodam orbe redirent, atque alijs alia per vices succederent: [b] satietas videlicet eorum me cœpit. Neque enim in eo voluptas est sita si perpetuò fruaris ijsdem, sed omnino in permutando posita est, MENIPPVS. Probè loqueris, Chiron: cæterùm hæc quæ apud inferos agitur vita, quinam tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te contulisti? CHIR.

Χει. οὐκ ἀκδῶς, ὦ Μένιππε, ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πάνυ δημοτικὸν, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει τὸ διάφορον, ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ. ἄλλως τε οὐδὲ διψῇν, ὥσπερ ἄνω, οὔτε πεινῇν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν. Μέ. ὅρα, ὦ Χείρων, μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ, καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος περιστῇ Χει. πῶς τοῦτο φῄς. Μέν. ὅτι εἰ τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ὅμοιον ἀεὶ, καὶ ταὐτὸν ἐγένετό σοι προσκορὲς, καὶ ἐνταῦθα ὅμοια ὄντα, προσκορῆ ὁμοίως ἂν γένοιτο, καὶ δεήσει μεταβολήν γε ζητεῖν τινα καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὅπερ οἶμαι ἀδύνατον. Χει. τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Μένιππε; Μέ. ὅπερ οἶμαι, καὶ φασὶ, σωτὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾷν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.

CHIR. *Haud insuauiter, Menippe: siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populare. Nihil autem interest, vtrum in luce quis agat, an in tenebris: prætereà neque sitiendum est nobis, quemadmodum apud superos, neque esuriendum, sed eiusmodi rerum omnium egentia vacamus.* MEN. *Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, néve eôdem tibi recidat oratio.* CHIR. *Quamobrem isthuc ais?* MEN. *Nempe si illud tibi fastidio fuit, quòd in vita semper ijsdem similibusq; rebus vtendum erat: quum hic itidem similia sint omnia, eundem admodum parient fastidium, ac deintegrò tibi quærenda erit vitæ commutatio, atque hinc quópiam aliam in vitam demigrãdum: id quod*[c] *arbitror fieri non posse.* CHIR. *Quid igitur faciundum, Menippe?* MEN. *Illud nimirum, vti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & vulgò prædicant,*[d] *præsentibus rebus sis contentus, boniq; consulas quod ad est: neque quicquam in his esse putes, quod ferri non queat.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

*ARGVMENTVM.

HVius Menippi & Chironis facetissimi Dialogi argumentum & Chiron interrogatus à Menippo, quamobrem, cùm ei immortali esse liceret, mori maluerit, respondet, perpetuum rerum tenorem & similia omnia suo tempore vicissim recurrentia vitæ satietatem sibi peperisse. Eadem sunt omnia semper, inquit, Lucret. lib. 3. Altera pars Dialogi est præsentibus esse acquiescendum, iuxta illud τὸ παρὸν δεῖ ποιεῖν siue δεῖ πράττειν: id est, Quod adest, æqui bonique facere oportet, quo vtitur Plato in Gorgia. Ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, inquit Erasmus noster, sed quæcunque contigit, sors eam velut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars est, vt sua cuique fortuna placeat.

a CHIRON.] *Chiron Centaurus, Saturni & Phyllira filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, cùm Phylliram Oceani filiam adamaret, eiusque frueretur concubitu, Opis vxoris interuentu turbatum, subitò in equum se conuertisse: Phylliram autem ex eo grauidam effectam, fœtum peperisse, cuius anterior pars hominem, posterior equum referret, eumq; Chironem nominasse, qui vbi primùm adolenit, in syluas sese contulit, ibiq; herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum euasit. Senex tandem effectus, (senem enim Theocritus in Thalysia dixit) atque vitæ longioris pertæsus, à superis impetrauit, vt immortalitatem, (vtroque enim parente immortali natus erat) sibi morte liceret commutare.* b Satietas.] *Aristoteles 2. Rhetoricarum præceptionum lib. scribit, quod semper idem stati perpetuiq; habitus, parit satietatem: varietatemque & vicissitudinem iucundam esse. Fit enim, inquit iuxta naturam transmutatio. Vnde illud dictum est, vicissitudo rerum omnium iucunda. Id quod repetijt lib. Moralium Eudem. 7. Euripide*

Euripides in Oreste, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ: id est, *Mutatio iucunda rerum est omnium. Eôdem alluſit Virg. in Palæmone:*

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Mimus: Nil iucundum, niſi quod commendat varietas. Item: Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt. Ea rerum natura, inquit Eraſmus noſter, eiuſmodi ſenſus humani faſtidium, vt nihil eſſe poſſit tam ſuaue, quod non abeat in nauſeam, ſi paulò diutiùs viare: nihil tam egregium, quod idem diu placere poſſit. Iuuenalis:

—voluptates commendat rarior vſus.

Terent. in Eunucho:

Tædet harum quotidianarum formarum.

In Phormione:

At enim tædet audire eam millies.

Cic. ad Atticum lib. 2: Prorſus vitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima. Varietas, inquit Eraſmus, tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis interdum & peſſima pro optimis placeant. c Arbitror fieri non poſſe.] *Sibylla apud Maronem, ad inferos viam Aeneæ non negat quidem, ſed deterret à difficultate viæ, quam componit cùm deſcenſus facilitate: obliquè notans temerarium Perithoi & Theſei conatum, qui ab inferis redire non valuerunt. Nam ab inferis reditus via, vt anguſta, ita infrequens eſt, & rarum videt viatorem, vt quoque noſter Lucianus in Diogenis & Alexandri dialogo ſcripſit: neque enim fas eſt reuerti quenquam, qui ſemel paludem tranſmiſerit, &c. d* Præſentibus rebus ſis contentus.] *Menippus hic nos cum Chirone admonet, vt quemcunque ſtatum ſors dederit, in eo lætè tranquilleq; viuamus. iuxta illud: ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάγειν, Quæ præſtò ſint, in hiſce vitam nectito.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Exoſus Chiron præſentis munera vitæ,
Tetras exoptat poſſe videre domos.
Eſſe iſthic etiam faſtidia multa docetur:
Vtere præſenti non meliora ſciens.

EQVIDEM inaudiui.] ἀφήγησις ψιλή. Vera iſta.] *Aſſeueratio.* Atquæ nam te.] *Inueſtigatio cauſæ.* Dicam apud te] ὑπόσχεσις. Iam mihi deſierat.] διήγησις. Quid? an iniucundum.] *Interpellatio.* Erat inquam.] *Ratio primæ ſententiæ.* Verùm cùm ego] *Continuat narrationem commemorando ea quæ faſtidium ſatietatemq; viuendi adferre ſolent.* Neque enim in eo.] *Ratio ex loco communi.* Cæterùm hæc.] *Secunda interrogatio.* Haud inſuauiter.] *Reſponſio & ratio.* Siquidem æqualitas.] *Occupatio.* Vide Chiron.] *Hortatio.* Nempe.] *Ratio à minori.* At de integro.] *conſilium eius quod fieri non poteſt.* Quid igitur.] *Petit aliud conſilium.* Præſentibus ſis contentus.] γνώμη προτρεπτική.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΦΙ-
λωνιδου, ἢ Νεκυομαντία.

MENIPPVS, SEV
Necyomantia.

Thoma Moro interprete.

ARGVMENTVM.

VIdetur hoc Dialogo Lucianus illud maximè commendatum voluiſſe, quod in fine Menippus ait à Tireſia in autem ſibi dictum fuiſſe, priuatorum videlicet hominum vitam optimam atq; turiſſimam eſſe: quod idem Græci noto illo prouerbio dictitant, τῷ λαθε βιώσας. Nam diuitias, potentiam, gloriam, & cętera quę mundus appetit, vana omnia & incerta eſſe: pręcipuè autem diuitum atque magnorum hominum vt vitam ipſam periculoſam, & pompis ſolennibus, item tragicis quoque fabulis ſimilem eſſe, ita miſeros plerunque ſortiri exitus. quod eo decreto videtur intelligere vel-

le, quod apud inferos contra diuites factum fuisse dicit, quo & corpora illorum supplicijs destinantur, & animi in asinos migrare iubentur: quod & ipsum nimirum eam significationem habet, quòd diuitum animi plerunque inertes, & omnis doctrinæ expertes esse soleant. Inscribitur autem Necyomantia: quasi dicas, ab inferis seu mortuis petitum responsum. quo vel maximè apparet eum Dialogi scopum habendum esse, qui responso isto Tiresiæ proponitur. Semper enim ex titulis alter nobiliorem dialogi personam, alter argumenti quasi quandam ὕλην indicat. Platonico more, quem maximè in hoc Lucianus imitatus est. Constat autem perpetua quadam narratione, qua & causam & modum sui ad inferos descensus, & prætereà occasionem qua edictum illud de diuitibus audierit, commemorat. In hac pręcipui quidem loci sunt & maximè illustres, de incerta doctrina Philosophorum, de Magorum superstitione & potestate, de inferorum locis, supplicijs, & ęqualitate: & postrema illa collatio vitę humanę cum pompa solenni, & cũ fabulis Tragicorum. Occasio & exordium dialogi ab habitu & percunctatione Menippi sumuntur.

MENIPPVS, PHILONIDES.

MENIPPVS.



Ὀχαῖρε μέλαθρον, πρόπυλάθ' ἑστίας ἐμῆς, ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον, ἐς φάος μολών. Φι. οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν, ὁ κύων; οὐ μενοῦν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους. τί δ' αὐτῶν βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος καὶ λύρα,



Salue atriũ, domusq́ vestibulum meæ. Vt te lubens aspicio, luci redditus. PHI. *Nũ nam hic Menippus est, canis ille? Nõ herclè alius, nisi ego fortè ad Menippos omneis hallucinor. At quid sibi vult habitꝰ huiꝰ insolẽtia? claua, lyra,*

λύρα, καὶ λεοντῆς πρόσιζον δ' ὅμως αὐτῶν. χαῖρε, ὦ Μένιππε. καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολλὰ γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει. Με. Ἥκω νεκρῶν κοιλοτάτων, καὶ σκότου πύλας Ἀιδῶν, ἵν' Ἄδης χωρὶς ὤκισται θεῶν. Φι. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών, κἀξ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκως; Με. οὐκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἅιδης μ' ἐδέξατο. Φι. τίς δ' ἡ ἀλλόκοτός σοι καινὴ καὶ παράδοξος ἐπῆλθε δυσθυμία; Με. νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τι νέον πλέον. Φι. παῦσαι μανικὰ πραγματευόμενος, καὶ λίχνως ὅτωσιοῦν ἁπλῶς, καταβὰς ἀφ' ἑαμβείου. τίς ἡ στολή; τί σοι δ' κάτω πορείας ἐδύκουν; ἄλλως γὰρ ἦν ἡδεῖά τις, εἰ καὶ ὑπάσι δύσοδος. Με. ὦ φίλτατε, χρεών με κατάγαγε εἰς Ἅιδαο, ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο. Φι. οὕτως, ἀπ' ἀπαραπάστας. οὐ γὰρ ἄν ὅτως ἱμάτιον ἐρραψώδεις

lyra, leonis exuuiæ? Adeundus tamē est. Salue, Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est quòd in vrbe te non vidimus. Men. Adsum reuersus mortuorum è latibulis,

Fortibusq; tristium tenebrarum nigris:

Manes vbi inferi manent superis procul.

Phi. O Hercules: clam nobis Menippus vita functus est, reuixitq; denuò? Men. Non, sed me adhuc viuum recepit tartarus.

Phil. Quænam causa tibi fuit nouæ huius atque incredibilis viæ? Men.

Iuuenta me incitauit, atque audacia,

Quàm pro iuuenta, haud paululùm impotentior.

Phi Siste, ô beate tragica, & ab Iambis descendens, sic potius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis? quæ causa tibi itineris inferni fuit, quum alioqui neq; iucunda, neq; delectabilis sit via? Men.

Res dilecte grauis me infernas egit ad vmbras,
Consulerem manes vt vatis Tiresiai.

Phil. Atqui deliras: alioqui non hoc pacto caneres

πρὸς ἄνδρας φίλους. Μέ. μὰ θαυμάσῃς, ὦ ἑτᾶρε, νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ σόμα ἔρχεται. ἀτὰρ ἦπέ μοι πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει, ἢ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει; Φι. καινὸν ἀδελφὲ, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν. Μέν. ἄθλιοι, καὶ μακαριώτατοι. οὐ γὰρ ἴσασιν, οἷα ἐναγχος κεκύρωται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα καὶ τὰ περὶ τῶν πλουσίων, ἃ μετὰ τὴν Κέρβερον, δεσμία μηχανὴ τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. Φι. τί φῄς; δέδοκται τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε; Μέ. νὴ Δία καὶ πολλὰ, ἀλλ' ὁ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲ τὰ ἀπόῤῥητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ὑμᾶς γράψηται γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. Φι. μηδαμῶς, ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διὸς,

apud amicos consarcinatis versibus. MEN. Ne mireris, amice, nuper enim cum Euripide atque Homero versatus, nescio quo pacto versibus sic impletus sum, vt numeri mihi in os sua sponte confluant. Verùm dic mihi quo pacto res humanæ hic se habent in terris? & quidnam in vrbe agitur. PHIL. Nihil noui: sed quemadmodum prius actitabant, rapiunt, peierant, fœneramur, vsuras colligunt. MEN. [a] O miseri, atq; infelices. Nesciant enim qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesque sorte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHIL. Quid ais? Nonne aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? MEN. Per Ioue, & quidem multa: verùm prodere non licet, neq; arcana quæ sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamanthũ impietatis accuset. PHIL. Ne quaquã, Menippe, per Ioue: ne amico sermone hunc inuideas.

Nam

μὴ φθονήσῃς τ λόγων φίλῳ ἀνδρί. πᾶς γὰρ ἐδόκα σιωπᾷν ἱερᾶς, τάτ' ἄμα, καὶ πᾶς μυημένους. Μι. χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τὸ παράγγελμα, καὶ οὐ πάνυ ἀσφαλὲς, πλὴν ἅμα σῦ γε ἕνεκα τολμητέον. ἔδοξε δὴ, τὸς πλουσίους τύτους, καὶ πολυχρυσάτους, καὶ τὸ χρυσίον καθάπερ ὥσπερ πλὴν Δαναάλω φυλάττουσας. Φι. μὴ πρότερον ἅπῃς, ὦ γαθὲ, τὰ δεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' ἂν ἡδέως ἀκούσαμί σου. ἥτις αἰτία σοι τῆς καθόδου ἐγένετο; τίς ὁ τῆς πορείας ἡγεμών; εἶθ' ἑξῆς, ἅτε ἐλθὼν, ἅτε ἤκουσας παρ' αὐτοῖς. εἰκὸς γὰρ δὴ, φιλόκαλον ὄντα σε, μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν. Μέν. ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὑπέρ τε φίλου ἀνὴρ βιάζοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοί δίδωμι πλὴν γνώμην πλὴν ἐμὴν, καὶ ὅθεν ὡρμήθην πρὸς πλὴν καθάβασιν. ἐγὼ γὰρ ἄχει μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκόων Ομήρου τε Ησιόδου, πολέμους τε σάσεις διηγουμένων, *Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatũ præterea sacris, edisseres.* ME. *Dura profectò iubes, & neutiquam tuta: verùm tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuites istos ac pecuniosos aurũ tanquam Danaën seruãtes abstrusum.* PHI. *Ne prius, ô beate, quæ sunt decreta dixeris, quàm ea percurras omnia quæ abs te audire libentissimè velim: quæ videlicet descensus causa fuerit, quis itineris dux: deinde ex ordine & quæ illic videris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te, quum res pulchras videndi curiosus sis, eorum quæ visu aut auditu digna videbantur nihil omnino prætermisisse.* ME. *Parendum etiam in his tibi est. Nam quid facias vrgente amico? Ac primùm fanè tibi expediam quæ res animũ meum ad hũc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc puer essem, audireq; Homerũ atq; Hesiodum seditiones ac bella canentes, non semideorum modò,*

οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ βίας καὶ ἁρπαγὰς καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλὰ, καὶ οὐ παρέργως ἐπεπόνουν πρὸς αὐτά. ἐπεὶ δὲ ἐς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, πάλιν αὖ ἐνταῦθα ἤκουον τῶν νόμων, τἀναντία τοῖς ποιηταῖς λεγόντων, μήτε μοιχεύειν, μήτε πορεύεσθαι, μήτε ἁρπάζειν. ἐν μεγάλῃ οὖν καθέστηκεν ἀμφιβολίᾳ, οὐκ ἀδὼς ὅ,τι χρησάμην ἐμαυτῷ. οὔτε γὰρ τοὺς θεοὺς ἄν ποτε ἡγέμην μοιχεύσασθαι, καὶ πορεύσασθαι πρὸς ἀλλήλους, ἃ μὴ ὡς περὶ καλῶν τούτων ἐγίνωσκον· οὔτ' ἂν τοὺς νομοθέτας τἀναντία τούτοις παρανεῖν, ἃ μὴ λυσιτελεῖν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δὲ διηπόρουν, ἔδοξέ μοι ἐλθόντα παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους, ἐγχειρίσαι τε ἐμαυτὸν, καὶ δεηθῆναι αὐτῶν χρῆσθαί μοι ὅ,τι βούλοιντο, καὶ ἅπα δὸν

sed ipsorum etiam deorum adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias: hac mehercle omnia bona pulchraq; putabam, & studiosè erga ea afficiebar. Postquam verò in virilem iam ætatem peruenirem, hic leges rursus iubentes audio poëtis apprimè contraria: neque videlicet adulteria committere, neque seditiones mouere, neque rapinas exercere. Hic igitur hæsitabundus cõsisti, incertus omnino quo me pacto gererem. Neque enim deos vnquam putaui mœchaturos, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neque rursus legumlatores his aduersa iussuros, nisi id conducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi philosophos istos adire, atque his me in manus dedere, rogareq; vti me vtcunque liberet vterentur, vitaq;

δὸν ἁπλῆ καὶ βεβαίαν ἐπο=
δεῖξαι τοῦ βίου. ταῦτα μὲν
δὴ φρονῶν, προσήειν αὐτοῖς.
ἐλελήθειν δ' ἐμαυτὸν ἐς αὐ=
τό, φασι, τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κα-
πνοῦ βιαζόμενος. παρὰ γὰρ
δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον
ἐφισκοπῶν τὴν ἄγνοιαν, καὶ
τὴν ἀπορίαν πλείονα. ὥστε
μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδει-
ξαν οὗτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν
βίον, ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν
παρῄνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ
μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς με-
τιέναι, τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὔ-
δαιμον. ὁ δέ τις ἔμπαλιν,
πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν,
καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν,
ῥυπῶντα καὶ αὐχμῶντα. καὶ
πᾶσι δισαρεστοῦντα, καὶ λοι=
δορούμενον, συνεχὲς ἐπιῤῥα-
ψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα
τοῦ Ησιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔ-
πη, καὶ τὸν ἱδρῶτα, καὶ τὴν ἐ=
πὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν. ἄλ-
λος καταφρονεῖν χρημάτων
παρεκελεύετο, καὶ ἀδιάφορον
οἴεσθαι τὴν κτῆσιν αὐτῶν.
ὁ δέ τις αὖ πάλιν, ἀγαθὸν
εἶναι

vitæq́ viam aliquam sim=
plicem ac certam ostende-
rent. Hæc igitur mecum
reputans, ad eos venio, im-
prudens profectò, [d] quòd
me ex fumo (vt aiunt) in
flammam conijcerem. A=
pud enim hos maximè dili-
genter obseruans, summam
reperi ignorantiam, omnia=
qúe magis incerta, adeò vt
præ his illicò mihi vel idio-
tarum vita iam aurea vide-
retur.[e] Alius etenim soli me
iussit voluptati studere, at-
que ad eum scopum vniuer=
sum vitæ cursum dirigere:
in eo ipsam sitam esse felici-
tatem. Alius rursus omni-
no laborare corpusqúe sui,
vigilijs ac squalore subige-
re, miserè semper affectum,
contumelijsqúe obnoxium
assiduè, Hesiodi sedulò in-
culcans celebria illa de vir-
tute carmina, & sudorem
videlicet, & accliuem in
verticem montis ascensum.
Alius contemnere iubet pe-
cunias, earumq́ posses-
sionem indifferentem putare. Alius contrà bonas ipsas

εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. περὶ μὲν γὰρ τοῦ κοσμοῦ τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς γε ἰδέας καὶ ἀσώματα, καὶ ἀτόμους καὶ κενὰ, καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὁσημέραι παρ' αὐτῷ ἤκουον ἐναντίων, καὶ τὸ πάντων δεινῶν ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων, σφόδρα νικῶντας καὶ πιθανοὺς λόγους ἐποιεῖτο, ὥστε μήτε τῶν θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῶν ψυχρὸν, ἀντιλέγειν ἔχειν· καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταυτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυστάζουσι τούτοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν. ἔτι δὲ πωλλῷ τῶν ἐκείνων ἀτοπώτερον, τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηρῶν, ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας. τοὺς γοῦν καταφρονεῖν παραινοῦντας χρημάτων, ἑώρων ἀπρὶξ

etiam diuitias esse pronunciat. De mundo verò quid dicam? de quo ideas, incorporeas substantias, atomos, & inane, ac talem quandam pugnantium inuicem nominum turbam indies audiebam: & quod absurdorum omnium maximè fuit absurdum, de contrarijs vnusquisque quum diceret, inuincibiles admodum rationes ac persuasibiles afferebat: vt nec ei qui celidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contenderent, contrà quicquam hiscere potuerim: atque id, quum tamen manifestè cognoscerem, fieri nunquam posse vt eadem res calida simul frigidaque sit. Prorsum igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitantibus, vt interdum capite annuerem, interdum contrà abnuerem. Prætereà quod multò erat istis absurdius, vitam eorum diligenter obseruans, comperi eam cum ipsorum verbis præceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spernendam censebant pecuniam, auidissimè conspexi colli-

ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ περὶ τόκων διαφερομένους, καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας. τούς τε τὴν δόξαν ἀποβαλλομένους, αὐτῆς ἕνεκα πάντα ἐπιτηδεύοντας, ἡδονῆς τε αὖ σχεδὸν ἅπαντας κατηγοροῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ πεσηρτημένους. σφαλεὶς οὖν καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, ἔτι μᾶλλον ἐδησχέραινον, ἠρέμα παραμυθούμενος ἐμαυτὸν, ὅτι μετὰ πολλῶν, καὶ ὀφῶν, καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων ἀνόητος τέ εἰμι, καὶ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι, καί μοι ποτὲ διαγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα, ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα, δεηθῆναί τινος τῶν μάγων τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν, καὶ διαδόχων. ἤκουον δ' αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε τοῦ Ἅδου τὰς πύλας, καὶ κατάγειν ὃν ἂν βούλωνται ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον

xi colligendis diuitijs inhiare, de fœnore litigantes, pro mercede docentes: omnia denique nummorum gratia tolerantes. Ii verò qui gloriam verbis aspernabantur, omnem vitæ suæ rationem in gloriam referebant. Voluptatem rursus omnes fermè palàm incessebant, clanculùm verò ad eam solam libenter confluebant. Ergo hac quoque spe frustratus, magis adhuc ægrè molestéque tuli. Aliquantulum tamen inde memet consolabar, quòd vnà cum multis & sapientibus & celeberrimis viris ipse insipiénsque essem, atq; verè adhuc ignarus oberrarem. [f] Peruigilanti mihi tandem, atq; hisce de rebus mecũ cogitanti, venit in mentem, vt Babylonem profectus, magorũ aliquem [g] ex Zoroastri discipulis ac successoribus conuenirem. Audieram siquidem eos inferni portas carnib. quibusdam ac mysterijs aperire, & quem libuerit, illuc tutò deducere, ac rursus inde reducere.

ἄριστον οὖν ἡγούμην εἶναι παρά τινος τούτων δαπραξάμενον τὴν κατάβασιν, ἐλθόντα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἄν τις ἕλοιτο, εὖ φρονῶν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τάχους, ἔτεινον εὐθὺ βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν τέχνην, πολιῷ μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ, τοὔνωμα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ καὶ καθικετεύσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ. παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ, πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ νεληνῇ ἀρξάμενος, ἔλουε, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς οὖ σφόδρα κατήκουον. ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι

Optimè ergo me facturum putaui, si cum horum quopiã de descensu paciscẽs [h] Tiresiam Bœotium consulerẽ, ab eoq́ perdiscerem (quippe qui vates fuerit & sapiens) quæ vita sit optima, quámque sapientissimus quisque potissimùm elegerit. Ac statim quidem exiliens quàm poteram celerrimé Babylonem versus rectà contendi. Quò quum venio, diuersor apud Chaldæorum quendã hominem certè sapientem, atque arte mirabilem, coma quidem canum, admodúmque promissa barba venerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecransq́ vix exoraui, vt quauis mercede vellet, in illam me viam deduceret. Ac tandem homo me suscipiens, primùm quidem dies nouem ac viginti cùm Luna simul incipiens abluit ad Euphratem, manè Solem orientem versus perducens, ac sermonem quempiam longum mussitans, quẽ nõ admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine

λοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἐπίτροχόν τι καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγγετο. πλὴν ἀλλ' ἐῴκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν, τρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀπρπτύσας, ἐπανήει πάλιν, οὐδένα τῶν ἀπαντώντων προσβλέπων. καὶ σιτία μὲν ἡμῖν, τὰ ἀκρόδρυα. ποτὸν δὲ, γάλα, καὶ μελίκρατον, καὶ τὸ τοῦ Χοάσπου ὕδωρ. εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἅλις εἶχε τῆς προδιαιτήσεως, περὶ μέσας νύκτας, ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγὼν, ἐκάθηρε τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ἑποτονθορύσας. εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας, καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ἑπὸ τῶν φαντασμάτων, ἐπανάγει ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα. καὶ τὸ λοιπὸν, ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν. αὐτὸς μὲν οὖν μαγικήν τιν'

certamine præcones inepti solent) volubile quiddam atque incertum proferebat, nisi quòd quosdam visus est inuocare dæmones. Post illam igitur incantationem ter mihi in vultum spuens, deducit rursus, oculos nusquam in obuium quemquam deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, potus autem lac atque mulsum, & Choaspi lympha. lectus verò in herba sub dio fuit. Ac postquam iam præparati satis hac diæta sumus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluuium ducens, purgauit simul, atque abstersit, [i] facéque lustrauit ac squilla, tum pluribus itidem alijs: & magicum simul illud carmen submurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne à spectris læderer, circumiens, reducit domum, ita vt eram, reciprocantem. Ac reliqua noctis parte nauigationi nos præparauimus. Ipse igitur magicam quandam

τιν' ἔδυ στολὴν, τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ. ἐμὲ δὲ τουτοισὶ φέρων, ἐνεσκεύασε τῶν πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ πεσέτι τῇ λύρᾳ. καὶ παρεκελεύσατο, ἢν τις ἔρηταί τε τοὔνομα, Μένιππον μὲν μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δ', ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα. Φιλ. ὡς δὴ τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τῶν ὀνομάτων. Μέν. καὶ μὴν πρόδηλόν γε τοῦτο, καὶ οὐ παντελῶς ἀπόῤῥητον. ἐπεὶ γὰρ οὗτοι πρὸ ἡμῶν ζῶντες, ἐς Ἅδου κατεληλύθεσαν, ἡγεῖτο, εἰ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὴν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὰν διαλαθεῖν, καὶ ἀκωλύτως παρελθεῖν, ᾅτε συνηθέστερον, τραγικῶς μάλα παραπεμπόμενον ὑπὸ τοῦ σχήματος. ἤδη δ' οὖν ἐπέφαινεν ἡμέρα, καὶ κατελθόντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν, περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα. παρασκεύαστο δ' αὐτοῦ καὶ σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα καὶ ἄλλα ὅσα πρὸς τὴν τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι οὖν ἅπαντα

quandam vestem induit, Medorum vesti vt plurimùm similem: ac me quidem his, quæ vides ornauit, claua videlicet, ac leonis exuuijs, atque insuper lyra. Iussit prætereà vt nomen si quis me roget, Menippum quidem ne dicerem, sed Herculem, Vlyssem, aut Orpheum. PHIL. *Quid ita, ô Menippe? neque enim causam aut habitus, aut nominis intelligo.* MEN. *Atqui perspicuum id quidem est, ac neutiquam arcanum. Nam hi qui ante nos ad inferos olim viui descenderant, putauit si me his assimilaret, fore vt faciliùs Aeaci custodias fallerem, atque nullo prohibente transirem, vtpotè notior tragico admodum illo cultu emissus. Iam igitur dies apparuit, quum nos ad flumen ingressi, in recessum incumbimus. Parata siquidem ab illo fuerant, cymba, sacrificia, mulsa, & in id mysterium denique quibuscunque opus erant. Hæc postquam ergo quæ prompta*

ἅπαντα τὰ παρισκευασμένα, ὅτω δὴ καὶ αὐτοὶ βαίνομεν ἀχνύμενοι, βαιρὸν μὲν ἀπὸ πλάκρυ χέοντες. καὶ μίχρι μέν τινος ὑπιφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ, ἔπειτα δ' ἐσπλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος, καὶ πῶ λίμνῃ ἐς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. περαωθέντες δὲ καὶ ταύτῃ, ἀφικνούμεθα ἐς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες καὶ ἀνύδριον, ἐς ὃ ἀρβάντες (ἡγεῖτο δ' ὁ Μίθροβαρζάνης) βόθρον τε ὠρύξαμεν, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν δοὺς τῷ δᾷδα λιπομένῃ ἔχων, ὑπ' ἐπιμαίας τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δή, ὡς οἷός τε ἦν, ἀνεκραγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐριννύας, καὶ νυχίαν Ἑκάτην, καὶ ἀπανηνὶ Περσεφόνειαν, παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα. ὡς δὲ ἅπαντα ἐκίνησε τὰ ἐνταῦθα, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τέθαφ' ἀνερρήγνυτο. καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου πόρρωθεν ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκάτηφες

pta erant, impositimus, tum nos quoque

Ingredimur tristes lacrymisq; implemur obortis.

Atq; aliquantisper quidem in fluuio ferimur: deinde in syluam delati sumus, ac lacum quendam, in quē Euphrates conditur. Tum hoc quoque transmisso, in regionē quandam peruenimus solam, syluosam, atq; opacam: in quam descendentes) præibat enim Mithrobarzanes) & puteū effodimus, & oues iugulamus, & foueā sanguine conspergimus. At magus interim accensam facem tenēs, haud amplius iam summisso murmure, sed voce quàm poterat maxima clamitans, dæmones simul omnes conuocat, Pœnas, Erinnyes, [k] Hecatem nocturnam, excelsamq; Proserpinam: simulq; polysyllaba quædā nomina barbara, atq; ignota commiscet. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine solùm ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri: & iam res planè trīstis ac

mœsta

κάτωφθ ἰῶ, καὶ σκυθρωπόν. Εδδεισεν δ' ὑπέτρεθεν ἄναξ ἐνέρων Αἴδωνεύς. Κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλᾶσα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ ἡ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. Καταθόμβησε δ' ὅμως δεῖμ' ἐχάσματος, ἣν μὴ Ραδάμανθυν ἴδεν ῥοθίῳ, τεθνεῶτα μικρῷ πρὶν ἀπὸ τοῦ βίου. ὁ δὲ Κέρβερος ὑπολάκησε μὲν δὴ, καὶ παρεκίνησε ταχὺ δὲ μου κρόσσας τὰς λύρας, παραχρῆμα κοιμήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικρὸν μὲν δὴ ἐπεραιώθημεν. ἰῶ γὰρ ἤδη πλήρης τὸ πορθμεῖον, καὶ σίμων ὡς ἀνάπλεον. παυμαχία δ' πάντων ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλήν, ὁ δὲ ἄλλο τι συντετριμμένος, ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντος. ὅμως δὲ οἷόν τε ὁ βέλτιστος Χάρων, ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθεὶς με τὸν Ηρακλέα εἶναι, ἐπῆρέ με, καὶ διεπόρθμευσέ τι ἄσμενος, καὶ ἀπέβασε διεσόμενον τὴν ἀπαπόν. ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῆλθε μὲν ὁ Μίθρο-

mœsta fuit, Vmbrarum at timuit rex imis sedibus Orcus. Ac protinus quidem inferorũ patebant plerag, lacus Pyriphlegethon, ac Plutonis regia. Tum per illum descendẽtes hiatũ Rhadamanthum propemodum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primùm quidem latrabat, commouitq; se: at quum ego lyram celerrimè correptã pulsassem, cantu statim sopitus obdormit. deinde posteaquam ad lacum venimus, tranare ferè nõ licuit. Iam enim onustum erat nauigium, & ciulatu certè plenũ. Vulnerati quippe in eo nauigabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quopiam membro luxatus: vsqueadeò, vt mihi certè ex bello quopiam adesse viderentur. At optimus Charon quum leonis videret exuuias, esse me ratus Herculem, recepit, tránsque vexit libens: tum exeuntibus quoque nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithro-

Μιθροβαρζάνης, ἀπόμιλος δ' ἐγὼ ἀτόπιν ἐχόμην αὐτῷ, ἕως πρὸς λειμῶνα μέγιστον ἀφικνούμεθα, ἔνθα ἀσφοδέλῳ λατάφυλον. ἔνθα δὴ προελθόντος ἡμᾶς περιεῖναι τῶν νεκρῶν σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ πεδιόνδε, παρεγγυόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον. ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπί θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, παρειστήκεσαν δὲ αὐτῷ Ποιναὶ καὶ Ἄλαστορες, καὶ Ἐρινύες. ἐτέρωθεν δὲ προσήγοντο πομποί τινες ἀφειμένοι, ἀλύσεσι μακραῖς δεδεμένοι, ἑλκόμενοι δ' ἄνανδροι καὶ πορνοβόσκοι, καὶ τελῶναι καὶ κόλακες καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτος ὅμιλος πᾶς τῶν πανταχοῦ ἐν τῷ βίῳ. χωρὶς δέ τι πλῆθος ἦν τοκογλύφοι προσήκοντες, ὠχροὶ καὶ πολιόροι καὶ ὑδαρεῖς, ἕλκος ἑκάστου αὐτῶν, καὶ κόραξ ἐπικαθήμενος. ἐφεστῶτες δὲ ἡμᾶς, ἐωρῶμεν τι τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀρχιγραμματέων. κατηγόρουν δὲ αὐτῶν κακοί τινες

Mithrobarzanes, ego autem à tergo continuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddam venimus maximum, [l] asphodelo consitum, vbi circunfusæ vndique mortuorum stridulæ nos sequuntur vmbræ. Tum paulò procedentes longiùs, ad ipsum Minois tribunal accessimus. Erat ipse quidem in solio forte quodam sublimi sedens: astabant autem illi Pœnæ, Tortores, mali Genij, Furiæ. Ex altera parte plurimi quidem adducti sunt ex ordine, longa fune vincti. dicebantur autem adulteri, lenones, mœchi, homicidæ, adulatores, sycophantæ, ac talis hominum turba quiduis in vita patrantium. Seorsum autem diuites ac fœneratores prodibāt, pallidi, ventricosi, ac podagrici, quorum quisque trabe vinctus erat, ferri pondere duorum talentorum impositio. Nos igitur astantes, & quæ fiunt omnia conspicimus, & quæ dicuntur auscultamus. [m] Accusant aũt nouũ quidam

τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες. Φιλ. τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς καὶ τοῦτο εἰπεῖν. Μένιππ. οἶσθά που ταυτασὶ τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀποτελουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σώματων; Φιλ. πάνυ μὲν οὖν. Μένιπ. αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀπηθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε, καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διελεγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὴν βίον. καὶ σφόδρα τινὲς αὐτῶν ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι, καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σώματων. ὁ δ' οὖν Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων, ἀπέπεμπεν ἕκαστον ἐς τὴν τῶν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων. καὶ μάλιστα ἐκείνων ἥπτετο, τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι περιμενόντων, τήν τε ὀλιγοχρόνιον ἀλαζονίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπερυψίαν μυσαττόμενος, καὶ ὅτι μὴ ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοί, καὶ θνητῶν ἀγαθῶν τετυχηκότες.

quidam atque admirabiles rhetores. PHIL. Quinam ergo hi per Iouem sunt? Ac ne isthuc quidem te pigeat dicere. MENIP. Vmbrásne vnquam istas nosti, quas opposita Soli reddunt corpora? PHIL. Quid ni? MENIP. Hæ nos igitur quum primùm functi vita sumus, accusant, testantur, atque redarguunt quicquid in vita peccauimus. Et sanè quædam ex his dignæ admodum fide videntur, vtpotè nobiscum versatæ semper, nostrisq́ nusquam digressæ corporibus. Minos igitur curiosè quemlibet examinans, impiorum relegabat in cœtum, pœnas ibi sceleribus suis dignas luiturum. In hos præcipuè tamen incenditur, quos opes, dum viuerent, ac dignitates inflauerant, quiq́ adorari sese ferè expectabant: nimirum breui [n] perituram eorum superbiam, fastúmque detestatus, quippe qui non meminissent, mortales ipsi quum sint, sese bona quoque mortalia consequutos.

At

οἱ δ' ἀφλυσάμφοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα, πλοῦτους λέγω καὶ γένη καὶ δωρεάς, γυμνοὶ κάτω νεγυκότες παρεσήκεσαν, ὥσπερ τινα ὄνειρον ἀναπιμπαζόμενοι τὸ παρ' ἡμῖν εὐδαιμονίαν. ὥστε ἔγωγε ταῦθ' ὁρῶν ὑπερήχαιρον καὶ εἴ τινα γνωείσαιμι αὐτῶν, προσιὼν ἂν ἠσυχῆ πως, ὑπεμίμνησκον. οἷ δ' ἐπεὶ παρὰ τὸν βίον, καὶ ἡλίκον ἐφύσατο, ἐπίνακα ποιοῖ μὴ ἔωθεν ἐπὶ τῶν πυλώνων παρεσήκεσαν, πρὸ θύρας αὐτῆ στειμύοντες, ὠθούμφοί τε, καὶ ἀφηλιάμφοι πρὸς τὸ οἰκεῖον. ὁ δὲ μόγις ἄρ ποτε ἀνατέλλας αὐτοῖς, πορφυροῦς τις, στείλβων ἢ δαπόκιλος, εὐδαίμονας ὤετο καὶ μακαρίους ἀφφάνειν τοὺς προσιόντας, ἢν τὸ σῶμα ἢ πρὸς δεξίαν προτείνων, μόνη καταφιλῆν ἐκεῖνοι μὴ ἔν γε ἐπιτρέπειν ἀπέφησις. ὧν δὲ Μίνωι μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη δίκη. ἦ γάρ τι Σικελιώτην Διονύσιον, πολλὰ καὶ ἀνόσια ὑπὸ τοῦ Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ

At nunc splendida illa exuti omnia, diuitias inquam, genus, mumia, nudi ac vultu demisso steterunt, tanquam somnium quoddam humanam hanc felicitatem recogitantes: adeò vt hæc dum conspicarer, nimiùm quàm delectatus fuerim. Et si quem eorum fortè agnoueram, accessi, atque in aurem sic lenter admonui qualis in vita fuerat, quantopere fuerat inflatus tum, quum plurimi mane fores eius obsidentes, pulsi interim exclusíq; à famulis, illius expectabant egressum: at ipse vix tandem illis exoriens puniceus, aureus, aut versicolor, felices ac beatos se facturum salutantes putabat, si pectus dextrámve porrigens permitteret oscularidam. Illi verò audientes ista, molestè ferebant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam. quippe ᵒDionysiũ Siciliæ tyrannum multis & atrocibus criminibus, & à Dione accusatum,

καὶ ὑπὸ τοῦς ἐλαμαρτυρη-
θέντα, παρὴν Ἀρίστιππος
ὁ Κυρηναῖος (ἄγουσι δ' αὐτὸ
ἐν τιμῇ, καὶ μάλιστα μὲν ἐν
ἐν τοῖς ἐλάττω) μικρὸν δεῖν τῇ
Χιμαίρᾳ προσδεθέντα, παρὴ-
νουν τῆς ἐλαφρίκης, λέγων
πολλοῖς αὐτὸν πεπαιδαμένον
κοῦς ἀργύριον γενέσθαι μυ-
ρίον. ἀφεέντος δ' ὅμως αὐ-
κασηείς, πρὸς τὸ δικαστήριον
ἀφικνούμεθα. ἔνθα δὴ, ὦ φί-
λε, πολλὰ καὶ ἐλεεινὰ μὲν ἀπῆ-
σά τε καὶ εἶδον. μαστίγων τε
γὰρ ὁμοῦ ψόφος ἀπεῖχε καὶ οἰμωγ-
γὴ τῶν ἐπὶ τῷ πυρὶ ὀπτωμέ-
νων, καὶ σρέβλαι καὶ τύφωνες καὶ
τροχοί. καὶ ἡ Χίμαιρα ἱσπά-
ρατο, καὶ ὁ Κέρβερος ἐλάκ-
κατο. ἐκολάζοντό τε ἅμα
πάντες, βασιλεῖς, δῆμοι, σα-
τράπαι, πένητες, πλούσιοι, πω-
χοὶ, καὶ μετέμελε πᾶσι τῶν τε
πολυμυθένων. ἐνίους δὲ αὐτῶν καὶ
ἐγνωρίζομεν ἰδόντες, ὁπόσοι
ἦσαν· τῶν ἐναγχος τελευ-
τηκότων οἱ μὲν ἐνεκαλύπτοντο,
καὶ ἀπεστρέφοντο. ἐδ' καὶ πρὸ-
βλήποιεν, μάλα ἀλλοπρι-
σεῖς

& graui Stoicorum teſtimonio conuictum Cyrenæus Ariſtippus interueniẽs (nam illum valde ſuſpiciunt inſeri, eiusque plurimùm ibi valet auctoritas) fermè iam Chimæræ alligatum, abſoluit à pœna, aſſerens illum eruditorum nonnullos olim iuuiſſe pecunia. Tum nos à tribunali diſcedentes, ad ſupplicij locum peruenimus: vbi, ô amice, & multa & miſeranda audire, ſimul ac ſpectare licuit. Nam ſimul & flagrorum ſonus auditur, & eiulatus hominum in igne flagrantium tum rotæ, & tormenta, catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat, cruciantur & pariter omnes, captiui, reges, præfecti, pauperes, mendici, diuites: & iam ſcelerum omnes pœnitebat. Et quoſdam quidem eorum dum intuemur, agnouimus videlicet qui nuper è vita deceſſerant. At hi ſe pudentes tum occulebant, noſtroq; ſubtrahebant aſpectui: aut ſi nos aliquando reſpiciebãt,

id ſcq;

τις τὴ δουλακωτικόν· καὶ ταῦτα, πῶς οἴει, βαρᾶς ὄντις, καὶ ὑπερόπλως παρὰ τὸν βίον. τοῖς μὲν τοι πένησιν ἡμιτέλεα τῶν κακῶν ἐδίδοτο, καὶ ἀναπαυόμενοι πάλιν ἐκολάζοντο. τὰ μὲν κάκεινα εἶδον τὰ μυθώδη τὸν Ἠξίονα, καὶ τὸν Σίσυφον, καὶ τὸν Φρύγα Τάνταλον χαλεπῶς ἔχοντα. καὶ τὴν γηγενῆ Τιτυὸν, Ἡράκλεα ὅσον, ἐκεῖνο γὰρ τόπον ἐπίχων ἀγρὸν διεβάντις δὲ καὶ τούτου, ἐς τὸ ψυδέριον ἐσβάλομεν, τὸ Ἀχερούσιον· εὐθὺς δὲ καὶ τοὺς ἡμιθέους τε καὶ τὰς ἡρωίνας, καὶ τῶν ἄλλων ὅμιλον τῶν νεκρῶν, κατὰ ἔθνη καὶ φῦλα διαιτωμένους, τοὺς μὲν παλαιούς τινας, καὶ εὐφωτιῶντας, ὡς φησιν Ὅμηρος, ἀμφηνύς, τοὺς δὲ νεαλεῖς, καὶ σωτεσηκότας, καὶ μάλιστα τοὺς Ἀγυιεῦσιν αὐτὸς, ἐξ τὸ ψυλυαρκὲς τῆς ταριχείας. τὸ μὲν δὴ ἀφανιζόμενον πάντων ἐλεεινότατον. ἅπαντες γὰρ ἀτεχνῶς ἀλλήλοις γίνονται ὅμοιοι, τῶν ὀστῶν γεγυμνωμένων,

id seruiliter admodum abiecteq; faciebant. atq; hi quidem quàm olim putas onerosi fastuosique in vita? At paucis malorum dimidium remittebatur, & quum interquieuissent, denuò repetebantur ad pœnam. Sed illa quoque quæ fabulis feruntur, aspexi, Ixionem, Sisyphum, Phrygiumq; grauiter affectum Tantalum: genitumq; terra Tityum, dij boni, quantum? Integrum stratus agrum occupabat. Hos tandem prætereuntes, in campum venimus Acherusium, vbi semideos heroidásque reperimus: atque aliam simul mortuorum turbam in gentes tribúsque dispositam, alios quidem vetulos quosdam ac marcidos, atque (vt Homerus ait) euanidos, alios verò iuueniles & integros, & hoc potissimùm ob illam condiendi efficaciam Aegyptios. Verùm dignoscere quemlibet haud procliue fuit: adeò nudatis ossibus omnes erant inuicem simillimi;

πλὴν μόγις καὶ ἀπὸ πολλοῦ ἀναθεωρήσαντες αὐτὸς ἐγνώσκομεν. ἔκειντο δ' ἐπ' ἀμυήτοις ἀμαυροὶ καὶ ἄσημοι, καὶ ὀλίγα ἔτι τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν φυλάττοντες ἀμυδρὰ πομπῆς ἐν τοῖς σκηνώμασιν ἐλπίζων. καὶ πάντων ὁμοίων, φοβερόν τι τὸ διάκενον διεδορκότων, καὶ γυμνὸς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων. ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτὸν, ὅτινι ἀπεικάζω τὸν θρίτλον ἆρ' ἔτι καλὸν Νηρέως, ἢ τὸν μιτάτλον ἱερὸν ἆρ' ἔτι Φαίακων βασιλέως, ἢ Πυῤῥίαν τὸν μάγειρον ἆρ' ἔτ' Ἀγαμέμνονος. ὀλίγα γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀπ' ὁμοίας τὰ ὅσα λοιπὰ, ἄδηλα καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ ὑπ' ὀδόντος ἔτι ἀπεσθιόμενα λιμάρυκος. ὁμοίως ἐκεῖνα ὁρῶντι, ἐδόκουν μοι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων βίου πομπή τινι μακρᾷ προσοικεῖσθαι, χορηγὸν δὲ καὶ διατάττειν ἕκαστα ἡ τύχη, διάφορα καὶ ποικίλα τοῖς πομπεύουσι σχήματα προσάπτουσα. τὸν μὲν γὲ λαὸν

nisi quod vix tandem eos diu intuentes agnouimus. Quippe conferri considebant obscuri atque ignobiles, nullisque seruantes amplius pristinæ formæ vestigium. Cùm igitur multi simul ossei consisterent, mutuum omnino similes, qui terrificum quidam per cauos oculorum orbes transpicerent, dentesque nudos ostenderent, hæsitabam certe mecum, quónam signo Thersitem à Nireo illo formoso discernerem, aut mendicum Irum à Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone: quippe quibus iam mihil veteris permansit indicij, sed ossa fuerunt inter se similia, incognubilia, nullis inscripta titulis, nullique vnquam dignoscenda. Hæc igitur spectanti mihi, persimilis hominum vita pompæ cuipiam longæ videbatur, cui præsit ac disponat quæque Fortuna, exhis qui pompam agunt, diuersos variosque cuique habitus accommodans. Alium siquidem

ὁ τύχη, βασιλικῶς διασκευάσας, τιάραν τε ἐπιθεὶς, καὶ δορυφόρους παραδοὺς, καὶ τὴν περαλίδα στέψας ὡς δεδήματι. ὧν δὲ οἰκέτης σχῆμα περιέθηκε. τὸν δέ τινα καλὸν ἐὸν κοσμήσας τὸ δὲ ἄμορφον καὶ γελοῖον παρασκευάσας παντοδαπῶς γὰρ οἶμαι δεῖν γίνεσθαι τὴν θέαν. πομπάνης δὲ ἐν μέσῃ τῇ πομπῇ μετέβαλε τὰ ἑνίων σχήματα, ἐκ δούλων εἰς τύραννον ἐμπομπεύσας, ὡς ἐτάχθησαν. ἀλλὰ μεταμφιάσασα τὸν μὲν Κροῖσον, ἠνάγκασε τὴν τῶ οἰκέτου καὶ ἁρμαλώτου σκευὴν ἀναλαβεῖν. τὸν δὲ Μαιάνδριον, τέως ἐν δούλοις οἰκέταις πομπεύοντα, τὴν Πολυκράτους τυραννίδα μετφίδυσε καὶ μέχρι μιᾶς τινὸς ἔασε χρῆσθαι τῷ σχήματι· ἐπειδὴ δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρῆλθε, πάνυ καιρίως ἕκαστον ἀρετὴς τὴν σκευὴν, καὶ ἀμφιάσασα τὸ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἦν πρὸ τοῦ, γίνεται. μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. νῦν δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης,

Fortuna deligens, regijs ornat insignibus, & tiaram imponens, & satellites addens, & caput diademate coronans. Alium serui rursus ornatum induit: hunc formosum effigiat, hunc deformem atque deridiculum fingit. nam omnigenum, vt opinor, debet esse spectaculū. Quin habitus quorundam plerunque in media quoque pompa demutat. neque perpetuò eodem sinit ordine cultuq; progredi quo prodierant, sed ornatu commutato Crœsum quidem cogit serui captiui q; vestes induere: Mæandrium autem olim inter seruos incedentem, Polycratis vicissim ornat tyrannide: & aliquantisper quidem eo cultu permittit vti. verùm vbi iam pompæ tempus præterijt, apparatum quisque restituens, & cum corpore simul exutus amictu, qualis antè fuit, efficitur, nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob inscitiam

ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ἐπιστᾶσα ἡ τύχη, ἄχθονταί γε, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀπολιδόντες. οἶμαι δὲ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι, τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους, πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων, ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας. καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν μαλα σεμνῶς τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης πρῶτον ἐπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀπολυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν, τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀπεθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται, οὐκ ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος,

quum suos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atq; indignantur, tanquam proprijs quibusdam bonis priuati: ac non potius alienis, quibus paulisper vtebantur, exuti. Quin in scena quoq; vidisse te plerũq; puto histriones istos tragicos, qui (vt fabulæ ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones: idemquè (si sors retulerit) paulò antè tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòst seruus, poëta iubente, progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quisque auratas illas vestes exutus, personam deponens, & q ab altis illis crepidis descendens, pauper atque humilis obambulat, haud ampliùs Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, sed Polus filius Chariclei Suniensis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius.

Sic

τοιαῦτα

τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν, Φι. εἰπέ μοι, ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας καὶ εἰκόνας καὶ ἐπιγράμματα, οὐδὲν τιμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν; Μέν. ληρεῖς, ὦ οὗτος. εἰ γὰρ ἐθεάσω τὸν Μαύσωλον αὐτὸν, λέγω δὲ τὸν, Κάρα, τῆς ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον, εὖ οἶδα ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν, οὕτω ταπεινῶς ἔρριπτο ἐν παραβύστῳ που, λανθάνων ἐν τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν σεκρῶν, ἐμοὶ δοκεῖν. τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. ἐπειδὰν γὰρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον πλέον ποδὸς, ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον. πολλῷ δ' ἂν, οἶμαι, μᾶλλον ἐγέλας, εἰ ἐθεάσω τοὺς παρ' ἡμῖν βασι-

Sic se mortalium res habent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur. PHI. *Dic mihi, Menippe, isti qui magnificos altosque tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos, nihilóne sunt apud inferos plebeijs quibuslibet vmbris honoratiores?* MEN. *Nugaris tu quidem. nam si vidisses Mausolum, Carem illum dico pyramide celebrem, sat scio, nunquam ridere desiisses. ita in antrum quoddam abstrusum despectim abiectus est, in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videtur ex monumento referre, quòd imposito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam quum Aeacus, ô amice, locum cuique metitur (dat autem cui plurimum, haud ampliùs pedem) necesse est eo iacere contentum sesequé ad loci modum contrahere. At vehementiùs multò risisses opinor,*

βασιλίας καὶ σατράπας, πλουτοῦντας παρ' αὐτοῖς, καὶ ἤδη ταυροποδήτας ὑπ' ἀφειδίας, ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα ὑπὸ τυχόντος ὑφιεμένους, καὶ μαλακῆς ῥήτορας παιομένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραποδωδῶν τὰ ἀτιμότατα. Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος, ἐδὲ μαρατὴν ἐμαυτὸν διαπατῶν ἔλαθον, ἰδεάχθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθὸν ἀνέμενος τὰ ἐκπεπλυμένα ποδήματα. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἐγὼ ἐθεασάμην ἐν ταῖς τριόδοις μιταπατοῦντας, Ξέρξας λέγω καὶ Δαρεῖος, καὶ Πολυκράτης. Φίλαπα διηγῇ τὰ περὶ τοὺς βασιλέως, καὶ μικρὸν δεῖν ἅπαντα τίς ὁ Σωκράτης ἔπραξε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σοφῶν; Μέν. ὁ μὲν Σωκράτης ἰδικῇ διεξῆλθε, διελέγχων ἅπαντας· συνῆσαν δ' αὐτῷ Παλαμήδης καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις ἄλλος νεκρός. ἔτι μὴν καὶ ἐπεφύσητο αὐτῷ καὶ διωδύκει ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ

si reges hosce nostros satrapasq; vidisses apud eos mendicantes, & aut salsamenta vententes aut primas ipsas literas vrgente inopia profitentes: & quemadmodum contumeliys à quouis afficiantur, atque in faciem cædantur, perinde atque vilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, continere me certò non potui. ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede resarciens. Quin alios prætereà multos erat videre mendicantes in triuys, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates. PHIL. *Admiranda narras ista de regibus, penèq; incredibilia. Socrates autem quid facit, ac Diogenes, & si quis est sapientum alius?* MEN. *Socrates profectò etiam ibi obuersatur, omnesq; redarguit: versantur autem cum illo Palamedes, Vlysses, & Nestor, & quisquis est alius inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiamnum atque intumescunt exhausto veneno cru-*

τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης, προῖκεῖ μὲν Σαρδαναπάλῳ τῷ Ασσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν. ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην ἀναμετρουμένων γελᾷ τε καὶ τέρπεται. καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος, ᾄδει μάλα τραχείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπικαλύπτων, ὥστε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἀνδρὰς καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν, οὐ φέροντας τὸν Διογένην. Φι. ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων; Μεν. εὖγε ὑπέμνησας· οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως περὶ τούτου λέγειν προθέμενος, παμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου διατρίβοντος γάμου παρ' αὐτοῖς, πρόθεσαν οἱ πρυτάνεις ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων. ἰδὼν οὖν πολλοὺς συνθέοντας, ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, εὐθὺς

no crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Assyrio, Midæ'que Phrygio, atque alijs item pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos quum eiulantes audit veteris fortunæ magnitudinem recogitantes, & ridet & delectatur, ac supinus cubans vtplurimùm cantat, aspera nimis atque iniucunda voce illorum eiupatus obscurans, adeò vt id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his iam satis quidem: cæterùm quódnam illud decretum est quod initiò dixeras aduersus diuites esse sancitum? MEN. Bene admones: nescio enim quo pacto quum de hac re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberraui. Dum igitur tibi versabar, magistratus concionem aduocauerunt, his videlicet de rebus quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoque cum illis simul immiscens,

ὀθὺς εἷς καὶ αὐτὸς ἓν τῶν ἐκκλησιαστῶν. διφκύθη μὲν ἦν καὶ ἄλλα, τελευταῖον δὲ τὸ περὶ τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν διεληλύθει πολλὰ καὶ ἀδικία, καὶ ὕβρις καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὑπερηφανία καὶ ἀδικία, τέλος ἀναστὰς εἷς τῶν δημαγωγῶν, ἀνέγνω ψήφισμα τοιόνδε.

vnus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa, postremò verò de diuitibus negocium: in quos posteaquam plurima fuissent obiecta violentia, superbia, fastus, iniuria: assurgens tandem ex populo primas quidem, huiusmodi decretum legit:

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράνομα οἱ πλούσιοι ἁπάντων πρὸς τὸν βίον, ἁρπάζοντες καὶ βιαζόμενοι, καὶ πάντα τρόπον τῶν πενήτων καταφρονοῦντες. δεδόκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν ἀποθνήσκωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολάζεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν· τὰς δὲ ψυχὰς, ἀναπεμφθείσας ἄνω εἰς τὸν βίον, καταπέμπειν εἰς τοὺς ὄνους, ἄχρις ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ σχήματι μυριάδας τῶν πενήτων καὶ ἑκκαίδεκα ὄνοι, ἐξ ὄνων γιγνόμενοι, καὶ ἀχθοφοροῦντες, καὶ ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι, διάγοντες δὲ λοιπὸν ἐξάγειν αὐτοῖς ἀποθανεῖν. εἶπε

DECRETVM.

[u] Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in vita, rapientes, ac vim inferentes, inopesq; omni modo despectui habentes: Curiæ populoq; visum est, vt quum functi vita fuerint, corpora quidem eorum pœnas cum aliis sceleratorum corporibus luant, animæ verò sursum remissæ in vitam, [x] in asinos demigrent, donec in tali rerum statu quinquies ac vicies decem annorum millia transegerint, asini semper ex asinis renati, onera ferentes, atq; à pauperibus agitati: dein vt liceat illis è vita excedere. Hanc sententiam

τὴν γνώμην Κρανίων Σκελετίωνος Νεκυσιεὺς, φυλῆς Ἀλιβαντιάδος. τοῦτον ἀναγνωσθέντος τοῦ ψηφίσματος, ἐπεψήφισαν μὲν αἱ ἀρχαὶ, ἀπεχειροτόνησε δὲ τὸ πλῆθος, καὶ ἐνεβριμήσατο ἡ Βριμὼ, καὶ ὑλακτήσειν ὁ Κέρβερος. οὕτω γὰρ ἐντελῆ γίγνεται, καὶ ἐνεία τὰ ἀνεγνωσμένα. ταῦτα μὲν δὴ τοι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, οὗπερ ἀφίγμην ἕνεκα, τῶν Τειρεσίᾳ προσελθὼν, ἱκέτευον αὐτὸν, τὰ πάντα διηγησάμενος, εἰπεῖν πρός με, ποῖόν τινα ἡγεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ γελάσας (ἔστι δὲ τυφλόν τι γερόντιον, καὶ ὠχρὸν καὶ λεπτόφωνον) ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδα τοῦ τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς. ἀτὰρ οὐ θέμις λέγειν πρός σε· ἀπείρηται γὰρ ἑπὸ τοῦ Ῥαδαμάνθυος· μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πατέριον, ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περιΐδης με τοῦ τυφλώτερον

sententiam dixit Caluarius patre Aridello, patria Manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, sciuit plebs, adfremuit Proserpina, allatrauit Cerberus. sic enim rata quæ inferi statuunt, authenticáque fiunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia veneram, Tiresiam adeo: atque illi re vti erat ordine narrata, supplicaui vt mihi diceret, quódnam optimum vitæ genus putaret. Hic verò subridens (est autē seniculus quispiam cæcus, pallidus, voce gracili) O fili, inquit, causam tuæ perplexitatis scio à sapientibus istis profectam, haudquaquam idem inuicem ijsdem de rebus sentientibus, verùm haud fas est id tibi proloqui: si quidem quod Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquam, ô patercule: sed dic amabo, neque me contemnas, qui in vitate

stratiua eruetur, neque non mendacium deprehensum redarguetur: túque iam certo & constanti iudicio delectu habito philosophiæ perdiscēdæ nauabis operam, atque ter exoptatam felicitatem consequutus, conuersationem cum illa sociabis iucundissimam, vniuersis bonis in totum semel fruens, & abundans. HERM. *Euge, ô Luciane, quantò iam præstantiora, & spem non mediocrem ostendētia, quàm dudum dixisti? Estqúe nobis omninò, vt par esse videtur, eiusmodi vir quispiam studiosè conquirendus, cuius opera earum rerum cognitionem & iudicium nobis paremus, & quod maximum est, infallibilem demonstrationem. Hoc pacto confido fore, cætera deinceps cōprehēsu facilia, nec nimium operosa aut laboriosa futura, quæq; non multùm sint requisitura exercitij. Atque ego quidem magnas tibi iam habeo gratias, propterea quòd nobis tandem compendiariam quandam & optimam viā inueneris.* LVC. *Atqui iure optimo nullæ mihi abs te habendæ sunt gratiæ. neque enim quicquam meo labore inuentum tibi demonstraui,*

quo

ξα ὡς ἐγγυτέρω σε ποιήσει τῆς ἐλπίδος· τὸ δὲ πολὺ πορρωτέρω γεγόναμεν, ἢ πρότερον ἦμεν. καὶ κατὰ τοὺς παροιμαζομένους, πολλὰ μοχθήσαντες, ὁμοίως ἐσμεν. Ερμ. πῶς τοῦτο φῄς; πάνυ γάρ τι λυπηρόν τι καὶ δύσελπι ἐρεῖν ἔοικας. Λυκ. ὅτι, ὦ ἑταῖρε, κἂν εὕρωμεν ὑπισχνούμενόν τινα εἰδέναι τε ἀπόδειξιν, καὶ ἄλλον διδάξειν, οὐκ αὐτίκα, οἶμαι, πιστεύσομεν αὐτῷ, ἀλλά τινα ζητήσομεν τὸν κρῖναι δυνάμενον, εἰ ἀληθῆ ὁ ἀνὴρ λέγει· κἂν τούτου εὐπορήσομεν, ἄδηλον ἔτι ἡμῖν, εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οἶδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κεινοῦντα, ἢ μή· καὶ ἐπ' αὐτὴ ἄνθις τοῦτον ἄλλον ἐπιγνώμονος, οἶμαι, δεῖ. ἡμεῖς γὰρ πόθεν ἂν εἰδείημεν διακείνειν τὸν ἄριστα κείνειν δυνάμενον; ὁρᾷς

quo spem tibi firmiorem, aut ei te viciniorem fecissem: sed multò magis ab omni spe remoti excidimus, quàm antè fueramus. Ac prorsus iuxtà vulgò iactatum prouerbium nobiscum agitur: Cùm multùm laborauerimus, in eodem loco sumus. HERM. Quorsum isthuc, Luciane? Vidêre quiddam supra modum triste & admirandum dicere. LVC. Quoniam, ô amice, tametsi inuentus nobis fuerit is, qui polliceatur se quandam scire demonstrationem certam & infallibilem seq; docturum alium: non statim propterea, vt opinor, illi fidem habebimus, sed alium aliquē quærere conabimur, qui iudicio exactè habito discernere valeat, num vir ille vera polliceatur. Iam vbi etiam illum ex sententia nacti erimus, nihilo secus tamē etiamdum incerti erimus, num ille quem ad cognoscendum adsciuimus, probè cognoscere possit rectè iudicantem, nécne, & sic iterum deinceps ad priorem alio ad cognoscendum apposito nobis opus erit: nos enim vndénam tanta præditi intelligētia, sciremus discernere eum, qui optimorū iudiciū habere possit?

ὁρᾷς ὅποι τοῦτο ἀπρτείνεται, καὶ ὡς ἀπέραντον γίγνεται, στῆναί ποτε, καὶ καταληφθῆναι μὴ δυνάμενον. ἐπεὶ καὶ τὰς ἀπρδείξεις αὐτὰς, ὁπόσας οἷόν τε ἐνείσκειν, ἀμφισβητουμένας ὄψει, καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον· αἱ γοῦν πλεῖσαι αὐτῶν, δι' ἄλλων, ἀμφισβητουμένων πείθειν ἡμᾶς βιάζονται εἰδέναι, αἱ δὲ ταῖς πάνυ προδήλοις τὰ ἀφανέστατα συνάπτουσαι, οὐδὲν αὐτοῖς κοινουνοῦντα, ἀπρδείξεις αὐτῶν εἶναι φάσκουσιν, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ἀπρδείξειν εἶναι θεοὺς, διότι βωμὶ αὐτῶν ὄντες φαίνονται. ὥστε, ὦ Ερμότιμε, οὐκ οἶδ' ὅπως, καθάπερ οἱ ἐν κύκλῳ θέοντες, ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν καὶ ἀπρείαν ἐπανεληλύθαμεν. Ερ. οἷά με εἰγάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὴν θησαυρὸν ἀπρῆνας; καὶ ὡς ἔοικεν, ἀπρεῖταί μοι

Vidésne quousque protendatur, & quàm immensum fiat, anxio & suspenso animo esse eum, qui comprehendere nequeat? Quandoquidem ipsas quoque demonstrationes, qualescunq; tandem inueneris, dubias & incertas esse comperies, nihil habentes in se firmitudinis. Plurimæ igitur ex ipsis per alias non minùs dubias ad persuadendum nos certæ esse per vim adigentur. Aliæ autem rebus omnium confessu manifestis obscurissima coniungentes, & ne tantillum quidem cum illis participantia, illorum tamen demonstrationes esse perhibentur: veluti si quis contenderet, ita demonstrari posse Deos esse, quòd in illorum cultum & honorem aræ passim cōstructæ cernerentur. Proinde, ô Hermotime, nescio quónam modo, quemadmodum ij, qui in curriculo currunt, ad ipsius initij carceres, & omniū rerū desperationē deuenimus. HER. *Quàm insigni me afficis iniuria, Luciane, cùm Φ pro thesauro non nisi carbones mihi exhibeas? X Et quemodum verisimile esse videtur, tot anni quos studijs philosophiæ impēdi, mihi*

μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη, καὶ μάματος ὁ πολύς. Λυκ. ἀλλ', ὦ Ερμότιμε, πολὺ ἔλαττον ἀνιάσῃ, ἢν ἐννοήσῃς ὅτι οὐ μόνος ἔξος μὲν εἰς τῶν ἐλπισθέντων ἀγαθῶν, ἀλλὰ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιὰς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. ἢ τίς ἄρα δύναιτο δι' ἐκείνων ἁπάντων χωρῆσαι, ὧς ἔφην; ὅπερ ἀδύνατον καὶ αὐτὸς λέγεις εἶναι. νῦν δ' ὅμοιόν ποι δοκεῖς ποιεῖν, ὥσπερ εἴ τις δακρύοι, καὶ αἰτιῷτο τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι μὴ βύθιος ἱποδὺς εἰς τὴν θάλατταν, ἀπὸ Σικελίας ἐς Κύπρον ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ ἀρθεὶς πτηνὸς αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ελλάδος εἰς Ινδοὺς τελεῖ. τὸ δ' αἴτιον τῆς λύπης, ὅτι ἠλπήκει, οἶμαι, ἢ ὄναρ ποτὲ ἰδὼν τοιοῦτον, ἢ αὐτὸς αὐτῷ ἀναπλάσας, οὐ πρύτεωον ἐξεταί-

mihi planè sine fructu periêre: insuper etiam labor ille & sudor immodicus nequicquam exhaustus est. LVC. Sedenim, ô Hermotime, multò minùs animo perturbato discruciaberis, si cogitaueris te non solùm rerum speratarum desiderio falli & frustrari, verùm omnes, vt habet prouerbium, de asini vmbra digladiantur philosophi. Aut, potéstne: quispiam per hæc omnia, quæ dixi, vagari & discurrere: quod quidem nullo modo fieri posse iam antè ipse confessus es? Nunc autem non absimile quiddam mihi videre facere, quâ si quis profundendo lachrymas fortunam culparet, quòd illi in cœlum non liceret conscendere, aut quòd non perinde vt monstra natantia mare ingressus à Sicilia natanda apud Cyprum emergeret, aut quòd non in sublime sublatus remigio alarum, vno die è Græcia ad Indos vsque extremos peruolaret. Causa autem eius tristitiæ ea est, quòd sperauerit, vt opinor, aut visum aliquando somnium eiusmodi, aut rem à seipso ita sibi confictam, cùm parùm

ἐξετάσας εἰ ἐφικτὰ εὔχεται, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. καὶ δὴ καὶ σὲ, ὦ ἑταῖρε, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ὀνειροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος, ἀπὸ τῶν ὕπνου ἐκθορεῖν ἐποίησεν, εἶτα ὀργίζῃ αὐτῷ, ἔτι μόλις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίγων. καὶ τὸν ὕπνον οὐ ῥᾳδίως ἀπρσειόμενος, ὑφ' ἡδονῆς, ὧν ἑώρας. πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν κενὴν μακαρίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, ἢν μεταξὺ πλουτοῦσιν αὐτοῖς, καὶ θησαυροὺς ἀνορύττουσι, καὶ βασιλεύουσι, καὶ τἄλλα εὐδαιμονοῦσιν· οἷα πολλὰ ἡ θεὸς ἐκείνη ῥᾳδιουργεῖ, ἡ εὐχὴ μεγαλόδωρος οὖσα, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀντιλέγουσα, κἂν πτηνὸς θέλῃ τις γενέσθαι, κἂν κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος, κἂν ὅρη ὅλα χρυσᾶ ἐνείσκειν. ἢν τοίνυν ταῦτα ἐννοῦσιν αὐτοῖς, ὁ παῖς προσελθὼν, ἔρηταί τι

τ

sub initium expenderit, num ea in optatis habuerit, quæ consequi poterat, neque essent præter hominis naturam. Præcipuè verò te, ô amice, multa & admiranda versantem in somnijs, cùm pupugisset ratio, è somno te exilire fecit: deinde in illam commotus excanduisti, vixdum aperiens oculos, somnumque non facilè discutiens præ voluptate eorum, quæ vidisti. Patiuntur idem tecum persæpè, qui inanem quandam voluptatem & euanidam sibi cõfingunt, cùm interea sibi videntur ampliter esse nummati, effodientes thesauros, regnantes & dominantes, breuiter, quantum ad omnia alia attinet, felicem vitam agentes: Y qualia perquàm multa Dea illa sine negotio operatur, nempe votum existens liberale & magnificum, nulli rei quamlibet absurdæ contradicens, adeò vt si quis alatus fieri concupiscat, aut Colossæa mole esse cõspicuus, aut optet montes prorsus aureos inuenire. Quòd si igitur hæc ab illis in animo versantibus puer accedens postularet

ἢ ἀναγκάσω, οἷον, ὅθεν ἄρτος ὠνητέον, ἢ ὅ, τι ἢ, φατέον πρὸς τὸν ἀπαιτοῦντα τὸ οἰκεῖον, ἐκ τοῦ πρεμνύσας, ὅτως ἀγανακτήσει, ὡς ὑπὸ τῆς ῥομένης μὴ παρῳχλήσαν τ' ἀφαιρεθῆτον ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ γαθὰ ἐκ μὴ ὀλίγα δίκαια πλὴν ἵνα τὰ παιδία ἁρπάσω, ἀλλὰ σὺ, ὦ Φιλότης, μὴ πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμὲ, ἢ σε θησαυρὸς ἀνορύξαντα, καὶ πτόμενον, καί τινας ἐννοίας ὑπερφυεῖς ἐννοοῦντα, καί τινας ἐλπίδας ἀνθρώπους ἐλπίζοντα, οἷα λ' ὦν, οὐ πρεπῆ λον δῆ παντὸς τοῦ βίου, ὀνέρῳ ἐοικότα μὴ ἴσως, ἀτὰρ ὀνείρῳ γε σωνόντα, δηνασάντα δι. ἀξιῶ πράξειν τι τῶν ἀναγκαίων, μὴ ὅ σε παραπέμψει ἐς τὸ λοιπὸν τ βίᾳ τὰ λοιπὰ ταῦτα φρονοῦντα. ἀπὰ, ὅ γε νῦν ἔπρατ-

laret aliquid rerum neceſſariarum, videlicet vnde panis eſſe coëmendus, aut quidnam reſponſi dandum ſit pro locatis ædibus penſionem flagitanti, qui multo iam tempore expectaſſet, adeò inflammantur iracundia, ac ſi ab interrogante & odioſè interturbante omnibus illis bonis vel cum puluiſculo ſint exuti atq; diſpoliati, ac propemodum pueri interpellantis naſum ſolent mordicùs abripere. Veruntamen, ô amice, ne hûc ad modum velis quoque erga me animatus eſſe, ſi te theſauros effodientem, & volentem, cogitationesq; quaſpiam naturæ noſtræ non conſentaneas animo concipientem, eaſq; ſperantem, quæ nullo modo te conſequi poſſe video, amicus tibi exiſtens, non patiar, aut permittam per omnem vitam nequicquam ſomnio iucundo fortaſſe illo & dulci, & ſomnio tamen congredientem oblectari, cùm vehementer cupiam te regreſſum ad ſanitatem agere quiddam, quod magis ex vſu tuo eſſet, cúmque te emittere cogitem, vt reliquum ætatis quod ſupereſt, ad communes cum alijs vitæ actiones ſapientius inſtitutum componeres. Nam quod hactenus feciſti, & nunc

ἔπραττες, ἢ ἐπῳδὰς, ἢ δι' ἐν τῶν Ἱππουκενταύρων ἢ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων διαφέρει, ἢ ὅσα ἄλλα, ὄνειροι, καὶ ποιηταὶ, καὶ γραφεῖς, ἐπαύθηροι ὄντων ἀναπλάττουσιν, ἅττα γυμνὰ πάσχει, ἅττα γυναῖκα παθεῖν, ἅττα γυναῖκα ἀνδρὶ, καίτοι ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς, καὶ ἡνίκα θεωνται ὁρῶντες, ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι. καὶ σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας, ὡς ἔστι τις γυνὴ ὑπὲρ φύσιν τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτὰς, ἢ τῷ ὄντι ὀρανίαν εἶναι, μὴ πρόσθεν ἐξετάσας, εἰ ἀληθῆ λέγει, μηδὲ ἔστι ποτὲ γῆς ἐπ' ἄνθρωπον ἄνθη, ὥρας ἀνθοῦς, ὥσπερ φασὶ τὴν Μήδειαν ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι τοῦ Ἰάσονος. ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸ ἔρωτα ἐπηγάγετο, καὶ τοὺς ἄλλους δὴ, ὁπόσοι τοῦ αὐτοῦ σοι ἐδόλωσαν

facis, atque etiam tecum versas in animo, nullo discrimine ὧν à fabulosa Hippocentaurorum & Chimærarum Gorgonumque narratione discerni potest. Præterea quæcunque alia cùm à somnijs offeruntur, tum à Poëtis & Pictoribus confinguntur, quæ neque fuerint vnquam, neque pòst vnquam fieri possunt: quibus tamen promiscua vulgi multitudo credit, & non mediocri voluptate ista videndo, aut audiendo afficitur, quia peregrina sunt, & auditu admiranda, nec passim obuia. Et tu fabulatore quopiam audito confirmante mulierem quandam esse supra modum formosam, quippe quæ ipsas Gratias pulchritudine superet, quæque planè cœlesti quadam forma prædita sit, non priùs ad animum tuum expendens num vera diceret, & num vspiam gentium esse putanda sit eiusmodi tam amabilis formæ mulier, statim eandem miserè deperires, quemadmodum perhibent [aa] Medeam ex solo somnio exarsisse in amorem Iasonis. [bb] Hoc autem quod maximè ad amorem te illexit, aliósque quotquot eius simulachri desiderio

λου ἐρῶσι, τοῦτο ἦν, ὥς γε μοι εἰκάζοντι φαίνεται, τὸ τὸν λέγοντα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικὸς, ἐπείπερ ἐπιστεύθη τὸ πρῶτον, ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα ἐπάγειν. εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἶλκεν ἡμᾶς τῆς ῥινὸς, ἐπείπερ ἅπαξ τὴν πρώτην λαβὴν ἐνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἦγεν ἐπὶ τὴν ἀγαπωμένην, δι' ἧς ἔλεγεν εὐθείας ὁδοῦ. ῥᾴδια γὰρ οἶμαι μετὰ ταῦτα, καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἔτι ἐπιστρεφόμενος εἰς τὴν εἴσοδον, ἐξήταζεν εἰ ἀληθής ἐστι, καὶ εἰ μὴ ἔλαθε καθ' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθὼν, ἀλλ' ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον, δεῦρο ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς σκέψασθαι εἴπερ εἰσιτητέον. ὃ δέ φημι, σαφέστερον ἂν μάθοις, ἢν

desiderio inflammati sunt, illud erat, veluti mihi coniecturam facienti res apparet, quòd is qui de muliere memorabat, posteaquam statim initio narrationis creditus est vera dixisse, priori orationi non aliena aut dissimilia induxisse videretur. In hoc enim solùm attenti estis, & per hoc nare vos trahit, posteaquam semel illi sub initium ansam suppeditastis, vosque ad dilectam perduxit, per eam quam prædicebat rectam viam. Nulla enim difficultate conficiuntur & reliqua, vt ego quidem opinor, neque quisquam ex vobis iuxta ingressum conuersus equirebat num verus sit, & an obliuione seu errore ductus eam viam ingressus esset, quam deuitare oportebat. Verùm ille eorum qui præcesserunt sequendo insistit vestigijs, veluti oues præcedentem pastorem aut arietem consequuntur, cùm æquum fuerat statim in ingressu perpendere nunquid in eam viam diuertendum fuerat. Illud aũt quod dicturus sum, manifestiùs fortasse & faciliùs intelliges,

ἐῶ τι τοιοῦτον ὅμοιον προσδεδοκηκὼς ἔσεσθαι ὑπολήψῃ αὐτῷ. λέγουσι γάρ τινες τῶν μυθολόγων τούτων ποιητῶν, ὡς γένοιτό ποτε τρικέφαλός τις, καὶ ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἆρα τὸ πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως ἐπιστεύσας, μὴ ἐξετάσας ἀδύνατον, ἀλλὰ πισεύσας, οὐθὲν ἀκολούθως ἂν ὑπάρχοι καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς ἕξειν ἔξ, καὶ ὦτα ἕξ, καὶ φωνὰς πᾶσι ἅμα ἠφίει, καὶ ἤδιε διὰ τριῶν στομάτων, καὶ λαχάνους τριάκοντα ἔσχεν, οὐχ ὥσπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις χερσὶ καὶ ἀριστερὰν δέοι, ἀπρᾶς μὲν χεῖρος, ἑκάστῃ πέντε ἢ γέρρον ἢ ἀσπίδα ἔχων, ἀπρᾶς δὲ, ἢ μὲν πέλεκυν διαφέρων, ἢ δὲ λόγχην ἠφίει, ἢ δὲ τῷ ξίφει ἐχρῆτο. καὶ τίς ἔστι ἂν ἀπιστήσαι ταῦτα λέγοντι

si tale quiddam non abſimile priori perſpexeris. cc *Quòd ſi enim quiſpiam ex poëtis Herculea audacia nihil non affirmare audentibus, diceret olim fuiſſe tricipitem quendam, & ſenis manibus inſtructum hominem: iam ſi ſtatim initiò iſta non grauatim credenda ſuſceperis, neque habita ratione diſcuſſeris, num fidei conſentanea dixerit, ſed nihil cunctatus conſtanter credis ita ſe habere: pari ratione & reliqua inferet, videlicet quòd etiam ſenos habuerit oculos, neque non ſenas auriculas, præterea quòd tres voces ſemel pariter emiſerit, quodque per tria ora cibum ſumpſerit, quòd triginta digitos habuerit, non quemadmodum quiſque noſtrûm, decem in vtriſque manibus. Tum quoties illi belligerandum erat, tres manus tenebat: vnaquæque aut peltam, aut parmam Perſicam, aut clypeum: tres autem aliæ, illa quidem ſecurim ancipitem ferebat, altera haſtam vibrabat, tertia gladio vtens depugnabat. Et quinam hæc illi affirmanti fidem habere dedignabitur?*

τι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺ σκόπειν εἴπερ δεκτέα, καὶ οὐ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν.. ἢν δ' ἅπαξ ἐκεῖνα δῷς, ἐπιῤῥεῖ τὰ λοιπὰ, καὶ οὔ ποτε στήσεται, καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ῥᾴδιον, ἐπείπερ ἀκόλουθα καὶ ὅμοιά ἐστι τῇ συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε. ὑπὸ γὰρ δὴ ἔρωτος καὶ προθυμίας, οὐκ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστην, ὅπως ἡμῖν ἔχει, προχωρεῖτε. ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες, εἴ πη γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῷ, καὶ ψεῦδος ὄν· οἷον εἴ τις λέγει τὰ δίς πέντε, ἑπτὰ εἶναι, καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ, μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ, ὅτι καὶ τετράκις πέντε, τεσσαρεσκαίδεκα πάντως ἐστὶ, καὶ μέχρις ἂν ὅτε ἐθελήσῃ, οἷα

bitur? valde enim hæc omnia principio sunt similia & consentanea, de quo statim sub initium considerandum fuerat, num ista omnia citra cōtradictionem suscipienda & concedenda erant, ita se constanter & pro certo habere. Porrò autem si semel illa concesseris, etiam cætera consequuntur. Nec iam facile est illis fidem denegare, posteaquam ista à principio priùs concesso nō discrepant, sed planè cum illo conueniant, cuiusmodi & vos partimini. Siquidem præ magnitudine amoris & alacritatis, non expēdentes ea quæ circa quēq; ingressum vobis obijciuntur, quo pacto cuncta se habent, subinde porrò progredimini, rerum consequentiæ ductu protracti, parùm aut nunquam in deliberationem sumentes, num quod priori videtur consentaneum, etiam falsum esse possit, velut si quis diceret bis quinque septem esse: & tu illi fide habita persuasus, apud te non numerares, hauddubiè consimili quoque ratione inferet, ter quinque esse quatuordecim, quod quidem faciet quousque libuerit, aut sibi visum fuerit:

qualia

οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ. κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα, καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα, οὐδὲ συστῆναι δηνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀξιοῖ εἰ ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη. κατὰ ταῦτα τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, πιστεύετε τοῖς ἑξῆς, καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι, ψευδῆ οὖσαν. εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι πρὶν ἰδεῖν τἀληθὲς, καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων· οἱ δὲ κἂν αἴσθωνται ἐξηπατημένοι, ὀψέ ποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ὀκνοῦσιν

qualia permulta admiranda illud dd *Geometria factitare consueuit. Etenim illa ab his qui primùm eam artem exprdiuntur, cùm postulata quæpiam exotica & absurda efflagitet, eaque ipsa sibi concedi contendat, nullo modo subsistere equeuntia signa, nonnulla indiuisibilia, literulasq; quaspiam informes, vliaq; eius generis consimilia, eiusmodi fundamentis putridis substruit, volens ad demonstrationem faciendam vera adducere, tametsi à falsis facto initio artem exordiatur. Non secus vos quoque vnamquamque sectam exorsi, cæteris quibusque deinceps sequentibus fidem habetis, veritatis certam cognitionem illorum consequentiam, licet falsam, esse existimantes. Interea partim quidem vestrûm spebus nequicquam amplis & magnificis animo conceptis immoriuntur antè aliquanto quàm veritatem conspexerint, eosque à quibus illis turpiter impositum est, nouerint: partim verò tametsi sagaciter subodorati fuerint se miseris modis deceptos esse, serò tamen cùm iam penè senio sint confecti,*

piget

ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι, εἰ δεήσει τιλικούτους αὐτοὺς ὄντας ἐξομολογήσασθαι ὅτι πράγματα παίδων ἔχοντες, οὐ συνίσαν, ὥς τε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ὑπ' αἰσχύνης, καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα. καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀλλ' ἔχωσι παραμυθίαν, τὸ καὶ πολοὺς καὶ ἄλλους τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ὁρῶσιν, ὅτι ἦν τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκ ἔτι σεμνοὶ, ὥσπερ νῦν, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν, οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. οὐκ ἂν οὖν ἑκόντες εἴποιεν, εἰ δότες ἄφ' οἵων ἐκπεσόντες, ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις, ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν ὅτι ἐξηπάτηνται, καὶ

piget illos ab incœpto regredi, verentes ne tanti natu cùm sint, confiteri cogantur se puerilibus negocijs hactenus fuisse occupatos. Proinde pudore obstante in studijs semel cœptis perseuerant, ea immodicè collaudantes & commendantes. Et quoscunque persuadere possunt, ad ea pertrahunt, vt non ipsi soli decepti viuant, sed consolationem habeant ex his qui eadem fraude illecti, communibus cum illis malis conflictantur. Etenim & illud acutè perspexerunt, quòd si veritatem semel ingenuè faterentur, fore vt non ampliùs venerandi haberētur, quemadmodum in præsentia, neque supra plebeiam sortem in illo precio æstimarentur: sed ne tantillum quidem, vt prius, vllo honore habito honestè consultarentur. Quare haudquaquam libenter ista fatendo commemorant, cùm non sunt nescij à quibus rebus sibi excidendum foret, & æquali cum alijs omnibus honore & sorte fruendum. Vix enim fieri potest, vt in perquàm paucos illorum incidas, qui magnitudine animi præditi, se deceptos esse confirmare audeant, alios q

καὶ τοὺς ἄλλους ἀπτρέπειν, τῶν ὁμοίων πειρομένους. εἰ δ' οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις φιλαλήθη τε καλεῖ τὸν τοιοῦτον, καὶ χρηστὸν καὶ δίκαιον, καὶ εἰ βούλει, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ μόνῳ τοῦ ὀνόματος. οἱ δ' ἄλλοι, ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν, οἰόμενοι εἰδέναι, ἢ ἰδόντες, ἀπρεπρύπτονται ὑπὸ δειλίας, καὶ αἰσχύνης, καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι. καί τοι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, ἅπαντα μὲν, ἃ ἔφην, ἐάσωμεν, αὐτοῦ καταβαλόντες, καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν, ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων. ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τῶν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδ' ἡντιναοῦν, ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη, καὶ δυνατή ἐστιν, ἢ μάτην κάμνουσιν, ὁπόσοι

alios q; ab inauspicato instituto auertere, atque dehortari similia tentare quæ statuissent. Quòd si in eiusmodi virum vnquam incideris, illum sanè veritatis amantem, & virum bonum, & iustum, atq; etiam, si vis, philosophum compellato. Hunc enim solum huius nominis compellatione dignũ existimauerim: cæteri verò aut nihil de vero compertum habent, vtcunque sibi eius gnari & periti esse videantur: aut si aliquid explorati habuerint, illud tamen præ paruitate animi, & pudore, & desiderio, quo præ alijs in præclara hominum opinione & precijs haberi concupiscunt, occultant sedulò. Et sanè per Mineruam quæcunq; hactenus à me disputata sunt, missa faciamus hoc ipso loco abiecta, & sit sempiterna quædam omnium illorum obliuio: qualem fuisse perhibent earum rerum quæ sub Euclide duce Athenis peractæ sunt. ee Cæterùm ponamus philosophiam Stoicam præ omnibus alijs veram & rectã esse, dispiciamusq; num illam vllo modo queant consequi, aut num hi frustra lassitudine afficiantur malè locata opera, quicunq;

ὁπόσοι ἐφίεγται αὐτῆς. τὰς μὲν γὰρ ἐποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον ἐλθόντες. μόνους γὰρ τούτους πάντα συλλαβόντας ἕξειν τὰ τῶν ὄντι ἀγαθά. τὸ μετὰ ταῦτα δὲ σὺ ἄμεινον εἰδείης, εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῶ τοιούτῳ, καὶ Στωϊκῶν τῶν ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' ἐφ' ἡδονῆς κατασπᾶσθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι, καὶ πλούτου καταφρονοῦντι, καὶ σωόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι, καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου. ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον εὐδέων ἀτελής· κἂν πάντα πλείω ἔχῃ, εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων.

Ερμότ.

quicunque eius consequendæ desiderio capti sunt. Etenim promissiones magnificas, & illas quidem admirandas audio, videlicet per omnia felices & beatos fore, quicunque ad summum philosophiæ fastigium vnquam conscenderint. Solos enim illos omnibus bonis hauddubiè semel potituros perhibent: Sedenim quod deinceps dicturus sum, tu me longè exactiùs scire potes, num vnquam cum eiusmodi Stoico tibi cõmercium fuerit, atque inter Stoicos summo illo, nimirum quem nullus affectus animi vlla tristitiæ nebula perturbaret, quem nullæ voluptatum illecebræ commouerent, qui non inflammatus iracundia aliquando in furorem erumperet, qui inuidiæ contagio non esset infectus, qui diuitiarum amore desiderio non tangeretur, sed illas pro nihilo duceret: breuiter, qui per omnia felix esset: quam regulam & amussim certissimam esse oportet vitæ planè virtuosæ. Etenim in quo vel nimium quiddam desideratur, ille etiamdum imperfectus habendus est, tametsi cæteris omnibus abundet: hoc tamen cùm consecutus non sit, nondum exoptatæ & tantopere quæsitæ felicitatis particeps dicendus est.

HER.

Ερμότ. οὐδένα τοιοῦτον εἶδον. Λυ. εὖγε, ὦ Ερμότιμε, ὅτι οὐ ψεύδῃ ἔκων. εἰς τίγοῦν ἀπρβλέπων, φιλοσοφεῖς, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν, μήτε τὸν ἐκείνου, μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ, μηδ' ἂν εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς, μηδένα αὐτὸν σοφὸν ἀκριβῶς, καὶ διὰ τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, ὡς ἀπόχρη, κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος, ὁμοίως γὰρ ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐσμὲν, καὶ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, ὅ, τε παρὰ τὴν θύραν ἔξω ἐστὼς, καὶ ὁ πόῤῥω· διαλλάττοιεν δ' ἂν, ὅτι μᾶλλον οὗτος ἀνιάσεται, ὁρῶν ἐγγύθεν οἵων ἐστέχηται. εἶτα, ἵνα πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας (δώσω γὰρ τοῦτο σοι) τοσαῦτα πονεῖς κατατρύχον σεαυτὸν, καὶ

HERMOT. *Nullum quidem tale vnquam me vidisse mihi sum conscius.* LVCIA. *Euge, Hermotime, quandoquidem lubens mendacium non dixeris. ad quem ergo finem intentus, philosophiæ perdiscendæ impendis operam, cùm neq; præceptorem tuum, neq; illius, neque vllum alium ex prioribus, neq; si ad decem retrò secula descenderis, quēquam Stoicorum perfectè sapientem videas, & per hoc quoque fuisse felicem? Neque enim, vt opinor, hoc à te rectè dicetur, sufficere si quis saltem felicitati proximus fuerit, posteaquam nihil inde fructus & vtilitatis capi possit.* [ff] *Nihilo secus enim extra viam sub dio diuersatur is qui iuxta ostium foris stat exclusus, quàm qui eminus adhuc labore itineris conficitur: nisi quòd verisimile est illum non mediocri perturbatione discruciari, videntem in propinquo ea quibus priuatus est. Deinde vt quamproximè etiam felicitatem accedas (illud enim tibi concedam) tanta laborando perfers, temetipsum miseris modis absumens & conficiens,*

atq;

καὶ παραδραμεῖται σὸ βίος ὁ τοσοῦτος, ἐν ἀκηδίᾳ καὶ ἀμαθίᾳ καὶ ἀγρυπνίαις, κάτω νεανικότα, καὶ ἐσαῦθις πονήσας, ὡς φῂς, ἅμα ἔκοσιν ἔτη τὰ λάχιστον, ἵν' ὀλιγοπονησούτης γένῃ. εἴ τις ἐγγυᾶται σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, ὅμως κἂς ἐν τοῖς μηδέπω τὰ δαιμονοῦσιν, ἃ μὴ μόνος οἴει ταλήθεσθαι τοῦτον, καὶ ἐρήσεαι δίωκων, ὁ πρόσου μάλα πολλοί, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ ὠκύτεροι παραπολὺ διώκοντος, οὐ κατέλαβον. ἀπὸ καὶ κατάλαυε, ἃ δοκεῖ, καὶ ἔχε ὅλον συμβαίνῃ τὸ μὲν πρῶτον οὐχ ὁρᾷς, τί ποτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, ὡς ἀνάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων. ἔπειτα εἰς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀρκέσεις αὐτῷ, γέρων

atque ita tantum ætatis per socordiam & supremam negligentiam tibi elapsum est, immenso labore & vigiliis multis attenuato, & obstipo capite in terram defixo. Quinetiam deintegrò, vt ais, alios viginti annos, ad minimum laboribus emetipsum exercebis, vt euadas octogenarius. Quis autem obstricta fide sponsor tibi factus est, te certò tot annos victurum? Nihilominus tum eorum in numero habeberis, qui felicitatis nondum sunt compotes: nisi tu solus putes illud te constanter consecuturum, & insectando capturum, quod ante te non parùm multi, & boni, multóq; velocitate præstantiores omnibus viribus consectantes comprehendere non potuerunt. 88 Sed esto, si videtur, te comprehendisse, iamque votis tuis optata omnino contigisse: tamen omnium primùm bonum illud, cuiusmodinam sit, non possum perspicere, num tantis laboribus pro illo consequendo impensis & exhaustis dignum & conueniens æstimari debeat. Deinde non video quàm illo per reliquam ætatem iucundè & dulciter frui possis, tan-

ρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασίν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων· εἰ μή τι ἐς ἄλλον, ὦ γενναῖε, βίον προγυμνάζεις σεαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν, ἄμεινον διαγάγοις, εἰ δὼς ὅν τινα τρόπον χρὴ βιοῦν, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐς τοσοῦτον σκευάζοι τε, καὶ ἐντρεπίζοι, ὡς διεπνήσων ἄμεινον ἄχρις ἂν λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς. ἀλλὰ μὲν οὐδ' ἐκεῖνό πω κατανενόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἔργοις δήπου ἐστὶν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ σοφὰ καὶ ἀνδρεῖα. ὑμεῖς δὲ (τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημὶ) ἀφεντες ταῦτα ζητεῖν, καὶ ποιεῖν, ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε, καὶ συλλογισμὸς,

tus natu cùm sis, quippe iam incuruatus senio, & ad omnem voluptatem capiendam parùm aptus & accommodus, iam capulo vicinus, & alterum pedem (quod aiunt) loculo insertum habens: nisi fortasse, ô generose Hermotime, ad aliam vitam varijs laboribus temetipsum exerceas, vt in illam iam delatus viuas molliùs & suauiùs, certior iam factus quemadmodum vita in posterum instituenda sit. hh Quod mihi perinde videtur factum, atque si quis deambulatiuncula & exercitijs quibuspiam se præpararet atque instrueret, quò maiore cum voluptate cœnaret, donec nescius præfame necaretur. Cæterùm nec hoc vnquam mihi animaduertisse vidêre, vt opinor, solidam virtutem in actione consistere, videlicet in rectè & sapienter factis, & ijs quæ fiunt magno animo. ii Vos autem, summi nempe philosophi, quos per vos quoties dixero innuere soleo, posteaquam in his inuestigandis & faciendis parùm estis occupati, voculas, quaspiam miseras consectantes meditamini, connectentes syllogismos

λογισμοὺς, καὶ ἀπορίας, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε, καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ. ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τουτονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας ἐς ἀπορίαν καθίστησι, καὶ οἶδεν, ὡς χρὴ ἐρέσθαι καὶ σοφίσασθαι καὶ πανουργῆσαι, καὶ ἐς ἄφικτα ἐμβαλεῖν. καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες (οὗτος δὲ ἦν περὶ τὰ ἔργα) περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε, τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις, ἢ γὰρ ἄλλα ἐστὶν, ἃ πράττετε, ὦ Ερμότιμε, πάντες ἔωθεν ἐς ἑσπέραν; Ερμότ. οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα. Λυ. ἢ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη, τὴν

logismos & perplexitates, atque in his maiorem vitæ partem sine fructu conteritis. At quicunque in connectendis promptior fuerit & dexterior, huic victoriæ palmam vnanimi consensu defertis. Quo nomine, vt ego quidem opinor, etiam præceptor tuus tantopere vobis est in admiratione & existimatione multa, vir quidem ætatis decrepitæ, quia suos asseclas vnà secum sermonem sociantes, perplexis & captiosis quæstiunculis probè calleat inuoluere, tenens quid quærendum, & quo quisque pacto[kk] sophisticis nugis sit circumducendus, optimus nimirum dolosè & callidè agendi, inque non euitabiles laqueos conijciendi magister exercitatissimus. Hoc planè nihil aliud esse confirmare ausim, quàm neglecto fructu circa corticem occupatos esse, adeò vt tantùm folia in disputationibus vestris vicissim decutere videamini. Aut fortasse alia quæpiam sunt, Hermotime, quæ vos à summo mane ad vesperam vsque facere credendum est? HER. Non profectò, sed ea ipsa sunt quæ factitare solemus. LVC. [ll] An' non igitur rectè quis dixerit,

τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἐάσαντας τὸ σῶμα, ἢ τοῦ ὄφεως τὸ σύφαρ, ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ; μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐκ χέας, ὑπέρῳ σιδηρῷ πλήττοι, πράττων ἀναγκαῖόν τι καὶ προὔργου οἰόμενος, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἂν ἀχρβάλῃ, φασὶ τοὺς ὤμους πλήττων, ὕδωρ ὅμοίως τὸ ὕδωρ μένει. Καί μοι δὸς ἐνταῦθα ἤδη ἔρεσθαί σε· εἰ ἐθέλοις ἂν ἔξω τῶν λόγων τὰ ἄλλα ἐοικέναι τῷ διδασκάλῳ, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὢν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. Ερμ. τίσιγε; Λυκῖν. ὦ Ερμότιμε, θέλεις διηγήσομαι, ἃ πρώην ἤκουσα ὑπὲρ φιλοσοφίας τινὸς λέγοντος, ἀνδρὸς πάνυ γεγηράκοτος, ᾧ πάμπολλοι τῶν νέων ἐπὶ σοφίᾳ πλησιάζουσιν; ἀπαιτῶν γὰρ

uos relicto corpore solam vmbram venari? aut neglecto viui serpentis tractu, saltem exuuium consectari? Aut potius huic persimiles in agendo, qui infusam in mortarium aquam ferreo pistillo magno conatu tunderet, rem quampiam summopere conducibilem se facere existimans, ignarus tamen, etiam si humeros, vt aiunt, verberando decutiat, tamen aquam quamlibet contusam, manere aquam? Permitte verò vt ego te deinceps liberè interrogem. dic mihi, num in votis habeas excepta eruditione in cæteris omnibus, per omnia præceptori tuo esse similis: nempe vt ita sit ad iracundiam propensus, ita morosus, ita sordidus, ita contentiosus, deniq; in tantũ voluptatibus deditus, tametsi per Iouem tua paucis esse videatur? HERM. Quibus tandem? LVC.mm Si placuerit, Hermotime, ea tibi commemorabo, quæ virum quempiam multa canicie infectum, super philosophia disserentem audiui, ad quem permulti iuuenes sapientiæ comparandæ gratia certatim cõmigrant. Cùm enim à quodã ex discipulis mercedem

γὰρ παρά τινος τῶν μαθη-
τῶν τὸν μισθὸν, ἢ γανάκτει,
λέγων ὑπερήμερον εἶναι, καὶ
ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήμα-
τος, ἵν' ἔδει πὸ ἑκκαίδε-
κα ἡμερῶν ἐκτετικέναι τῇ ἔ-
νῃ καὶ νέᾳ· οὕτω γὰρ συνθέ-
σθαι· καὶ ἐπεὶ τοῦτα ἠγανά-
κτει. παρεστὼς ὁ θεῖος τοῦ
νεανίσκου, ἄγροικος ἄνθρω-
πος, καὶ ἰδιώτης, ὡς πὸς τὰ
ἡμέτερα, πέπαυσο, εἶπεν, ὦ
θαυμάσιε, τὰ μέγιστ' ἠδικοῦ-
σθαι λέγων, εἰ ῥημάτια πα-
ρὰ σοῦ περιάμενοι, μηδέπω
ἐκτετίκαμεν διάφορον. καί
τοι, ἃ μὲν ἡμῖν πέπρακας,
ἔτι ἔχεις καὶ αὐτὸς, καὶ οὐ-
δὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν
μαθημάτων τὰ δ' ἄλλα, ὧν
ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμῶν, συνέστη-
σά σοι τὸν νεανίσκον, ὁ δ'
οὐδὲν ἀμείνων γεγένηται διὰ
σέ· ὃς τοὐμοῦ γείτονος Εχεκρά-
τους τὴν θυγατέρα συναρπά-
σας, παρθένον οὖσαν διέφθει-
ρε. καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγον βι-
αίων,

mercedem exigeret, vehementer incanduit, affirmans vltra præscriptum tempus solutionem debiti sibi prorogari, quod ante decimumsextum diem dissoluendum fuerat. Ita enim pactum esse. & ob hoc quidem indignabatur. Cùm autem fortè fortuna adstaret ibidem eius iuuenis auunculus, homo rusticus, & nostrarum rerum minimè peritus: Desine, inquit, vir admirande, te magna iniuria affectum esse contestari, si voculas à te commercantes nescio quas, mercedem tibi nondum reddiderimus. Ea enim quæ nobis fecisti, etiam dum ipse integra habes & possides, neque quicquam tibi imminutum est ex disciplinis tuis: in cæteris autem quibus sub initium adolescentem tibi offerens, eundem desiderabam imbui, nihilo melior tua opera factus est, quippe qui mei vicini Echecratidis filiæ raptæ per vim vitium intulit: & sanè pœnam dedisset damnatus iudicio, ni-

ἄωρ, ἐμὴ ἐγὼ τοῦ πλησίον πενήτος τὸ τάλαντον ἀπαιτήσω τὸ πληγιμαῖον παρὰ τῆς μητρὸς τοῦ Εὐθυκράτους. τῷ μητρὶ οὖν ταύτῃ ἐπιτρέψω, ὅτι αὐτοῦ ἐπλάβετο ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζουσι τὸν πάθον, ὡς ἔχῃ συμβολὰς οἴμοι, καταθῆναι. τὰ μὲν γὰρ ἐς ὀργὴν καὶ θυμὸν, καὶ ἀναισχυντίαν καὶ ἐς τόλμαν, καὶ ψεῦδος μακρῷ τινι ἄμεινον ἔχει πάρα σιν, ἢ νῦν. καί τοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν ἐς ταῦτα ὠφελῆσθαι ὑπὸ σοῦ μᾶλλον, ἢπερ ἐκεῖνα εὐδόκιμα, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲν ἀλλοίνους, ἐπὶ τὸ λῷπον διεξέρχεται, ὡς προκόδηλον ἅπασι παιδίον, καὶ ὑπίσχηται ἀφελώσειν αὐτὸ, ἂν ἀφικέηται ὁ πατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἢ ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἡμέρας οὔσης, μὴ νύκτα εἶναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γνναῖος ἀναφύει, οὐκ

si ego à vicino paupere talento mulctam redemissem. Porrò autem ipsi matri nuper incussit alapas, quòd ipsum in manifesto furto deprehendisset, sub sinu cadum efferentem, vt haberet, nisi fallor, vnde cum sodalibus bibens deponeret symbolum. Etenim quantum ad iracundiam & furorem, & impudentiam, & audaciam, & proloquenda mendacia, aliáque vitia attinet, superioribus quidem annis longè melius sese habebat, quàm nunc, cùm his ipsis sit omnium contaminatissimus. Atqui planè mihi persuaseram in hisce vitandis & dediscendis illum præcipuè à te adiutum & formatum iri, magis quidem, quàm quòd illa perdisceret, quæ quotidie ille ad nos, quibus illa audire supervacaneum est, in mensa consueuit disserere, quemadmodum crocodilus rapuisset puerum, patríq; pollicitus esset se redditurum, si respondisset nescio quid. Aut quòd cùm dies sit, necesse esset noctem non esse. Nonnunquã & cornua nobis affingere solet generosus ille, ne-

οὐκ οἶδ' ὅπως περιπλέκων τὴν λόγον. ἡμεῖς δὲ γελῶμεν ἐπὶ τούτοις, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, μελετᾷ πᾶς αὐτὸν ἕξεις τινὰς, καὶ σχέσεις καὶ καταλήψεις καὶ φαντασίας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιών. ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκεν, οἷον ξύλων καὶ λίθων, καὶ ζώων, ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα λῃρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, ἀλλ' ἦν τὸν λῆρον τοῦτο, ἔφη, ἐκμάθω ἀκριβῶς. οὐδὲν κωλύσει με μόνον πλούσιον, μόνον βασιλέα εἶναι· τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι, ὡς πᾶς ἐμὲ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς εἰπόντος, ὁ φιλόσοφος, ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ερμότιμε, ὡς προσβυτικήν. ἔφη γὰρ, ἀλλ'

le, nescio quo pacto sermonem connectens. Nos autem his auditis ridere solemus, maximè verò quando obstructis auribus sedula agitatione secum meditatur, habitus & dispositiones quaspiam: præterea catalepses & imaginationes, multa denique id genus nomina percurrendo. Quinetiam non rarò ipsum dicentem audiuimus, Deum in cœlo non esse, sed per omnia certatim penetrare, nimirum per ligna, per lapides, per animantia, vsque ad ea quæ sunt omniũ despectissima. Cæterùm matrem illum interrogantem, cur ad hunc modum delirans ista secum nugaretur, subsannare solet. Sed si eas nugas, inquit, exactè perdidicero, nihil video obstare mihi quò minus solus diues, solus rex sim, cæteri verò mihi collati, mancipia & hominum purgamenta existimandi sint. Hæc cùm dixisset vir ille, vide, mi Hermotime, cuiusmodi responsum ille dederit philosophus, quàm verò maturũ & senile. Atqui nisi

ἀλλ' εἴγε μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὗτος, οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι, ἢ καὶ νὴ Δία ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι; ὡς νῦν γε χαλινόν τινα ἐν βέβληκεν αὐτῷ ἡ φιλοσοφία, καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς, καὶ διὰ τοῦτο μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν, καὶ φορητὸς ἔτι· φέρει γάρ τινα αἰσχύνην αὐτῷ, εἰ ἀνάξιος φαίνοιτο τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος, ἃ δὴ παρα καλουθοῦντα παιδαγωγεῖ αὐτόν. ὥστε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ, ὧν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν, αἰδούμενος φιλοσοφίαν, ἐπεὶ καὶ αἰτίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐκ διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδὲ πωμαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν, ἐκεῖ μένοντες. ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀπεπλῆσαί μοι δοκῶ.

me ille, inquit, accessisset, nónne putas quòd longè peiora flagitia admisisset, aut per Iouem etiam traditus fuisset torquendus carnifici? Nunc autem frenum quoddam illi iniecit philosophia iuxtà ac verecundia, & ob hoc ipsum modestior vobis nostra opera factus est, & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim pudorem illi incutit, quòd indignus habitu & nomine philosophiæ appareat. Cæterûm quæ à nobis abstulit, ea illum in disciplina continent: ita vt iustus esse videar, si mercedem à vobis accepero, etsi illum haud multò meliorem reddiderim. nam in his quæ nondum admisit, philosophiam reueritus est, posteaquam nutrices quoque talia de pueris dictitare soleant, nempe præceptoris ædes illis adeundas esse. Siquidem nusquam alibi locorum pueris relicta est copia bonum quiddam perdiscendi: sed neq; mali quippiam vnquam in se admittunt, quamdiu sub præceptorum custodia militauerint. Ego quidē oēs officij mei partes in excolendo iuuene mihi implesse videor.

δοκῷ. καὶ ὅν τινα ἂν ἐθέλῃς τῶν εἰδότων τὰ ἡμέτερα, ἧκε μοι ἐς αὔριον παραλαβὼν, ὄψει τε ὅπως ἐρωτᾷ, καὶ πῶς ἀπκείνεται, καὶ ὅσα μεμάθηκε, καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία, περὶ ἀξιωμάτων περὶ συλλογισμῶν, περὶ καταλήψεως, περὶ καθηκόντων, καὶ ἄλλα ποικίλα. εἰ δὲ ἢ τὴν μητέρα ἔτυπτεν, ἢ παρθένους συνήρπαζε, τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; οὐ γὰρ παιδαγωγόν με ἐπεστήσατε αὐτῶν. τοιαῦτα γέρων ἄνθρωπος ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔλεγε. σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, ὦ Ερμότιμε, ἱκανὸν εἶναι, ὡς δὰ τῶτο φιλοσοφοίημεν, ὡς μηδὲν, τῶν φαυλοτέρων πράττοιμεν; ἢ ἐπ' ἄλλαις ἐλπίσιν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφεῖν ἠξιοῦμεν, οὐχ ὡς τῶν ἰδιωτῶν κοσμιάτεροι εἴημεν πεινοστοῦντες; τί οὖν οὐκ ἀπεκείνῃ καὶ τοῦτο; Ερμ. τί δὲ ἄλλο, ἢ ὅτι

videor. *Iam quicunque tibi placuerit nostrarum rerum non imperitus, illo tecum assumpto cras me accedas, & videbis quàm promptè & expeditè interroget alios, quâmque ingeniosè & argutè ad quæsita respondeat: tum quantam eruditionem sibi mea opera parârit, & quos iam libros euoluerit de proloquijs ac syllogismis, de complexionibus & officijs, deq; alijs multis & varijs. Cæterùm quòd matrem pugnis cæciderit, atque etiam raptas virgines vitiârit, quid ad me attinet? neque enim me illi pro pædagogo constituistis. Hæc quidem homo senex de philosophia disserebat. Tu fortasse & ipse, Hermotime, diceres abundè satis esse, si ob hoc ipsum philosopharemur, ne quid eorũ, quæ mala & vitiosa sunt, faceremus. An verò non initiò longè ampliori spe inducti philosophandum nobis esse existimabamus, nõ ob hoc saltem, quòd paulò quã priuatus quispiã ex vulgo honestiores essemus? Cur igitur nõ & ad hoc dignaris dare respõsum?* HER. Quid verò aliud tibi respondeã,

Ὅτι μὴ δακρύσαι ὀλίγα μέν; ἐς τοσοῦτό μου καθίκνεῖται ὁ νοῦς & ἀληθὴς ὢν, καὶ ὀδύρομαι, ὅσαν ἄθλιος & χρόνον ἀνήλωκα, καὶ πόσοις μισθὸς οὐκ ὀλίγους τιλῶν ἀντὶ τῶν πόνων. νυνὶ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήφων, ὁρῶ οἷα μεθύων ἦρων ἤρων, ὁπόσα τ' ἐπόνουν ἀφ' ὧν ταῦτα. Λυκ. καὶ τί δὲ δακρύων, ὦ χρηστέ; τὸ γὰρ τοῦ μύθου ἱκανῶς πάνυ σωφρονοῦν οἶμαι, ὃν Αἴσωπος & διηγεῖτο. ἔφη γάρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠιόνι καθεζόμενον, ἐπὶ πλεῖον λυπούμενον, ἀεὶ μὲν τὰ ὑμάτια σφαλλόντα καὶ ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι, ἄχει δὲ πλεῖ περιφορᾷ παρασάσαν ἅπαν αὐτῷ, τί ὦ γύναι ἀνιᾷ τῶν παρισθόντων ἕνεκα; λίαν τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀριθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων. ἢ σὺ τοίνυν ἐπειπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐς τὸ λοιπὸν ἂν ἄμεινον ποιήσοις, βίον

quàm quòd propemodum etiam mihi lachrymandũ intelligo? vsq; adeò me commouit oratio tua nimiùm vera. Et iam quidem grauiter lugeo me miserum tantum temporis frustra insumpsisse & contriuisse, ad hæc mercedem tam grandem pro laboribus impendisse. Iam enim tanquã ex ebrietate profunda ad sobrietatem reuersus, video, cuiusmodi illa sint, quorũ amore capiebar, tum quantas ærũnas pro illis consequendis ego miser exhauserim. LVC. Fletu quidem & lachrymis haud opus est, ô bone, longè aũt præstabilius & prudentius esse opinor, quod in fabulis Aesopus cõmemorat. Ait enim quendam in maris littore consedisse, pp conantem singulas vndas pernumerare: cumq; vndarũ mutuò se trudentium multitudine obrueretur, animoq; grauiter angeretur, quòd eas numero complecti non posset, adueniens callida vulpes, non inidoneo consilio hominis perturbationem subleuauit. Quid diseruciaris, inquit, propter vndas quæ prætergressæ sunt? hinc numerare incipias oportet, illas missas facito. Et tu

quando-

βίον τι λοιπὸν ἅπασι βιῶν ἀ-
ξιῶν, καὶ συμπολιτούσῃ τοῖς
πολλοῖς, εἰ μὴ ἀμόκοπον μὴ τε-
τυφωμένον ἐλπίζων, μὴ ὀκ ἀν-
σχυνῇ, λίαν πρὸ τῶν φρονεῖς, ἀ γνῶ-
ναι ἄνθρωπος μεταθύσῃ, καὶ
μεταχωρήσεις πρὸς τὸ βέλτιον.
ταῦτα πάντα, ὦ Φιλότης ὑπό-
θου εἶπον, μή μοι νομίσῃς κατὰ
τῶν Στοᾶς παρεσκευασμένον, ἢ
ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς
Στωϊκοὺς ἐπανῃρημένον ἀρη-
κέναι, ἀλλὰ κοινὸς ἐπὶ πάντας
ὁ λόγος, τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ
ἔπον ἄν, ἃ τὰ Πλάτωνος, ἢ
Ἀριστοτέλους ἢ ῥητῷ, τῷ ἄλλων ἀ-
κεῖτω ἐρήμῳ κατηγορεῖσθαι νῦν
δὲ ἐπὶ τὰ Στωϊκῶν προτί-
μησας, πρὸς πάντων ὀφεί-
τεσθαι ὁ λόγος ἔδοξεν, ἐδὲν
ἐξαίρετον πρὸς αὐτοὺς ἔχων.
Ερμ. οὗ λέγεις. ἄπειμι γοῦν
ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοί-
μην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα.
ὄψα

quandoquidem ita tibi vide-
tur, posthac magis ex vsu
tuo feceris, si communem cū
alijs vitam viuere decreue-
ris, ac ita quidem cū multis
in Republ. versaberis, nihil
absurdum aut fastuosum ani
mo concipiens, aut sperans.
Nec est quòd pudore afficia-
ris, quòd iam primū decurso
vitæ spacio raclè sapere inci-
pias, aut mutato consilio ad
meliora te recipias. ¶ Proin
de hæc omnia, ô amice, quæ-
cunque à me dicta sunt, no-
lim putes me de industria
præmeditatū & instructum
aduersus Stoicos, quasi mihi
cum illis essent susceptæ ini-
micitiæ, dixisse, sed commu-
nem aduersus omnes oratio-
nem esse putato. Neque alia
contra te protulissem, si aut
Platonis aut Aristotelis te
sectatorem esse, testatus es-
ses, cæteris indicta causa contemptis, & posthabitis. Nunc
autem postaquam Stoicos cæteris omnibus anteferebas, ad-
uersus Stoicam omnem disputationem quoque nostram in-
stituimus, nihil alioqui simultatis aut disidij aduersus illam
susceptum habentes. HERM. Benè sanè dicis. Iam itaque
abeo, vt ego me totū vnà cum vestitu & habitu commutem.

Videbis

ὄψει γοῦν ὀλίγου μὲν ἀπὸ μακρὰν ὄντι πώγωνα, ὥσπερ νῦν, λάσιον καὶ βαθύν, ὄντι δικαίαν λιχνοτάτην μήλων, ἀντὶ ἄνιτα πάντα καὶ ἀνώθρα. τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς ἂν ἅπαντα οὕτω μηκέτι μοι τῶν λόγων ἐκείνων μέτεισιν, ὡς ἄθλιόν γε καὶ ἐξημίωσαι λιμοτὸν ἅπαντα ἐκεῖνα, ὁπόσα ἔπεισα παρ' αὐτῶν. καὶ τί ἴσθι, ὅτι ἂν ὤκνησα καὶ ἐπιβορον πιεῖν δι' ἅπτο, ἐς τὸ ἔμπαλιν, ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι ἐννοήσωμι ὧν φασι. σοὶ δὲ νῦν ὀλίγα μικρὰν χάριν οἶδα. ὦ Λυκῖνε, ὅτι με περιφρόβημον ἀπὸ θολεροῦ τινος καὶ μάρρου καὶ φαλίου, ἰδιωτικὸν ἐμαυτὸν, καὶ κατὰ ῥοῦν συρρέοντα τῷ ὕδατι, ἀνέσπασας ἐπισὰς, τὸ τῶν παλαιῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανὲς. λοιπόν μοι ἐκ ἀπολόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν λιφαλίν, ὥσπερ οἱ ἐκ τῆς ναυαγίων

Videbis igitur in breui, non veluti nunc, me neque barbatam densa & profunda horridum, neque ita afflictam & asperam victus rationem, verùm molliora omnia, magisq; libero homine digna sequentem. fortasse, neq; purpuram induere grauabor, vt omnibus fiat perspicuum mihi priores nugas non ampliùs curæ esse. Atq; vtinam etiam ex intimis cordis penetralibus euomere ea omnia possem, quæcunque ab illis vnquam audita deuorauí. Et vt pro certo scias, neq; helleborum ebibere formidabo propter hoc ipsum, contrà quàm Chrysippus cõsueuit, ne quid eorum vnquam posthac quæ dixerunt, mihi in mentem veniat. Cæterùm tibi, Luciane, non mediocrem habeo gratiam, quòd me hactenus iactatum & circumlatum à turbis de torrente & aspero, iuxtaq; fluxum vnà cum vndis fluitantem extraxeris, assistens iuxta Tragœdorũ prouerbium, Deus ex imprpuiso ostensus. Videor autem mihi nõ absurdè facturus, si & caput rasero, quemadmodum facere soliti sunt, qui è naufragijs

γίων ἀπρσωθεύτου ἐλεύθεροι, ἅτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξον, τοσαύτην ἀχλὺν ἀπρσεισάμενος τῶν ὀμμάτων. φιλοσόφῳ δὲ ἐστὸ λοιπὸν κἂν ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ βαδίζον ἐντύχω, ὅτως ἐκτραπήσομαι, περιστήσομαι, ὥσπερ τὸς μυττῶντας τῶν κυνῶν.

naufragijs enatant, incolumes, ita vt salutis meæ festiuitatem hodie concelebrem, posteaquam tantarum nebularum caligo ab oculis meis discussa est. Porrò autem conspectum philosophi posthac, & si inuitus inter eundum alicui obuiam venero, non secus deuitabo extra viam declinando, quàm rabiosos canes fugere soleo.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus hic eorum stultitiam eleganter exagitat, quì ab ineunte adolescentia ita se alicui disciplinæ philosophorum addixerant, vt eius omnia placita ac decreta sequerentur: &, vt Vlysses Homericus ait, solùm Tiresiam apud inferos sapere, cæteros σκιὰς αἴσσειν, ita ipsi, qui ex eadem essent hęresi, ijs veritatem patere solis, cęteros omnes vagari temerè, & huc illuc à vero auios ferri iudicarent. Negat autem id eos statuere potuisse: Non enim aliorum cognouisse rationes: vt, omnibus diligenter examinatis ac perpensis, constituerent, qua tandem vna cunctę alię pręponderarentur. Scitum autem est illud, siue ἡσιόδειον est, siue, vt creditur, ψευδησιόδειον. Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Id igitur non fecisse ipsos, sed infirmissimo ętatis tempore, aut secutos amico cuidam, aut vna alicuius, quem primùm audijssent, oratione captos, de rebus incognitis iudicasse, & ad quancunque disciplinam quasi tempestate delati essent, ad eam tanquam ad saxum adhę-

adhæsisse. Porrò inanis illa philosophia, quam etiam Paulus summo studio cauendam docuit, si non alio nomine semper apud cordatos fuisset in odio, certè eam ob causam debebat sapientibus & ingeniosis hominibus iure optimo esse suspecta & inuisa, quòd hæresibus penè innumeris, & per hoc diuersissimis esset infecta & obscurata. Quemadmodum enim corpus, quod ex diuersis inter se membris nec cohærentibus compositum est, verum & naturæ opificio consentaneum esse non potest, sed potiùs monstrum existimari debet, cuiusmodi in exordio artis Poëticæ adumbrauit Horatius: ita nec vlla vnius alicuius disciplinæ professio, seu vitæ ratio sana & recta habenda est, quæ sectarum diuersitate & discrepantia distracta & vitiata est. Qui enim ad aliquem finem eius rei vllus potest patêre exitus, cuius initia sunt incerta & repugnantia, & viæ nullo modo inter se conueniunt? Veluti de rerum principijs, & bonorum finibus, breuiter de rebus omnibus inter se dissentiunt, discordant & dissident philosophi: cùm hic aërem rerum principium fuisse contendat, ille aquam: ab Homero fortè persuasus, affirmante Oceanum omnium rerum esse parentem. Alter particulas nescio quas similares, quartus ignem, quintus aëris infiniti raritatem & densitatem, sextus litem & amicitiam. Quibus annumeratus Pythagoras, ex numeris & horum dimensionibus omnia fluxisse μάλα φιλοσοφικῶς confirmat. Rursus hîc bonorum finem in voluptate & delicijs sitam habet, ille in indolentiæ præstantia, alius in ficto & falso virtutis vocabulo: est, qui in dignitate & summis atque amplissimis honoris & gloriæ gradibus vitæ beatæ summam collocat. Nam quorsum percensere attinet, quàm contraria & pugnantia de mundo, anima & dijs statuerint: cùm hic interiturum mundum, alius sempiternum fore confinxerit: hic innumerabiles, alius nouos subinde exoriri commentus sit? Quo de numero est mollis

&

& voluptuarius ille Epicurus & Democritus. Iam qui sunt è schola Pythagorica, animam numerum seipsum scientem esse definierunt: Aristoteles entelechiam primam corporis: alius, quatuor elementorum harmoniam. Et ne cuncta persequendo nimius sim, cuique pro suæ rationis intellectu, aut (quod verisimilius est) pro nocturnis somnijs semper alia atque alia res visa est anima: adeò, vt si collatæ inter sese fuerint de illa philosophorum opiniones, anima res erit omnium monstrorum monstrosissima. Deinde, quot illorum sunt, qui deos omninò esse negant: rursum, quot sunt qui innumeros esse somniant? Omitto, quàm absurda & ridicula de Sole & Luna impudenter mentiantur. Prætereà quàm stulta & insulsa, quàm vana & nugatoria de materia, de motu, de infinito, de loco, de vacuo, de tempore, de ideis, de atomis, de nubibus, de ventis, de pluuijs, fulminibus, tonitribus, deque reliquis hoc genus meteoris disputant: ita vt si rem propiùs contempleris, in tota philosophia nihil cernas aliud, quàm confusissimam quandam repugnantissimarum opinionum confusionem, & verborum pugnas nunquam finiendas: vt rectè in hoc Dialogo eleganti mihi scripsisse videatur Lucianus: παίλτας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας. His ergo nugis cùm melior selectissimæ iuuentutis pars pulcherrimis ingenijs prædita perderetur, & ad ciuilium rerum administrationem capessendam in vniuersum inutilis redderetur: credo, Luciano implacabili philosophorum hosti, fuisse in consilio, vt hunc de sectis Philosophicis dialogum conscriberet: vel vt illorum insignem stultitiam pro more suo salsè subsannaret: vel vt palàm faceret, nullo modo quenquam exactam philosophiæ cognitionem parare posse, propter sectas in ea multiplices, & vias diuersissimas. Mihi, quoties animo & memoria mecum repeto veterum philosophorum discordes disciplinas, semper succurrit nostra religio, quæ

&

& ipsa ita sectis & diuersis viuendi modis' discerpta est, vt neque in ea quicquam manserit sanum, sincerum & integrum, profligata fide, & vera pietate extincta, donec lucis Euangelicę exortu impostura diaboli sagaciter deprehensæ sunt, & hæc ignorantiæ nostræ caligo discussa est. Sed ad Lucianum regrediamur, qui si hoc tempore reuiuiscceret, & nonnullorum gymnasiorum studia vigilantiùs consideraret: dij boni, quot illi misero Hermotimi forent conscribendi? Nam si quis facta collatione nostros philosophos cum veteribus composuerit, & vtrorumque philosophiam penitiùs excusserit, non dici potest, quantò feliciores prisci illi nostris existimandi sunt. Qui tametsi in multas hæreses essent distracti, & omnibus fermè opinionib. inter sese discordabant: digniores tamen habuêre magistros, quos sequerentur, nempe Platonem, Aristotelem, Cratippum, Zenonem, Epictetum, aliosque innumeros. Nostri planè neminem (neglectis his quoque nominibus & titulis impudenter gloriari solent) quàm spurcissimam illam fecem indoctissimorum sophistarum, & immundissimas illas ranas, neque non locustas loquacissimas, Occam, Scotum, Thomam, & qui inde nati sunt innumerabiles peruersores, rectiorum studiorum pestes præsentissimas, sectarum magistros stupidissimos Modernalium, Realium, Thomistarum, &c. Vide verò, quæ istorum hominum fuerit amentia, aut potiùs extrema cæcitas & peruersitas, cùm ad perdiscendas sacras & diuinas literas, per istam sectarum colluuiem omnibus vix alia via fuit ascendendum: nemine scilicet in album theologistarum recepto, nisi alicui sectæ nomen antè dedisset, eamque fermè nugacissimarum nugarum plenis faucibus exhausisset, & ita promouisset, vt clamore, barbarie, & impudentia, cum quouis ex æquo decertare posset. Ex his itaque locustis magistri nostri orti sunt, præclarum illud genus hominum: per quod non solùm quicquid humanarum fuit literarũ

extremè

extremè corruptum & contaminatum est, verùm omnia quòq; sacra irreligiosissimè profanata sunt. Qua de re (quando iam omnibus liquet) hìc non est prolixiùs disputandi locus. Iam quanquam & apud Germanos rectiora studia caput erigere coperint: mirum tamen, quàm multis in locis adhuc frigeant, regnante etiamdum peruersæ & inanis philosophiæ studio magistrorũ nostrorum propugnatione & opera. Et formantur adhuc artium & philosophiæ magistri, belli scilicet & insignes asini, quibus ne nomen quidem philosophiæ rectè cognitum est: non, quòd hunc ritum in Gymnasijs coronandi, aut ornandi meritos damnem: sed quòd indignum esse putem, eiusmodi bestias hoc potissimùm insigniri titulo, à quo adsunt longissimè, siue eorum vitam spectes: siue eruditionẽ perpendas. Nam cùm perhibeant, ex philosophia vtrumq; iuxtà & morũ elegantiam, & multarum rerum cognitionem parari: illi tamẽ interim neq; vlla morum ciuilitate sunt ornati, neq; vlla literatum peritia, aut rerum vel tenui iudicio perpoluti. Et hi tandem sunt, quibus in Academijs integrum est docere literas, clauum scholæ tenere, iuuentutis magistros esse, melioribus doctoribus per sycophantiam & impudentiam loco motis & electis. Illorum ergo fastum & arrogantiam, hoc Dialogo egregiè ridet Lucianus.

a QVANTVM cùm.] *Exordium ab occasione.* *b* Ita vt neq; per viam.] *Idem & Mercenario præceptore: Ne in via quidem inter eundum musas negligit, sed ambulationis ocium bene collocat.* *c* Philosophia multo tempore.] *Philosophiæ studia inquisitione, studio ac vigilantia & labore multo constant. Planè in fundo, inquit Lucianus pòst, visus est philosophiæ adyta abscondisse Deus, sub ipsam fecem vsq;.* *d* Enimuerò.] *Occasio disputationis, ex diurna auscultatione.* *e* Ex temporis.] *In Græco τῶ τε χρόνω: id est, ἐκ τῦ χρόνυ.* *f* Vndé nam.] *Ratio auscultationis, à descriptione virtutis.* *g* Atqui principium, Hesiod. dimidium totius.] *Refer-*

tur ab eodem Luciano in somnio seu vita sua. A Platone lib. de Rep. 2: Scisne, inquit, principium cuiusque operis maximum quiddam esse, præsertim & iuueni, & cuius, qui tener sit, & flexibilis? Demetrius Phalereus de elocutione: Deinde nos, inquit, ad comparationem conferimus, afferentes illud: Principium dimidium esse totius. Vide Eras. chiliad. 1. cent. 2. adag. 39. h Proinde ad summum.] Elenatio studij tanquam inanis, à simili. i Aorna.] In India petra Aornos est, quæ propter frigora & altitudinem ab auibus vitatur. De ea Lucianus in præceptore Rhetorum. k Dissimile prorsus.] Diluitio, à negatione & euentu. l Neq; ipse.] Redit ad primam quæstionem, quamdiu philosophandum sit, vt felicitas illa summa comparetur. m Qui Chaldaica disciplina sunt imbuti.] Id est, Mathematicis. Genethliaci enim omnes qui ex natalitio syderefutura præsagiunt, Chaldæi vocantur. Quod enim illa nascio syderum observandorum peritissima fuit, factum est, vt Mathematici ita vocarentur. n Cæterùm illum.] Causa tanti laboris & effectus. o At vbi eosdem.] Effectus & confutatio, ab exemplo. p An dum.] Dilutio exempli, à causa. q In præsentia quidem.] Inuitat ad disputationem, ficta opportunitate otij, cum descriptione quadam præceptoris Hermotimi, cuius exemplo mox ad confutandos Stoicos vtetur. r Ego haud.] Rationes quibus Stoicam viam præmulerit. s Atqui non.] Confutatio ab absurdo. t Non solùm.] Alia ratio. Hinc est quòd voluptuarij homines Epicurei dicantur, quod est maximum conuitium, vt idem Lucian in Alexandro, Pseudomante & falso Vate, dixit. u Obsecro.] Confutatio eiusdem rationis. x Margita quopiam loqui.] Inerte & nullius pretij stolidoq; homine. Margitis enim meminit ex Homero Arist. atque Clemens Alexand. Vide Eras. Chiliadas de Margite. Demosth. apud Plutarchum: Alexandrum puerum & Margiten nominabat. y Atne hoc.] Ratio. z Demissa barba.] οὐ χρῶ κόμῃ. Sic in Vitarū auctione, vbi in Stoicos quædam annotauimus. A Nunquid igitur.] Confutatio à superiori exemplo. B Rectiùs.] Alia, per absolutionem. C Cæterùm illi.] Vnde indicandus & cognoscendus sit sapiens.

fiens. D Qualia.] *Amplificat fabula. E.* Fabula.] *Huius fabulæ mentionem facit Plato. Momum Hesiodus in Theogonia ait Nocte matre, sine patre progenitum. Huic deo mos est, ipsum nihil quidem operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. Nam μῶμος Græcè reprehensionem significat.* F Neptunum taurum effinxisse.] *Siue vt alij, equum voluit arationi, vecturæque accommodum in primis animal in medium scatuisse. Idem Lucian. in Nigrino quoque vt hic, taurum fuisse scribit: Momus, inquit, reprehendebat tauri artificem Deum, qui non præposuisset oculis cornua.*

G Mineruam domum excogitasse.] *Pallas domicilium ostendit, cuius vsus contra iniurias aëris omnes inseruiret.*

H Vulcanus hominem fabricauit.] *fictum hominem pro facile præstantissimo opere exhibuit.* I In alijs quæ reprehenderit.] *In tauro, ex Nigrino diximus.* * Calumniatus.] *Caussatus.* K Quod artifex.] *Vulcanus. Vitruuius Pollio libro de Architect. tertio, in præfatione, hanc sententiam Socrati tribuit: Socrates (inquit) memoratur, prudenter doctissimeq; dixisse, oportuisse hominum pectore fenestrata esse, vt non occultos haberent sensus.* L Non addidisset ostiola.] *clathros, seu fenestellas, per quos, ne quid occultum lateret intus, introspici posset.* M Lynceo es perspicacior.] *perspicaces, intelligentes, & acutè subtiliterq; videtes, Lynceidicũtur, nõ à lynce animali, vt tradit quidã, sed à Lynceo Argonautarũ vno, qui dicitabat vltra parietẽ videre, vt ait Hieronymus contra Ioannẽ Origenistã, vnde Valer. Flaccus inquit in primo:*

—quumq; æthera Iuppiter vmbra
Perdiderat, solus transibit sydera Lynceus. *Et horat.*
—ne corporis optima Lynceus
Contemplere oculis —. *Cicer. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat. Sunt qui tradant, vt ait Lycophronis interpres, Lynceum primum reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, auri, & hinc vulgo natam fabulam, quòd ea quoque præuideret, quæ sub terra sunt, quæque apud inferos fierent. Plin. lib. 4. cap. 10. ait: nouissimam, primamque*

lunam in Ariete primum eadem die consp̃exisse, Apollonius in Argonauticis scribit Lynceum vsqueadeò fuisse perspicacem, vt etiam terram ipsam oculorum acie penetraret. Hinc pronerbium: Lynceo acutior sine perspicacior. Idem in Icaromenip. repentè quasi Lynceus quidam affectus, cuncta discernis. Idem in Charonte sine contemplantibus: item Menippi & Tiresiæ dialogo meminit. N Nequaquam.] *Redit ad caput quæstionis latius quàm planius exponendo illam, ficto icone virtutis, & eius viæ.* O Ego quidem harũ rer.] *Hactenus virtutis imaginem descripsit: iam & de via ad ipsam, quæ (vt inquit Hesiodus) in altissimo loco constituta, non nisi cum sudoribus potest adiri. Volentibus enim ad eam peruenire, sensus & concupiscentiæ se opponunt: & omnes ferè homines fraudibus & dolis ita præpediunt, vt susceptũ itineris faciant pœnitere.*

P Quibus tu habendam.] *Redit ad quæstionem superiorem, q. nam via philosophandi potissima sit.* Q Cuinam potissimùm fides adhibenda sit.] *In Græco τῷ articulus ponitur infinitè. i. sine interrogatione, pro tini.* R Quod autem.] *Amplificatio à simili.* S Quocunque nos pedes.] *Quocunque via patuerit, nullo nobis ab initio loco quò eamus proposito ἢ πόδες ἄγωσι. sic loquuntur Latini, Quò pedes ducunt. Pers. Sat. 3:*

An passim sequeris coruos, testaq;, lutoq;,
Securus quò pes ferat, atq; ex tempore viuis?

Horat. in Epodis ode 16:

Ire pedes quocunq; ferunt, quocunq; per vndas
Notus vocabit aut proteruus Africus.

Plaut. in Mercat. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus pedes ducunt. *Virg Mœr.* Q ò te Mœri pedes? *Vnde nostrum Adag. Quocunq; Deus.* T Haudquaquam verò.] *Alia à fine.* V Est quidem.] *Redit ad id quod suprà propositum fuit, Stoicam viam esse optimam.* X Alioqui frustra.] *Confutatio, à reiectione causæ* Y Agè verò.] *Prosopopœia cæterorũ philosophorum se, e contra Stoicos defendentium.* Z Sedenim.] *A iusto, & forma iudiciorum.* α Aut si.] *Ab absurdo & simili.* β Ergo absurdè.] *A modo & officio iudican-*

iudicantis. γ Neq; tamen.] *Obiectio, cui respondet à qualitate personæ.* δ Aut igitur.] *Amplificatio à simili.* ε Quoniam illud.] *Alia, à collationibus.* ζ Si quidem perhibēt.] *Alia, ab exemplo Gelenis.* η Iam vt tandē.] *Finis & scopus.* θ Mihi quidem.] *Alia defensio Stoicorum, continens hāc quæstionem: An ex vna aliqua via veritas comparari possit, an omnes sint cognoscendæ.* ι Nihil aduersum.] *Confutatio.* κ An non.] *Ab exemplis.* λ Ponamus.] *Alia defensio per diuisionem.* μ Iam verò.] *Confutatio ab inæqualitate similitudinis.* ν Gymnicis certaminibus.] *Quoniam cœperunt aliquando nudi in ludis & palæstra decerta Græci, authore vel Orsippo Megarensi, vel Acantho Lacedæmonio, ideo & gymnasia cùm ipsæ exercitationes ludorum tum loca, & gymnici ludi sunt appellati.* ξ Vrna argentea.] *De sortibus Athletarum. Pulchrè monstrat quónam modo sortes athletis obueniebant, quomodóve pares ad certamen iungebantur.* ο Deo.] *Apollinis.* π Flagellifer.] *Dei minister.* ρ Pancratio.] *Pancratium quid, idē Lucian. de Gymnasiis. Philostratus de Athletis refert Pancratium palæstrā simul & pugillatū vocari. Certaturi ante omnia per aliquot dies sese exercebāt maiore quām poesta labore. verbi gratia, cursu certaturi, in arenā cum ocreis per aliquot dies currebant: postea solutus, tanquam compedibus liberatus, maiorem obibat operam. Item saltu certaturi, cū manibus priùs oneratis assuescebant. Prætereà carne vescebantur bubula, quæ fortiores redderet: abstinebant à cæteris deliciis, præsertim coitu. Hæc ille.* σ Olympicis] *Olympicū certamen quinto quoq; anno fieri solebat, in honorem Iouis Olympici, cuius authorē Herculem fuisse putant.* τ Non iniuria.] *Adaptatio similitudinis, & finis quæstionis, omnes esse cognoscēdas vias ei qui verā eligere velit.* υ Neq; enim.] *Amplificatio à simili.* φ Quātum verò tēporis.] *Quo, & quanto tempore quiq; philosophi cognoscendi. Et hic locus finē disputationis cōtinet, seu scopum, de quo suprà. videlicet, quòd impossibile sit omnes philosophorum doctrinas & vias cognoscere, vt ex iis quæ vera sit eligatur.* χ Veritatis inuentionē.] *Alludere videtur ad Democriti dictū, In profundo veritatē esse demersam. Cic. in Acad. & Lactant. 3.*

Instit. lib. cap. 28. Thucid. verò ait lib. 1. segnem apud multos esse veritatis vestigationē, ad ea se potius quæ in promptu sunt conuertentes. ψ Tithonum.] *Poëtæ fingunt, Tithonū adamatū ab Aurora in cœlū sublatū fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tantā peruenisse senectutem, vt tādem optauerit, vt in cicadā verteretur. Inde Tithonios annos pro longa senectute vsurpauit idem Lucianus in dialogo Zenophantæ & Callimedæ:* ϗ ὑπὲρ Τιθωνὸν ἔζη γέρων, i. *Atq; vltra Tithonum viuebat senex. Basil. ad nepotes cap. 17.* Τιθωνοῦ τῆς γηρᾶς. ω Et quando.] *Redit ad propositionē, mitigando illā diuisione.* A Atqui Luciane.] *Confutatio temporis, quod Luciano præfinitū fuerat ad singulos cognoscendos.* B Opinor fuisse Phidiā.] *Plutarch. in cōmentario de defectu oraculis, videtur, ad Alcæum referre. Sic enim scribit:* ὃ κατ' ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας. *Nō Alcæi more leonem ex vnguibus depingentes, hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Siue autem Phidias fuerit, siue Alcaus, hinc tamen sumptum videtur istud adagium apud omnes vsurpatissimum, leonem ex vnguibus, cùm ex minimo quoque vel indicio, vel argumento, vel causa, rei totius summam intelligimus.*

Γ Papæ? quám.] *Diluit obiectionem ab ipius argumenti serie, & inæqualitate exempli.* Δ Phidias.] *Statuarius insignis, cuius opera præclarè prædicat Plin. lib. 36. Mundi suæ historiæ.* E Nihil enim ista.] *Hæc clausula in prouerbium abijt, quo significatur, illa nihil ad rem attinet, & nimiam inæqualem esse comparationem. Idem vsus est illa in Baccho: de quo vide Erasmum in Chiliad.* Z Aut quid.] *Amplificatio à signo.*

H Quòd si autem.] *Irrisio.* Θ Tu veró.] *Aliud simile, quo idem contendit, ex parte totum cognosci posse.* I Quoniam rei.] *Respondet eadem vt suprà ratione, inæqualem esse collationem.* K Illa in Delphis.] *Delphos tellus à principio vaticinari solita fuit, quæ paulò pòst Daphnem constituit à qua Themis eandem facultatem adepta est: à Themide verò Apollo dono accepit. qua de re Pausanias in Phocicis.*

Λ Quare vide.] *Superiorem similitudinem diluit alia.*

M Danaidum.] *Plato scripsit, puellas Danaidas apud inferos hoc genus pœnæ pendere, vt assiduè aquam in dolium*

pertusum,

pertusum, vasis item pertusis inferant. N Cicuta.] *Veneno cicutæ noxij apud Athenienses tollebantur.* Ξ Neque enim.] *Aliud acerbius paulò, cum præfaciuncula.* O Vitam breuem.] *Βίος τετάσιν ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἡμῶν, Philotheo interprete. Vita siue tempus vitæ nostræ breue ab ab Hippocrate etiam dicitur in primo Aphorismo de artis comparatione, quæ quidem longa est. In Græco verbum subintelligitur ἐστὶν subauditur. Quanquam etiam simpliciter vita nostra breuis, fugax ac momentanea est. Siquidem vniuersum vitæ nostræ tempus, Dauide teste, anni sunt septuaginta, vel ad summum octoginta. Quam quidem, de vitæ breuitate Dauidis sententiam, Eobanus Hessus ijs versibus sciuissimè expressit:*

Tam nostri tacitis labuntur curribus anni,
Quàm citò quæ loquimur verba perire solent.
Viuitur humanos bis septem lustra per annos:
vix rectè vt valeas, lustra bis octo feres.
E' quibus eximios quos viuimus omne laborum,
Et genus, & miseri fata doloris habent.
Tam citò desinimus, tã fors hęc nostra caduca est:
Tam citò ceu penna præpete vita fugit.

Quare rectissimè etiam ab Horatio dictum Od. 4. lib. 1:

Vitæ summa breuis spẽ nos vetat inchoare longã.

Sic Virgil. 10. Aeneid.

—breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ—.

Iuuenalis Satyr. 9:

—festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miserẽq; breuissima vitæ
Portio—*De Hippocrate autem maximo Medicinæ parente hoc solum hìc dicã: Eum totam Græciã pestilenti lue Thucydidis tempore, magna cũ gloria liberasse, itaq; etiã aureis statuis, atq́ue tanquam deus à seruatis illis populis donatus est.*

Π Critico quopiã] *Argumentum à difficultate.* P Areopagitarum.] *De Areopagitarum integritate, & simul authoritate, multa scribit in Anacharside. & Isocrates in Areopagitico. Præterea enim moribus Athenis, in pago & vico Martis.*

Hinc dic'tur Areopagus, quasi Martis pagus. Σ Nullius hominis vita satis longa.] *Homines inter negocia morimur ἀσχολούμενοι, & sollicitii, propria solũ curãtes.* T Ad hũc modum.] *Amplificatio à simili.* Υ Proinde.] *Aliud argumentum à difficultate eligendi præceptoris* Φ Pro thesauro carbones.] *Prouerbium est de his qui spe sua frustrantur, sperantes magnũ quiddam se reperturos, tum verò nugas offendunt. Vsus est in Zeuxide, in Philopseude, in Timone, de Auro inuento: rursum in Votis. Lege Erasmum in Chiliad.* X Et quemadmodum.] *Aliud, ab inutili dictrina philosophorum, & spe fallaci discentium.* Ψ Qualia per.] *Amplificatio à collatione.* Ω A' fabulosa Hippocentaurorum & Chimærarum.] *Virgil. 6. Aen. facit Centauros & Scyllas in inferorum vestibulo stabulare cum somnijs. Centauros fingunt poëtæ duplici natura:* hoc est, *humana & equina, quos fuisse negat lib. 4. & 5. Lucret. Sed neque Centauri fuerunt inquit. Probat quoq; nunquam fuisse Chimæram, quæ à Poëtis dicitur constare è leone, dracone & capra. Tragelaphus ex altera parte hirci, altera cerui.* aa Medeam.] *Regis Colchorum filiam, quam Iason cum Argonautis rapuit.* bb Hoc aũt.] *Alia, à causa impellente.* cc Quòd si enim.] *Amplificat similitudine quadam.* dd Geometria.] *Hanc Philo ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν omnium disciplinarum appellat: & Plato eius artis expertes, minimè ad scholam suã admittebat.* ee Cæterùm ponamus.] *Redit ad Stoicam viam καθ' ὑπόθεσιν: ostendens, etiam illa vera & optima existente, tamen non esse frustra adeò in illa tempus terendum: quia nihil re ipsa præstent eorum quæ vulgò pollicentur.* ff Nihilo secus.] *Antipophora persimile.* gg Sed isto.] *Alia confutatio ab eleuatione præmij propositi.* hh Quod mihi perinde.] *Amplificatio à simili.* ii Vos autem.] *Alia à virtutis effectu seu fine, cum qua effectus Stoicæ philosophiæ comparat.* kk Sophisticis.] σοφιστὴς *fuit suapte natura honestissimum vocabulum, quemadmodum etiam tyrannus, qui non alius fuit quàm rex, monarcha, princeps, aut quisquis tandem vnus rerum potitur. Tantum verò (vt fit) hominum improbitas professioni concitauit inuidiam, vt Sophistæ vocabulum in*

vitio

vitio ponatur. Varius tamen eius vsus est. Nam significat rhetorem seu oratorem, philosophum, eum qui falsis conclusiunculis vtitur, & impostorem, magistrum inuentorem argutiarum. ll. An non igitur.] *Amplificatio collationis.* mm. Si placuerit.] *Comprobat exemplo rei gestæ.* nn Crocodylus.] *Consule ac vide ea quæ annotauimus in* 1. *Necricorum dialogo, & in Vitarum auctione.* oo Quid verò aliud.] *Conclusio, qua fingitur Hermotimus pœnitentia duci prioris vitæ, adeò frustra consumptæ.* pp Conantem singulas vndas numerare.] *Ad hunc Aesopicum apologum visus est respicere Theocritus in Charitibus:*

ἀλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν.
ὅσσ' ἄνεμος χέρσον δὲ μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ἀθεῖ.

Namq; perinde siet, quasi numerare labores,
Quot venti è pelago trudunt ad littora fluctus.

Virg. 2. Georgic. hunc sequutus:

Quem qui scire velit, Libyci velit æquorit idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbantur harenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse, quod Ionij veniant ad littora fluctus.

qq Proinde hæc.] *Mitigatio per translationem.*

ΖΕΥΞΙΣ, Η ΑΝτίοχος. — *ZEVXIS, VEL Antiochus.*

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

APologia quædam scriptorum Luciani est, qua ille ostendit non tantùm nouitati seu peregrinitati studere se, sed & rerum sententiarumque elegantiæ, deinde & aptæ compositionis harmoniæ. Cæterùm quòd sola nouitas illorum in admitatione sit, fieri communi quadā hominū natura, qui sola nouitate plerunq; detineantur, interim aliorū nulla habita ratione. Idē enim & Zeuxidi olim in pictura Centauri, in quam præter no-

uitatem argumenti, multam artem impenderat: & Antiocho in pugna contra Galatas accidisse, hostibus nouitatem & insolentiam elephantorum, non ipsius apparatum pertimescentibus. Tractatur autem eadem fermè ratione, qua & superior oratio: nisi quòd hîc ipsa causa à principio ponitur, exempla autem, eaque amplificata, sequuntur. Etiam tituli eadem ratione, vt suprà, impositi sunt.



Ναγχ& ἐγὼ ὑμῖν λέξας τὸν λόγον, ἀπήειν οἴκαδε. πρὸσιόντες δέ μοι τῶν ἀνηκοόντων πολλοὶ (ἐωνέατο γὰρ ἀκρόασιν) οἶμαι, καὶ τὰ διαῦτα πρὸς ἑαυτοὺς ἤδη ὕστερον ὑμᾶς λέγειν; προσιόντες ἂν ἐδεξιοῦντο, καὶ θαυμάζοντες ἐφ' ἡμῖν ἐπιπολὺ γὰρ προμηθοῦνται, ἄλλος ἄλλοθεν ἐκόντων, καὶ ἐπήνουν, ἄχρι πρὸς ἐρυθριᾶν με, μὴ ἄρα παύσωμαι τῆς ἀξίας τῶν ἐπαίνων ἀπολείπων. τὸ δ' ἦν ἀσφαλέστερον αὐτοῖς ζῶντα ἰδεῖν, καὶ θανόντος ἦν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπιμαίνοντο, πρὶν μνῆσθαι



Abita[a] *nuper in cõfessu vestro oratione, domũ me conferebam. Permulti autem exijs qui orationi interfuerant, me accesserunt. Nihil enim prohibere opinor, quin & ista vobis meis iam familiaribus exponam. Itaque accedẽtes porrecta dextra me consalutabant, & admiratione persequentibus similes esse apparebant. Multo autem itinere comitatu suo me deducẽtes, alius aliunde exclamabat, laudabatq́, donec pudore quoque me suffunderent, verentem ne longè lateq́ à dignitate laudum quas in me congerebant, relinquerer. Caput autem & summa laudationũ hæc illis fuit, & omnes vno ore vnam eandémque sententiam præ se ferebant, confirmantes orationum mearum compositionem & sententiam*

μὴν τῶν συγγραμμάτων ξένην οὖσαν, καὶ πολὺν ἐν αὐτῇ τὸν νεωτερισμόν. μᾶλλον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἄμεινον, ἅπερ ἐκεῖνοι ἀπεφθέγγοντο. ὦ τῆς καινότητος Ἡρακλεῖς τῆς παραδοξολογίας. εὐμήχανος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἄν τις εἴποι τῆς ἐπινοίας νεῤῥώτερον. οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἐκεκίνηντο δηλαδὴ ἐπὸ τῆς ἀκροάσεως. ἢ τίνα γὰρ ἂν αἰτίαν εἶχον ψευδέσθαι, καὶ κολακεύειν τὰ τοιαῦτα, ξένον ἄνθρωπον, οὐ πάνυ πολλῆς αὐτοῖς φροντίδος ἄξιον τὰ ἄλλα; πλὴν ἐμέγε (εἰρήσεται γὰρ) οὐ μετρίως ἠνία ὁ ἔπεινος αὐτῶν. καὶ ἐπειδή ποτε ἀπελθόντων κατ' ἐμαυτὸν ἐγενόμην, ἐνενόουν· ἠκουῶ τοῦτο μόνον χερίεν τοῖς ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ συνήθη, μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζει

sententiam perigrinam esse, ac multum in sese complecti nouitatis. Multò verò satius est, eadem illa verba cõmemorare, quibus illi tum vsi fuêre. O nouitatem, inquiũt. O Hercules, dictionẽ inauditam. Homo promptus & agilis. Certè nemo dixerit quicquã orationum tuarum cogitatione perinde esse nouum. Equidem illi id genus verba permulta faciebant, prout quisque inter audiendum oratione mea affectus aut commotus fuerat. Aut quam alioqui talia mẽtiendi & assentandi aduere sus me causam habuissent, hominem peregrinum, quem aliàs contemptui habentes, non magnifaciebãt? Veruntamen ego (neque enim tacitum dissimulabo) non mediocriter ilorum laude discruciabar. Tandem verò illi abeuntibus cùm ad me redissem, mente atque animo sic mecum agitaui: Evgo tantum hac gratia & veinustate scripta mea condita sunt, quòd ad consuetam dicendi rationem formata non sint, nec iuxta communem loquendi viam

λίξη τοῖς ἄλλοις, ὀνομάτων δ' ἄρα λαλῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκαμπτόμενον, ἢ νοῦ ὀξέος, ἢ διανοίας τινὸς, ἢ χαρίεντος Ἀττικῆς, ἢ ἁρμονίας, ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, τούτων δὲ πόρρω ὄντως τοὐμόν. οὐ γὰρ ἂν παρέχοντα αὐτὰ ἐπαίνους, ἐωνημένου μόνον τοῦ λανοῦ τῆς προαιρέσεως, καὶ ξενίζον. ἐγὼ δὲ ὁ μωρὸς καὶ ὤμην, ὅπότε ἀναπιστοῦντος ἐπαινοίην, τοιαῦτα μοί τι καὶ αὐτὸ τοῦτο πεισόμενα ἀκούειν· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ πάνυ νέαν φάλλειν ἀοιδὴν ἀκροατῇσιν ὑμνῳδὸν τοῖς ἀκούουσιν.

οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, οὔτι ὅλον τῷ λανότητι νέμειν ἀξίουν, ἀλλὰ τῷ μὲν, ὥσπερ ἐν ποδικῆς μοίρᾳ σεσιπικοσμῆσθαί τι, καὶ πρὸς τὸν ἔπαινον συντελεῖν καὶ αὐτῷ· τὰ δὲ τὸ ὅλῳ ἐπαινέμενα, λαὶ

di viam fluant, verborum verò elegantium nihil in illis admixtum est, ad veterem sermonis regulam & canonem positorum, nulla præterà sententia argutè dicta exornata sunt, nulla industria, nulla Atticæ linguæ venere perpolita, aut compositionis harmonia, aut arte ad amussim elaborata, sed ab his omnibus longè latéque discrepant. Neque enim hæc ipsa à præsentibus laudata sunt, sed verborum nouitas illorum iudicio peregrina & aliena visa est. Ego verò stolidus hoc ipso eos, si vnquam ad me collaudandum subsilirent, potissimùm adductum iri putabam. Verissimum enim illud Homeri esse persuasum habebam, nouam quamque cantilenam, audientibus esse gratissimam. Non tamen tantum laudis, neq; adeò summã, nouitati concedi volebam: verùm hanc nõ aliter atq; cumuli loco adiici, & nonnihil sanè ornatus ad gloriam afferre, sed ita, vt quæ

καὶ ἐπὶ τῶν ἀκούντων συ-
φημούμενα, ἐκεῖνα εἶναι.
ὥστε οὐ μετρίως ἐπήρμην, καὶ
ἐκινδύνευον πιστεύειν αὐ-
τοῖς, ἕνα καὶ μόνον ἐν τοῖς
Ἕλλησιν εἶναι λέγουσι, καὶ τὰ
τοιαῦτα. τὸ δὲ κατὰ τὴν
προοιμίαν, Ἄνθρακες ἡμῶν
ὁ θησαυρὸς ἦσαν· καὶ ὀλί-
γου δέω, θαυματοποιοῦ τι-
νος ἔπαινον ἐπαινεῖσθαι πρὸς
αὐτῶν. ἐθέλω γοῦν ὑμῖν
καὶ τὸ τοῦ γραφέως διηγή-
σασθαι. ὁ Ζεῦξις ἐκεῖνος, ἄρι-
στος γραφέων γενόμενος,
τὰ δημώδη καὶ τὰ κοινὰ
ταῦτα οὐκ ἔγραφεν, ἢ ὅσα πά-
νυ ὀλίγα, ἥρωας ἢ θεοὺς ἢ πο-
λέμους, ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐ-
πειρᾶτο, καί τι ἀπόκοτον
ἂν καὶ ξένον ἐπινοήσας, ἐπ'
ἐκείνῳ τὴν ἀκείκειαν τῆς τέχ-
νης ἐπεδείκνυτο. ἐν δὲ τοῖς
ἄλλοις τολμήμασι, καὶ θή-
λειαν Ἱπποκένταυρον ὁ Ζεῦ-
ξις αὐτὸς ἐποίησεν, ἀνατρέ-
φουσάν γε πρόσετι παιοίῳ
Ἱπποκενταύρῳ διδάμω, κο-
μιδᾷ νηπίῳ. τῆς εἰκόνος
ταύτης ἀντίγραφός ἐστι νῦν

vt quæ vera laude & auditorum applausu digna haberentur, illa essent. Itaque non modicè commouebar, penè eò adductus, vt illis fidem haberem, vnum atq; adeò solum inter Græcos esse confirmantibus atque id genus alia. Thesaurus autem, iuxta prouerbium, nobis carbones erant. [b] Ac propemodum vt præstigiator quispiã ab illis laudor. Volo itaque vobis pictoris institutum denarrare. Zeuxis ille omnimu pictorum præstantissimus, popularia & communia illa nequaquam pingere solitus est, aut admodum pauca nempe heroas, aut deos, aut bella: semper autem noui aliquid comminiscẽdi illi consuetudo fuit. Cæterùm inter alia audaciæ suæ egregia facinora, & Hippocentaurum fœminam ipse Zeuxis adumbrauit, alẽtem adhuc vberibus pueros Hippocentauros, geminos nimium infantes. Illius picturæ exemplum nunc

Athenis

Αθήνησι, πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένῃ. τὸ ἀρχέτυπον δ' αὐτὸ, Σύλλας ὁ Πωμαίων στρατηγὸς ἐλέγετο μετὰ τῶν ἄλλων εἰς Ἰταλίαν πεπομφέναι· εἶτα περὶ Μαλέαν, οἶμαι, καταδύσης τῆς ὁλκάδος, ἀπολέσθαι ἅπαντα, καὶ τὴν γραφήν. πλὴν ἀλλὰ τήν γε εἰκόνα τῆς εἰκόνος εἶδον, καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δείξω τῷ λόγῳ, οὐ μὰ τὸν Δία γραφικός τις ὤν, ἀλλὰ πάνυ μέμνημαι, οὐ πρὸ πολλοῦ ἰδὼν ἔν τινος τῶν γραφέων Αθήνησι. καὶ τὸ ὑπερθαυμάσαι τότε τὴν τέχνην, τάχ' ἄν μοι καὶ νῦν πρὸς τὸ σφέστρον δηλῶσαι συναγονίσαιτο. ἐπὶ χλόης εὐθαλοῦς ἡ Κένταυρος αὕτη πεποίηται, ὅλη μὲν τῇ ἵππῳ χαμαὶ κειμένη, καὶ ἀπτέταντα εἰς τοὐπίσω οἱ πόδες, τὸ δὲ γυναικεῖον ὅσον αὐτῆς ἠρέμα ἐπή-

Athenis repositum conseruatut, ad verã imaginẽ accurrãtissimè expressũ: ipsum porrò archetypũ Sylla Romanorum Imperator vnà cum alijs rebus aliquot preciosit in Italiam misisse ferebatur: deinde iuxta Maleam Laconiæ promontorium, vt opinor, fracta naui oneraria atque submersa, perijsse omnia, atque ipsam etiam picturam. At enim veræ imaginis imago imhi visa est. Ac ipse, quoad eius fieri poterit, eandem oratione vobis adumbrabo, non per Iouem quòd pingendi valde peritus sim: sed quòd adhuc in recenti mihi hæreat memoria, quippe quam nuper admodum Athenis in pictoris cuiusdam ædibus viderim. Ipsa quoque admiratio qua nunc artem diligenter contemplando prosequebar non parum nunc mihi afferet adminiculi ad cuncta manifestiùs declaranda. [c] *In cespite nimiùm florescente & viridi Centaurus ipsa facta est, ea parte qua equam refert, tota humi posita, pedes posteriores retrò extendit. Qua verò parte*

ἐπήρται, ἡ ὑπ' ἀγκῶνός ἐστιν. οἱ δὲ πόδες οἱ ἔμπροσθεν, οὐκ ἔτι καὶ οὗτοι ἀρτάλλω, οἷον ἐπὶ πλευρὰν ἡλιμένης, ἀπ' ὀ μὲν ὀπισθίοντι ἔοικεν, ὡς ἀμπυλὸς ὑπεστραμμένῃ τῇ ὁπλῇ, ὁ δὲ ἔμπαλιν ἐπανίστατα, καὶ τοῦ ἑτέρου ἀντιλαμβάνεται, οἷόν εἰσιν ἵπποι παρόμοιοι ἀναπηδᾷν. τῶν νηπιοτέρων ὁ τὸ μὲν ἄνω, ἔχει αὐτὰ ἐν τοῖς ἀγκάλαις, ἡ πρόσω ἀνθρωπικῶς, ἐπίσχει ἡ γυναικεῖον μαστόν· τὸ δὲ ἕτερον ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει, ἐς ἡ ἀνθρωπικὸν τρόπον. ἄνω ὁ τῆς ἑκάτερον, οἷον ἀπότιν ὁ σιωπῶς ἱπποκενταυρός τις, ἀνὴρ ἐπὶ τῆς πλατείας, ἡ τὰ βρέφη ἀμφοτέρωθεν λιθηνεμένης, ἐπιπλάσσει γελῶν, ὀχ ὅλον φανόμενον, ἀπ' ἐς μέσον τὸν ἵππον, λέοντος σκύμνον ἀνέχων τῇ λιχνείᾳ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν ὡρῶν, ὡς λιθρίσαι σὺν παιδιᾷ τὰ βρέφη. τὰ

parte mulieris gerit imaginem, ea sensim subsurgit vsque ad cubiti longitudinem. Pedes anteriores nè illi quidem porrectim extensi sunt, veluti iacentis in latere, verùm alter quidem geniculatim inflexo similis est, vngula retrò tracta incuruus existens. Alter autè contrà exurgit, & solum attingit, quemadmodum ferè sunt equi subsilire molientes. Cæterùm infantes, alterum quidem ante se habet in vlnis complexum, quem humano more nutrit, muliebrem mammam in os illi inferens. Alterum verò ex equino lactat vbere, quemadmodum pulli à matribus lactari solent. In superiore parte tabulæ, veluti è scopulo Hippocentaurus quispiam, videlicet mulieris illius infantes vtrinque nutrientis maritus, prominenti capite ridens prospicit, haudquaquam toto apparens corpore, verùm media parte equi, leonis catulum in dextra retinens: quem sustollis in hoc, vt pueros re ludicra cum risu perterrefaceret.

Ad

μὲν οὖν ἄλλα τῆς γραφῆς, ἐφ' ὅσα τοῖς ἰδιώταις ἡμῖν οὐ πάντῃ ἐμφανῆ ὄντα, τὴν ὅλην ὅμως ἔχει δύναμιν τῆς τέχνης, οἷον τὸ ἀπρεῖναι τὰς γραμμὰς ἐς τὸ εὐθύτατον, καὶ τῶν χρωμάτων ἀκριβῆ τὴν κράσιν, καὶ ἔνκαιρον τὴν ἐπιβολὴν ποιήσασθαι, καὶ σκιάσαι ἐς δέον, καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν μέτρων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν, γραφέων παῖδεν ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δὲ τοῦ Ζεύξιδος ἐκεῖνο μάλιστα ἐπῄνεσα, ὅτι ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ποικίλως τὸ ποιητὸν ἐπεδείξατο τῆς τέχνης, τὸν μὲν ἄνδρα ποιήσας πάρυτῃ φοβρὸν, καὶ κοιμιδῇ ἄγριον, σοβρὸν τῇ χαίτῃ, λάσιον τὰ πολλὰ, οὐ κατὰ τὸν ἵππον αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ

d *At reliquæ picturæ partes, propter quas non vbique accurata artis præstantia nobis idiotis comparere solebat, nihilo secus tamen summa industria erant elaboratæ, vi delicet linearum ductibus atque extensionibus rectissimis, colorum commixtionibus scientissimis, neque non tempestiuarum adiectionum circũdictionibus. Insuper decentibus inumbrationibus, neque neglecta magnitudinis ratione, & mensurarum totius operis æqualitate atque harmonia: quæ omnia admirari solẽt pictores, quibus studium est ea omnia cognoscenti. Ego verò eam in Zeuxide virtutem & industriam præcipua laude extollebam, quòd in vno eodẽmque argumento habita diuersitatis ratione, artis discrimen egregiè indicârit. Virum quidem per omnia adornauit horridum atque terribilem, ac vehementer agrestem, horrentem capillitio, cute hirtum & hispidum, non per equinam tantùm partem illius, sed per alteram quoque qua humanam refert speciem.*

Plurimùm

καὶ ἐξαρας αὐτοῦ τοὺς ὤμους ἐπιπλεῖστον, τὸ βλέμμα, καί τοι γελῶντος, θηριῶδες ὅλον καὶ ὀρεῖόν τι, καὶ ἀνήμερον, τοιοῦτον μὲν ἐκεῖνον. τὴν θήλειαν δὲ, ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἷαι μάλιστα αἱ Θετταλαί εἰσιν, ἀδμῆτες ἔτι, καὶ ἄβατοι. τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον γυναικὸς, παγκαλὸν ἔξω τῶν ὤτων, ἐκεῖνα δὲ μόνα Σατυρώδη ἐστὶν αὐτῇ. καὶ ἡ μίξις δὲ, καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθὸ συναπτεται, καὶ συνδεῖται τῶν γυναικείῳ τὸ ἱππικὸν ἠρέμα, καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα, καὶ ἐκ προσαγωγῆς τρεπομένη, λανθάνει τὴν ὄψιν, ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένη. τὸ νεογνὸν δὲ, τὸ ἐν τῶν νηπίων, ὅμως ἄγριον, καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβρόν. καὶ τοῦτο θαυμαστὸν, οἷον ἔδοξέ μοι, καὶ ὅτι παιδικῶς μάλα πρὸς τὴν σκύμνον τοῦ

Plurimùm autem sublimibus illum fecit humeris, vultum: ridentis præ se ferentem, prorsus tamen ferinum & montanum, ac immansuetum. Tali quidem imagine virtum expressum extuli. Porrò fœminam ad equæ pulcherrimæ imaginem adumbrauit, quales cumprimis sunt illæ Thessalæ indomitæ, necdum sessoris patientes. Dimidiam verò mulieris partem summa formauit elegantia, extra ambas auriculas: eas solas informes reliquit, & horidas. Porrò autem corporum iunctura atque commixtio, quatenus muliebris pars cum equina coit atque coniungitur, sensim & non densè subsurgens, atque ex lento accessu deriuata, spectatium fallit oculos, ex altero in alterum perducta. Alter autem ex infantibus, non secus atq; pater agrestis est, & iam in ætate tenera aspectu sæuus atq; terribilis. Neq; hoc, vt mihi perpendenti visum est, admiratione singulari carebat, tum quòd admodum pueriliter ad leoninum

τοῦ λέοντος ἀναρλέπουσι, μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐπειλημμένοι, ἐν χρῷ τῇ μητρὶ πεσισάμενοι. ταῦτα δ' οὖν ἐπιδειξάμενος ὁ Ζεῦξις, αὐτὸς μὲν ᾤετο ἐκπλήξειν τοὺς ὁρῶντας ἐπὶ τῇ τέχνῃ. οἱ δὲ αὐτίκα μὲν ἐβόων. ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν, καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες; ἐπήνουν δὲ μάλιστα πάντες, ἅπερ καὶ μὲ πρώην ἐκεῖνοι, τῆς ἐπινοίας τὴν ξένον, καὶ τὴν γνώμην τῆς γραφῆς, ὡς νέαν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἠγνοημένην οὖσαν. ὥστε ὁ Ζεῦξις σαυεὶς ὅτι αὐτοὺς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις, καινὴ οὖσα, καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τίβεσθαι τὴν ἀκείβειαν τῶν πραγμάτων, ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ Μικκίων, πρὸς τὸν μαθητὴν, πρίβαλε ἤδη τὴν εἰκόνα, καὶ ἀράμενοι ἀπεκομίζετε οἴκαδε. οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν

catulum respicerent, interea vterque dependens ab vbere, colore matrem referentes. Hæc ergo cùm singulari artificio Zeuxis expressisset, ipse quidem in eam veniebat cogitationem, vt putaret ob artis eximiam præstantiam atque excellentiam omnes in stuporem & admirationem spectantes se ducturum. Illi autem actutùm exclamabant. Aut quid aliud facerent, pulcherrimo incidentes spectaculo? Enimuerò laudibus certatim extollebant omnes, quemadmodum & nuper me illi, nempe inuentum peregrinum, neque non nouum picturæ consilium ignotũ prioribus. Vt verò Zeuxis animaduertit quòd argumenti nouitate tantùm illorum detinerentur animi, eoq́ ea ipsa ab arte perpendenda abduceret, ita vt neglectui darent exactam rerum expressarum diligentiam: affatus discipulum: Age, inquit, ô Miccion, inuolutam picturam atque sublatam domum aufer. etenim illi nos tantùm ob insuetam artis materiam collaudant: eorum

τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ἐποθέσεως καινοτομία. ὁ μὲν οὖν Ζεῦξις οὕτως, ὀργιλώτερον ἴσως. Αντίοχος δὲ, ὁ Σωτὴρ ἐπικληθεὶς, καὶ οὗτος ὅμοιόν τι παθεῖν λέγεται ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάχῃ. εἰ βούλεσθε, διηγήσομαι καὶ τοῦτο, ὁποῖον ἐγένετο. εἰδὼς γὰρ τούτους ἀλκίμους ὄντας, καὶ πλήθει παμπόλλους ὁρῶν, καὶ τὴν φάλαγγα καρτερῶς συναρρῆγαν, καὶ ἐπὶ μετώπου μὲν πρασπίζοντας τοὺς χαλκοθώρακας αὐτῶν, ἐς βάθος δὲ ἐπὶ τετράρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας, ἐπὶ κέρως δ' ἑκατέρωθεν τὴν ἵππον δυσμυρίαν οὖσαν ἐκ δὲ τοῦ μέσου τὰ ἅρματα ἐκπηδήσεσθαι μέλλοντα, δρεπανηφόρα ὀγδοήκοντα, καὶ

eorum verò quorum elegantia exornata est, quæq; arte magistra absoluta sunt, nullum illi dignantur habere respectum: sed vincit operis diligentiam, argumenti nouitas. Ad hunc quidem modum Zeuxis, & fortasse quàm par erat, commotius. e Cæterùm Antiocho, cui cognomen erat Soteri, & illi non dissimile quiddam accidisse fama est, in ea pugna, quam ipse aduersus Galatas habuisse dicitur. Si vultis, & hanc vobis historiam ordine, vt gesta est, percensebo. Cùm non ignoraret & corporis viribus & audacia Galatas esse præditos, inusitatamq; illorum multitudinem videret, tum phalangem fortiter coniunctam, à tergo verò æneis thoracibus indutos bellantes, præterea in profundum semper armatos vigintiquatuor ordinatos, in vtrunque autem cornu equitatũ qui viginti millibus equitũ constabat, dispertitũ esse, porrò è medio octoginta currus falcatos erupturos,

καὶ συμμαχίδας ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους τοσούτους, ταῦτα ὁρῶν, πάνυ πονηρὰς εἶχε τὰς ἐλπίδας, ὡς ἀμαχόντων ὄντων ἐκείνων αὐτῶν. ἐκεῖνος γὰρ, διὰ ὀλίγου τῆς στρατείας ἐκείνης παρασκευασθείσης, οὐ μεγαλωστὶ, οὐδὲ κατ' ἀξίαν τοῦ πολέμου ἀφικνεῖτο, μοιρίδι ὀλίγῃ ἄγων, καὶ τούτων στρατιωτικὸν τὸ πολὺ, καὶ ψιλικόν. οἱ γυμνῆτες δὲ ὑπὲρ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ἦσαν. ὥστε ὀλόγοις αὐτοῖς ἄλλοις σπερμάσθαι, καί τινα ἀνταπαμείβεσθαι τοῦ πολέμου. ἀπὸ Θεοδότας ὁ Ῥόδιος, ἀνὴρ γενναῖος, καὶ τακτικῶν ἔμπειρος, οὐκ εἶα παρὼν ἀθυμεῖν. καὶ ἦσαν γὰρ ἐπικάδικα ὀλίφαντοι τῷ Ἀντιόχῳ. τούτους ἐκέλευσεν ὁ Θεοδότας τέως μὴ ἐλθεῖν, ὡς οἷόν τε λαθακρύψαντας, ὡς μὴ κατάδηλοι εἶεν ὑπερφανόμενοι τοῦ στρατοῦ. ἐπεὶ-

ac cum illis bigas bis totidem: hæc inquam cùm videret, spem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriæ, tanquam illis inuictis existentibus. Siquidem ipse modicè instructo exercitu, neque ampliter, neque pro belli dignitate, & apparatu eum magnitudine, sanè perquàm paucos ducens aduenerat. ac illos quidem viæ plurimùm fessatos & nudos. Sedenim ex ijs qui nudi erant, plures quàm dimidia pars exercitus numerabantur. Itaque iam de petendo fœdere, ferendisq; pacis conditionibus, & bello conuenientissimè componendo secum agitabat. Atqui Theodotas Rhodius, vir excelsi & generosi animi, instruendæ aciei non imperitus, cùm præsto esset, regem perturbato animo esse non sinebat. Et erant Antiocho undecim in exercitu elephanti. Hos Theodotas iussit interea, quoad eius fieri posset, habere quàm occultissimè, ne ex acie apparentes conspicui fierent hostibus.

Vbi

ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς, καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι, καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται, καὶ τὰ ἅρματα οἱ Γαλαῖται, ἀνοίξαντες τὴν φάλαγγα, καὶ διαστήσαντες, ἐπαφῶσι, τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾷν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσι, τοὺς ὀκτὼ δὲ ἀντεπαφεῖναι τοῖς ἁρματηλαίταις καὶ συνωμαστᾶς. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτῶν, ἔφη, οἱ ἵπποι, καὶ ἐς τοὺς Γαλαίτας αὖθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες. καὶ οὕτως ἐγένετο. οὐ γὰρ πρότερον ἰδόντες ἐλέφαντα, οὔτε αὐτοὶ Γαλαῖται, οὔτε οἱ ἵπποι αὐτῶν, οὕτω πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἐταράχθησαν. ὥστε πόῤῥω ἔθι τῶν θηρίων ὄντων, ἐπεὶ μόνον τετριγότων ἤκουσαν, καὶ τοὺς ἰδόντας εἶδον ἀπρείλβοντας ἐπισημότερον, ὡς ἂν ἐκ

Vbi verò tubá signum datum esset, ac iam infestis signis concurrendum, & manus conserendæ forent, ac hostium equitatus impressionem faceret, & Galatæ aperta phalange currus immitterent, tunc vnà cum quatuor elephantis vtrinque equitibus esse occurrendum docebat: octo autem reliquos aurigis & curribus esse immittendos. Hoc enim facto, inquit, illorum equi perterrebuntur, ac retrò fugientes, in ipsos Galatas illapsi impetum facient. Nec opinionem eius rei prædictæ euentus frustratus est. Cùm enim antea nullum elephantum vidissent cùm ipsi Galatæ, tum equi illorum, adeò nouo & inopinato elephantorum spectaculo animis consternati sunt, vt longè adhuc à beluis constituti, postea quàm solùm rugientes audissent, dentésque candore relucentes vidissent, veluti ex toto nigro corpore, tum

ἐκμέλαν & τῶν παντὸς σώματος, καὶ τὰς προνομάδας, ὡς ἐς ἁρπαγὴν ὑπερφωρουμένας, πρὶν ἢ τὸ τόξωμα ἐξικνεῖσθαι ἐκκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον· οἱ μὲν πεζοὶ, πεπιεσμένοι ὑπ' ἀλλήλων τοῖς λοχαγίοις, καὶ συμπαλυόμενοι ὑπὸ τῶν ἵππων, ὡς ἔλεγον, ἐμπατούντων ἐπ' αὐτοὺς· τὰ ἅρματα δ' ἀναστρέψαντα, καὶ τοῦτα ἐμπαλιν ἐς τοὺς οἰκείους οὐκ ἀνωμοτὶ διεφέρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τῦ Ὁμήρυ·

Διέφροι δ' ἀνὰ κυμβαλίαζον.

οἱ ἵπποι δ' ἐπεὶ περ ἄπαξ τῆς ἐς τὸ ὀθνὸ ὁδοῦ ἀπετρέποντο, οὐκ ἀναχόμενοι τῶν ἐν πεφάντων, τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες, κἂν ὄχια μετάλιζον, τέμνοντες νὺ Δία, καὶ διαιροῦντες τοῖς ὀπισθίοις, εἴ τινας τῶν φίλων λαταβάλοιεν. πολλοὶ δ' ὡς ἐν ταράχῳ τοιούτῳ, λατιβάλλοντο. ἵππους δ' ἤδη οἱ ἐπίφανοι συμπαετiam proboscides ad prædam & direptionem faciendam sublatas: priùs quàm ab arcubus tela exiorsissent, versis retrò habenis, nullo q; seruato ordine aufugerunt. Sedenim pedites aliquantisper alterna cæde semet hastis confodientes, conculcabantur ab equitibus in illorum ordinem illapsis: currus autem subuersi, & illi deinceps denuò in suos non citra sanguinam ferebantur, ac planè iuxta illud Homeri:

Subuersi currus passim iacuêre supini.

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephantorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant, proscindentes per Iouem atque dissecantes acutis falcib. quoscunque ex amicis comprehendissent. Non pauci verò, vt in tali tumultu, eiecti prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus

συμπατοῦντες, καὶ συναρρίπτοῦντες ἐς ὕψος ταῖς προμαίαις, καὶ συναρπάζοντες, καὶ τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες, καὶ τέλος, οὗτοι κατὰ κρατος παραδιδόασι τῶ Αντιόχῳ τὴν νίκην. οἱ Γαλαται δὲ, οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν, πολλοῦ τοῦ φόνου γενομένου, οἱ δὲ ζῶντες ἐλαμβάνοντο, πλὴν παῖνν ὀλίγοι, ὁπόσοι ἔφθασαν ἐς τὰ ὄρη ἀναφυγόντες. οἱ Μακεδόνες δὲ, ὅτοι σὺν Αντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον. καὶ προσιόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν, ἀνέδουν τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. ὁ δὲ καὶ δακρύσας, ὥς φασιν, αἰσχυνόμεθα, ἔφη, ὦ στρατιῶται, οἷς γε ἡ σωτηρία ἐν ἑκκαίδεκα τούτοις θηρίοις ἐγένετο, ὡς εἰ μὴ τὸ καινὸν τοῦ θεάματος ἐξέπληξε τοὺς πολεμίους, τί ἂν ὑμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτοὺς; ἐπί τε τῶ τροπαίῳ κελεύει ἄλλο

pedibus proterentes atque conculcantes, simul atque in altum proijcientes proboscidibus, vnáque rapientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illa summa ope annitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cæterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt ingenti clade edita, alij autem viui capti in victonis potestatem peruenerunt, exceptis perquàm paucis, quotquot præuenientes fuga in montes semet abdiderant. Porrò autem Macedones quicunque cum Antiocho in prælium descenderant, Pæana canebant, ac alius aliunde accurrenres regem coronabant victorem, & clamantes. At ille profusis, vt fertur, lachrymis: Pudore afficimur, inquit, ô milites, quibus saltus in hisce vndecim stetit beluis, adeò vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In tropheum nihil aliud

λομηδὲν, ἐλέφαντα δὲ μόνον ἐγκολάψαι. ὥρα τοίνυν με σκοπεῖν, μὴ καὶ τὰ μὸν ὅμοιον ᾖ τῶν Αντιόχῳ. τὰ μὲν ἄλλα, οὐκ ἄξια μάχης, ἐλέφαντες δέ τινες, καὶ ξένα μορμολύκεια πρὸς τοὺς ὁρῶντας, καὶ θαυματοποιΐα, ἄλλως ἐκεῖνα γοῦν ἐπαινοῦσι πάντες. οἷς δ' ἐγὼ ἐπεποίθειν, οὐ πάνυ ταῦτα ἐν λόγῳ παρ' αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι μὲν θήλεια Ιπποκένταυρος γεγραμμένη, τοῦτο μόνον ἐκπλήττονται, καὶ ὥσπερ ἐστὶ, καινὸν καὶ τεράστιον δοκεῖ αὐτοῖς. τὰ δ' ἄλλα μάτην ἄρα τῶν Ζεύξιδι πεποίηται, ἀλλ' οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μετὰ τέχνης ἕκαστα ὁρᾶτε, εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δεικνύειν.

quàm elephātum iussit sculpere. Itaq; iam hora est considerandi ne & mea perinde censeantur, vt Antiochi apparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna æstimanda non sunt. Quidam autem elephantis, & peregrina terriculamenta spectantibus metum & trepidationem incutientia, ac plena præstigij, ea ab omnibus laude extollūtur. Porrò quibus ego confidebam, ea non admodum in illorū sunt sermone. Sed quia mulier Centaurus depicta est, hoc solum est quod mentis stuporem & admirationem inducit spectantibus, & quemadmodum est, nouum & monstrosum illis esse videtur. Cætera verò nequicquam à Zeuxide facta sunt. At non frustra. etenim vos cùm fingendi & pingendi artificij rudes non estis, singula arte magistra spectantes, expendite num solùm ista digna sint vt theatro spectanda commonstrentur.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a HABITA nuper.] *Orditur statim ab expositione causæ.* b Et propemodũ.] *Adaptatio exemplorũ, quibus ostendit, vulgò nouitatem placere, & præ ea cætera negligi.* c In cespite.] *Tabula & pictura eiusdem.* d At reliquæ picturæ.] *Amplificatio artis à malo.* e Cæterùm Antiocho.] *Alterum exemplum Antiochi.* f Sed enim.] *Amplificatio periculi hypotyposin.*

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ. *HARMONIDES.*
Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

COmmendat se amico ex principibus cuidam suo, adductus, vt ipse fingit, exemplo Harmonidæ: qui cùm magistrum suum de paranda gloria & immortalitate consuluisset, monitus ab eodem fuerit, vt antè quam à se didicisset, non omnibus Græcis, (nam id impossibile fore) sed optimatibus ac præstantissimis quibusq; ostentaret. sic enim fore, vt cùm illi ipsi laudati fuerint, vbicunq; ipsum laudarent, veram ex eo gloriam ac laudem consequeretur. Statuisse igitur se, eodem pacto & huic cõmendari se suaq; debere, vt qui primùm ea præstantia, eoq; iudicio sit, vt quod ipse suo calculo approbasset, deinde & cæterorũ omniũ probaretur, amplificando hanc personæ illius excellentiam per collationẽ. Deinde & ex eadem patria secum natus sit, vt vel eo nomine fauere ac patrocinari sibi debeat. Postremò & à scriptorum ratione facilitatem ac meritum causę ostendit. Orditur statim ab expositione exempli, cuius occasione adductum ac motum sese fingit. Concludit autem orationem per comprecationem & votum, à Dijs precando vt cœptam laudem suam crescere ac perpetuam esse velint. Titulus eadem ratione qua in superioribus, inditus est.

ΑΡμονίδης ὁ αὐλητὴς ἤρετο ποτὲ Τιμόθεον, διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, εἴπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γενοίμην ἐπὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τί ποιοῦντα εἴσοντά με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα εὖ ποιῶν, ἐδιδάξω με ἤδη, ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὴν γλωσσίδα λεπτόν τι, καὶ ἐμμελὲς, καὶ ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς ἐπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν, καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφολάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ. τὰ μέγιστα δὲ, καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς,

HARMOnides [a] tibicen quodam tempore [b] Timotheum magistrum suum interrogauit: Dic mihi, inquit, ô Timothee, quomodo mea arte possum euadere clarus & nobilis? Aut quid faciendum mihi existimas, ex quo in vniuersæ Græciæ cognitionem venturus sim? Nam alia quidem omni me studio & beneuolentia [c] iam edocuisti, nempe exquisitum tibiæ & accommodum vsum, mox lingulam tenui & modulanti spiritu insufflare, infrà autem digitos aptè adhibitos crebrò sustollere ac deprimere, deinde ad numeros ingredi, & [d] modos facere concinnos, choroque congruos, postremò conseruare singulorum [e] concentuum proprietates, quidam in Phrygio attonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico suauitatem. Hæc inquam omnia te magistro didici. Atenim quæ maxima sunt, & quorum gratia tibiæ cognoscendæ desiderio labo-

rauí,

ἄλλος, ἐχ ὁρῶ, πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι προσγένοιτο ἡ δόξα, ἢ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ἐπίσημον ἐν πλήθεσι, καὶ λελογχέναι τῷ Λακτύλῳ, καὶ ὑπ' ἀνθρώπων φανῶ, τοῖς ἐπιστρέφεσθαι πάντας ἐς ἐμὲ, καὶ λέγειν τοὔνομα· οὗτος ἐκεῖνος Ἁρμονίδης ὅδε, ὁ ἄριστος αὐλητής. ὥσπερ, ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, νικήσας τῇ Πανδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τὸ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐλὰς ὑπὸ τῷ ὀνόματι τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν. ἀπ' ἐνθα ἂν καὶ νῦν φανῇς, συνθέουσιν ἐπὶ σὲ πάντες, ὥσπερ ἐπὶ τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνια. ταῦτ' ὀκνῶ μὲν ἃ περ ἀνέξαμην αὐλητὴς γενέσθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν πεπόνηκα τὸν πόνον τὸν πολύ. ἐπεὶ

raui, nondum video, quomodo ab illo mihi paranda sit gloria, & apud multos celebris opinio, vtq; in multitudine cum existimatione aliqua clarus & conspicuus obambulem, ac præterecuntium digito commonstrer. Tum sicubi propalàm apparuero, statim omnium oculi in me conuertantur, ac me nominatim collaudantes dicant: Hic ille est Harmonides tibicen omnium præstantissimus, quemadmodum quo tempore & tu, ô Timothee, primùm ab ædibus patrijs è Bœotia profectus, tibicinem agens Pandionidi, victoriam in Aiace furente reportabas, ac melodiâ tuo cognomine nobilitâras, nemo fuit qui nomen tuum ignorasset, ac Thebanum illum Timotheum. Sed & nunc vbicunq; saltem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad te curritur, veluti ad Noctuam reliquæ auiculæ sturnatim & graculatim conuolitant. Et hæc sunt quorum nomine aulœdus fieri optauerim, tum quorum gratia tantum laborem strenuè exhauserim: quandoquidem

ἐπὶ τό γε αὐλεῖν αὐτὸ, ἄνωθεν ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτὸ, ὅτι ἄν ἀξιάκουστον, ἀνύστῳ μοι πεσγνώμονι. εἰ δ' ὁ Μαρσύας ἢ Ὀλυμπος γνώσεσθαι μέλλοιμι λανθάνων· εἰδὼς γὰρ ὄφελος ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. ἀλλὰ σὺ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρήσιμον ἀφανεῖ, καὶ τῇ τέχνῃ, καί σοι διπλῆν ἕσομαι τὴν χάριν, καὶ ἐπὶ τῇ αὐλήσει, καὶ τὸ μέγιστον, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτῆς. ἀπεκείνατο ἦν αὐτῷ ὁ Τιμόθεος· ἀλλ' ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μέν, ἔφη, οὐ ἴσθι, οὐ μικρᾶς πράγματος, ἐπαίνου καὶ δόξης, καὶ ἐπίσημος ἂν, καὶ γνωσκεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν. τοῦτο δὲ, εἰ μὲν οὕτως ἔχεις ὡς ἐς τὰ πλήθη πάσειν, ἐπιδεικνύμενος ἐθέλοις ποιεῖσθαι, μακρὸν ἂν γένοιτο, καὶ

quandoquidem tibia canere per se citra famæ & existimationis accessionem haud valde concupiscerem, si in obscuro mihi delitescendum foret, tametsi hac arte ad amussim exornato non si [h] Marsyæ aut Olympo similis euasurus essem delitescens. Siquidem [i] incelebris & [k] occultæ, quod aiunt, musices nullus est respectus aut vtilitas. Atqui tu, inquit, & ista me doce, quo modo mihi me ipso recte vtendum sit, tum etiam arte. Ac tibi duplici nomine habebo gratiam, cùm propter tibiæ peritiam qua me excoluisti, tum (quod maximum est) propter gloriam quam ex illa consecuturus sum. Ad hæc autem illi ita respondit Timotheus: Atqui, ô Harmonide, rei, inquit, non vulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes: id quod scire potes, nempe laudis & gloriæ, vtque fama celebris sis, ac vulgo notus. Hanc autem quanquam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progresso artem ostentando, consequi in animo est, multi ac longi laboris opus aggrederis, tamen

καὶ οὐδὲ οὕτως ἅπαντες εἴσονταί σε. ποῦ γὰρ ἂν εὑρεθείη ἢ θέατρον, ἢ στάδιον οὕτω μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσεις τοῖς Ἕλλησιν; ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸ πέρας ἀφίξῃ τῆς εὐχῆς, ἐγὼ καὶ τοῦθ' ἑποθήσομαί σοι. σὺ γὰρ αὔλει μὲν καὶ πρὸς τὰ θέατρα ἐνίοτε, ἀτὰρ ὀλίγον μελέτω σοι τῶν πολλῶν. ἡ δ' ἐπίτομος, καὶ ῥᾷστα ἐπὶ τὴν δόξαν ἄγουσα, ἡδέ ἐστιν. εἰ γὰρ ἐπιλεξάμενος τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀείστους, καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι μορυφαῖοι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμαστοί, ἐπ' ἀμφότερα πιστοί, εἰ τούτοις (φημὴ) ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαναίσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν οὕτω βραχεῖ. καὶ τὸ πρᾶγμα ὅρα πῶς συντίθημι. εἰ γὰρ οὓς

tamen ne sic quidem vniuersi te cognoscent. Etenim vbi gentium aut theatrum aut stadium ita magnum inueniri potest, in quo omnes Græci tibia canentem te audiant? Vt autem aliquo pacto illis innotescas, ad tui voti desiderio tandem potiaris, & hoc ego tibi subijciam. Vtere tu quidem arte tua & in theatris nonnunquam, [1] parùm tamen tibi curæ sit promiscua vulgi multitudo. Porrò compendiaria & facillima ad parandam gloriam via hæc est, si collectis Græciæ optimatibus, & paucis illorum quicunque dignitate & auctoritate præcellunt cæteros, atque indubitanter viri magni sunt, & admirandi, & aliorum omnium antesignani, quorum fides in vtraque fortuna spectata sit: ijs inquam, si artis tuæ egregium specimen exhibueris, illiq; laudis suæ testimonio te cohonestauerint, omnibus Græcis in puncto temporis te longè lateq; innotuisse putato, & passim inclaruisse. Et vide in quod compendium tantā rem tibi contraxerim. Nam

si ij

ὃς ἅπαντες ἴσασι, καὶ ὃς θαυμάζουσιν, οὗτοι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν εὐδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἄμεινον κρῖναι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ὅν τινα δ' ἂν οἱ πρόχοντες ἐπαινέσωσι, πιστεύουσι μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον, ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐτοί. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θεαταί εἰσι, κροτοῦσαί ποτε, καὶ συρίσαι κρίνουσι δὲ ἑπτὰ ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δή. τοῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι· μεταξὺ γὰρ αὐλῶν· φασίν, ὅτε τὸ πρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐνα-

πεπνευ-

si ij qui omnibus noti sunt & quos nemo non admiratur, tibicinem præclarum & celebrem te esse cognoscent, quorsum tibi vulgi iudicio aut opinione opus est, tantùm eos sequentis, qui meliores sunt rerum expensores & iudices? Siquidem popularis ista multitudo ferè semper quæ optima sunt ignorat, cùm maior illius pars manuarij sint opifices. Cæterùm quemcunque illi laudibus illustrauerint, qui reliquos vitæ splendore & dignitate anteeunt, eundem nequaquam temerè laudari planè persuasum habent. Itaque magnorum virorum inducti præconio, laudant & illi. Quippe in ipsis quoque certaminibus multi spectatores athletis nunquam clarè solent applaudere, non rarò etiam sibilis illudere: penes tamen septem, aut quinque, aut quotcunque tandem fuerint, iudicandi potestas reposita est. His magistri sui consilijs parùm obsecutus est Harmonides. Etenim inter tibias, vt fertur, cùm primùm in musices certamen descendisset, magna contentione insufflans, in ipsam tibiam inspirando exhalauit

πέπνευσε τῷ αὐλῷ, καὶ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, τὸ αὐτὸ καὶ πρῶρον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις. ὁ μέν τοι τῶν Τιμοθέου λόγος οὐκ αὐληταῖς, οὐδ' Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἐγὼ γ' οὖν, ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος ἐσκοπούμην, ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὡς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. οὕτω δ' ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ,

lauit animam, & incoronatus atque exanimis eadem ratione prima & vltima vice tibia canendi vsus in scena corruit, celebrante populo Dionysia. At sanè Timothei tam prudens oratio, non tibicinibus neque solùm Harmonidæ mihi dicta esse videtur, verùm omnibus quicunque appetentes sunt gloriæ, ingenij aut artis suæ specimen publicè exhibentes, ac multitudinis laudem suppliciter ambientes. Quare, quo tempore & ipse non dissimilia de rebus meis agitabam animo, quæreremq; quo pacto quamocyssimè apud omnes inclarescerem, prudentissimum Timothei consilium secutus, considerabam quinam in Repub. omnium foret præstantissimus, cuiq; plurimum fidei apud alios foret repositum, tum qui præ omnibus alijs esset acceptissimus. [n] *Proinde talis tu nobis apparere debebas iusto omnium sermone, veluti vniuersæ virtutis caput & summa, ac talium rerum* [o] *gnomon*

&

φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ (εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι) καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος, ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλόμενος, οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην: ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύθον. τὸ δ' ἀληθὲς, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπεδεικνύμην τοὺς λόγους· δῆλον γὰρ, ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σὺν ἅμα πάντων συνειλεγμένων, μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν ἦσθα. οἱ μέγιστε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων. ἐκεῖνοι μόνοι, ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον· σὺ δὲ καὶ τὰς τοὺς ἐφόρων, καὶ τὰς τῶν γερόντων πρόσετι, καὶ

& recta regula. Porrò si mea tibi spectanda & excutienda offerent, túque ea prosecutus esses laudibus, essent hauddubiè ita apparitura: egóque iam votis tantopere speratis potitus essem, in vno calculo omnes assecutus. [p] Aut quem tibi in eligendo præferent, non iure optimo deliquisse in habendo delectu existimarer? Itaque iuxta prouerbium, [q] in vno viro iecimus aleam: sed me hercle non aliter factum est, atque omnibus vbique hominibus meam in dicendo facultatem ostendissem. Quippe in confesso est, quòd & separatim singulos, & collectim vniuersos ipse solus morum bonitate atque ingenij gloria exuperaris. Lacedæmoniorum reges alijs omnibus vnicum tantùm calculum ferentibus, ipsi soli præ cæteris duos ferre soliti sunt. [r] Tu verò & Ephoros prætereà, & senes, in summa vniuersos calculorum multi-

καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ. σύ γε καὶ μάλιστα, ὅσῳ τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαῤῥεῖν με τοῦ παρόντι ποιεῖ, διά γε τὸ μέγεθος τοῦ τολμήματος, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβητέντα. ἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, προσέτι καὶ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί τοι, ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις εὖ ἐποίησας, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον κοίνῃ, μετὰ παντὸς τοῦ ἔθνους. ὥστε ἤν που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προσιθεὶς, ἀναπλήρου τὸ ἐνδέον παρὰ σεαυτοῦ, καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκείτω. καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἱκανὸν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦνται

multitudine in disciplinis excedis. Quin etiam in primis tu candidum & saluti ferè semper suffragantem calculum addere consueuisti: quod non mediocrem in præsentia mihi addit animum, alioqui propter audacis facti magnitudinem iure optimo metuenti. [s] Sed & illud, per Iouem, non vulgariter me consolatur, quòd mea non prorsus à te sint aliena, qui & ex ea vrbe sum oriundus, quam tu persæpè primùm quidem priuatis officijs, tandem etiam publicis iuuisti perbenignè & liberaliter. Itaque sicubi & nunc in peiorem mihi partem calculi vergerint in oratione, ac paucior erit meliorum & candidorum numerus: tu adiecto Mineruæ suffragio, ex te ipse defectum suppleto, tuiqúe familiaris censorem & correctorem te egisse putato: Atqui ne hoc quidem contentus ero, si antehac multi me admirati sint, si iam per ora virûm clarus ego & celebris volitem, si oratio-

ται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι. πάντα ἐκεῖνα ὑπηνέμια ἠνείρατά φασι, καὶ ἐπῶν σκιαί, τὸ δ' ἀληθὲς, ἐν τῷ παρόντι δειχθήσεται. οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον μὰ τὰ παιδείαν δεῖσθαι νομίζεσθαι, οἵ γε δόξαν, ἢ πάντων. ἐνφημεῖν δὲ χρὴ, πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα· δόξαιμεν γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι. καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαῤῥοῦντας, ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι. πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον οὗτ-

τον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια
τὰ μεγάλα νενι-
κηκότι.

nes meæ audientium laudibus respondeant. Omnia illa ventosa & euanida, vt est in prouerbio, [t] sunt somnia & verborum vmbræ. [u] Cæterùm ipsa veritas in præsens certissimis argumentis declarabitur. Ille exactus erit mearum lucubrationum finis & terminus, nec ampliùs ambiguitati locus relinquetur, ne tantùm quidem, quod vel vllius mentem aliquo dubio distrahat: sed aut optimum iuxta disciplinas æstimandum est, quod tibi oportet gloriam, aut omnium. Sed meliora proferenda, & magis ominatiora, ad tantum certamen eunti. [x] Videamur verò, ô superi, hominum opinione & existimatione non indigni: ac eam quæ nobis ab alijs euentura est, laudem confirmate, vt in posterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne stadium minus reformidandum est ei, qui magna Olympia diuicerit.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus Timotheum inducit Harmonidæ præcepta dantem tibicinum: Suum, inquit, cuiusque est modulationis conseruandum, Phrygij Entheum quiddam & afflatum, Lydij Bacchicum, Dorij castum, Ionici verò iucundum & suaue. Quum verò Harmonides ipse à Timotheo peteret, quonam modo citò posset ex arte Musica innotescere, et Timotheus respondit: Si peritioribus & optimatibus placeret. Harmonides id consilium spreuit, & intentissimè tibias inflauit, vt ita omnibus innotesceret, sic non modò innotuit, sed cum spiritu & vitam amisit, quod ea causa libentiùs adolescentibus expositi, vt & illi à doctoribus & senioribus moneri ac doceri velint. Fuerunt autem apud Græcos hæc cantionum discrimina. Fuit enim Harmoniæ genus quoddam ad iucunditatem & hilaritatem inuentum, Idq; Ionium vocabant. Erat & Lydium ad insaniam & Bacchicum furorem incitans. Erat & Phrygium generans ἐνθουσιασμὸν: id est, diuinum quendam impetum & afflatum. Erat & Dorium, siue Doricum cantionis genus ad grauitatem & modestiam animos hominum reducens, cuius tanta vis erat, vt Basilius author sit, Pythagoram, cùm obuium haberet adolescentum gregem, qui ebrietate nimia debacchabatur & insanirent, iussisse psalten mutare genus cantionis, & canere Doricum, statimque omnes reduxisse ad sobrietatem & modestiam. Prisci enim Dorium in rebus seriis adhibere solitos accepimus, non Phrygium, neque Lydium, quare cùm quid lætius aut iucundius vel dicendum, vel optandum esset, à Dorio in Phrygium desinebant. Cassiodorus de his modulis Epistolarum lib. 2 prodit: Dorius, inquit, prudentiæ largitor est, & castitatis effector. Phrygius pugnas excitat, votum furoris inflam-

mat. Aeolius animi tempestrees tranquillat, somnúmque iam placatis attribuit. Iasius intellectum obtusum acuit, & terreno desiderio grauatis, cœlestium appetentiam bonorum operator indulget. Lydius contra nimias curas animæ tædiaque repertus remissione reparat & oblectatione corroborat. *Hæc quidem ille.* Sunt verò & ex his alij de quibus Aristoteli alijsque mentio. Fuit autem Timotheus Milesius citharœdus, vt aii Stephanus, celebratissimus, floruitque eadem, qua Euripides, hoc est, Philippi regis ætate.

a HARMONIDES.] *Occasio commendationis ab exemplo.* *b* Timotheum.] *Hic nobilissimus sub Alexandro Magno floruit, de cuius musica iam potenti, & qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit etiam Dion in libro de Regno.* *c* Iam edocuisti.] *Hic cogita quanta sermonis copia in vna Musicæ parte vsus sit Lucianus, cum potuisset summatim diceee: τὴν αὐλητικὴν ὅλην ἐκμεμάθηκα:* id est, *artem inflandi tibiam totam perdidici. Hoc exemplum Erasmus noster adduxit in secundo de Rerum copia commentario, de prima locupletandi ratione, quæ est, quando id latius explicatur, atque in partes diducitur, quod summatim ac generatim dici poterat.*

d Modos facere concinnos.] *Sunt qui modos, seu modulos, nomos, hoc est, leges appellant, quoniã quasi lege præscriptum sit, ne fidium vocumq; intentiones mutarentur.* *e* Conceutuum.] *Modorum seu nomorum ratio circumscribitur. Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον. i. furorem, sed sacrum duntaxat: Lydio Bacchanalem licentiam, Dorico seueritatem, Ionico Iucunditatem. Hæc Antigenidæ tibicini tribuit Apuleius lib. 1. Florid. Tybicen., inquit, quidam fuit Antigenidas, omnis vocula melleus modulator, & idem omnis modi pertius modificator, seu tunc vellet Aeolion simplex, seu Iasium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Doricum bellicosum: quem Lucianus βραχικὸν vocat. Apuleius querulum, cùm Ionicum Iasium dixit. Sunt plures modi, sed hos quatuor vt præcipuos duntaxat nominauit Lucianus, quos concentus, seu harmoniæ proprietatem nominat. Nomorum porrò apud Plutar. & Bœot. in Musica species multæ.* *f* Prętereuntium digito

digito commonstret.] παιδεία *Luciano in suo somnio, talibus scilicet ornamentis ego te insignem & conspicuum reddam, vt eorum quoque qui te aspicient, quisque proximè attestantem leniter impellens atque commonens, digito te demonstret, atque dicat: Hic est ille, &c. Vide ea quæ ibi annotauimus. Et in nostro Chiliarcho adag. 44. Digito ostendi, pro eo quod est, insignem esse, quod natum videri potest ab eo, quod in vita Diogenis de Demosthene narrat Laërtius.* g Ad noctuam.] *Noctua noctu videt, canit & volat sola, odiosa cæteris auibus, in quas astuta vtitur dimicatine. Nam auicularum multitudine circundata, resupina pedibus pugnat, collectaque in arcum, rostro & vnguibus tota tegitur. Ei auxiliatur accipiter, fœdere quodam naturæ, vt inquit Plinius. Laërtius scribit, Timonem Phliasium hoc nomine maximè reprehendisse Arcesilaum, quòd is populares plausus non aliter consectaretur, atque noctua frequenti auium conuentu claudi consueuit:*

Hæc ait & turbam dextra læuaque frequentem
Ingreditur, volucres vlulas mirantur ineptæ.
Illa stupet stolidum: sed tu vanissime, plebis
Captator, quid ob hæc tam nō præclara superbis?

Apologum Angel. Politianus in Lamia sua verbis expolitissimis exponit. h Marsyæ.] *De Marsya scripsimus antè in dialogo Iunonis & Latonæ, & pòst in Tragopodagra, Vide fabulam apud Ouidium lib. 6. Fastor. Eiusdem Marsyæ meminit Lucianus, aduersus indoctum suis libris tumentem.* i Incelebris] *Abstrusæ.* k Occultæ, quod aiunt.] *Huius adagij sensus est, quasuis egregias dotes ingenij, si non perferas, perinde esse, quasi non habeas. Hoc refertur à Suetonio in Nerone, & Gellio libro Noctium 13. capite vltimo: Nosti, inquit, magister verbum illud, scilicet vetus, egregiam musicam, quæ sit abscondita, illam esse nullius rei. Allusit huc huaddubiè Ouidius cùm ait:*

Tu licet ad Thamyram superes, atq; Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

l Parum sit tibi curæ.] *Dionysius tybicen gloriatur apud Laërtium in Cratete, quòd nemo pulsus suos audisset, neque in*

triremi, neque ad fontem, quemadmodum Ismeniæ. sentiens se minquam captasse plausus sordidorum & imperitorum, sed sat habuisse se probari paucis eruditis. m Vitæ splendore.] Ea est enim profectò laus iucunda, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Cicero libro 15. Epistolarum familiarium: Lætus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Nænium abs te, pater, laudato viro. n Proinde.] Propositio, quâ se commendat amico ex principibus vni. o Gnomon.] Γνώμων Latinis norma vocatur, ad quam exiguntur anguli, sicuti ad regulam longitudines, ad perpendiculum altitudines. Quæ Cicero libro 2. Academicarum quæstionum tria complexus est: Atqui si crederemus, inquit, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. p Aut quem.] Ratio, à præstantia & iudicio personæ eius cui scribit. q In vno viro iecimus aleam.] Vide ea quæ annotauimus in Apologia, pro Imaginibus, & in Saturnalibus. r Tu verò.] Ab amplificatione personæ, à collatione. s Sed & illud.] A communi patria. t Sunt somnia.] Somnium est quod in somnis videre videmur: vnde prouerbialiter somnium & somnia rem futilem, inanem & nihili dicimus. Idem in dialogo Nirei, Thersitæ & Menippi: ὀνείρους μοὶ λέγεις, Somnia mihi narras. u Cæterùm ipsa veritas.] A ratione scriptoris. x Videamur verò.] Conclusio κατ' ἐξοχὴν.

ΣΚΥΘΗΣ Η Περὶ ξενίων. SCYTHA, SEV a Hospes.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

LAaudat Macedonicos quosdam ciues, patronos, vt videtur, suos, vt à quibus maximè adiutus, atque apud cæteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharsidis Scythæ, & Solonis Atheniensis: ad quem cùm alter Athenas profectus, à Toxare populari suo ad ductus fuisset, & humaniter acceptus

ptus ab illo, breui toti ciuitati notus atque acceptus est. Eodem igitur pacto & se, cùm in Macedoniam venisset, ab omnibus, vt ad illos de quibus encomium hoc instituit, diuerteret, iisque sese commendaret, admonitum fuisse ait. Vt enim apud Athenienses aliquando Periclem, Aristotelem, & Solonem, quasi cæterorum omnium instar fuisse, ita hoc inter Macedonas reliquos excellere. Titulum ex eadem ratione, qua superiores, hæc quoque oratio habet. Cætera plana sunt.

ΟΥ πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήνασε, παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, ὁ φὸς μὲν, καὶ καλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων. οἴκοι δὲ οὐ τοῦ βασιλείου γένους ὢν, οὐδὲ τῶν πιλφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν, καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι· τοῦτο δέ ἐστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. οὗτος ὁ Τόξαρις οὐδὲ ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ'

NOn [b] *fuit primus* [c] *Anacharsis, qui ex Scythia Athenas vsque peregrè profectus est, Græcanicæ disciplinæ perdiscendæ desiderio: sed ante illum & Toxaris, vir & multæ sapientiæ, & elegantiæ, ac rerum optimarum studiosus admodum, sed qui domi nõ erat de sanguine regio, neque ex ijs qui tiarat gestare solent: verũ vnus è vulgo Scytharum & popularium, cuiusmodi sunt qui apud illos vocãtur* [d] *Octipedes: quo significant aliquem duorum boum & vnius plaustri esse dominũ. Hic ergo Toxaris haud iterũ postliminio ad Schyshas regressus est,*

ἀπ' Αθλώνσιν ἀπέθανε· καὶ μετ' ὀλίγον καὶ ἥρως ἐδοξε, καὶ ἐνταῦθα αὐτῷ ἐξ ἐκείνου ἰατρῷ οἱ Αθλωνῆται ζῶντι γὰρ τὸν ἄνδρα ἥρωα γενόμενον ἐπικτίσασθαι λέγουσιν, καὶ ἀπ' ἐκείνου τὰς ἐπωνυμίας, καὶ ἀπ' ὀνόματος τοῦ ἥρωος λαβεῖν, καὶ τῶν Ασκληπιαδῶν εἶναι ἔδοξεν, ὃ χαλεπὸν ἴσως διαγνῶναι, ὡς μάθοις δ' ἂν Σκύθαις μόνοις ἐπιχώριον ὂν ἀποθανατίζειν, καὶ σκοπεῖν περὶ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Αθλωνίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τὸ κρεῖττον· λατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν Ἀρχιτέλει γενέσθαι, Ἀρεοπαγίτῃ ἀνδρὶ, ἐπισάντα οἱ τὴν Σκύθην, ἀναθύσαι ἑκατὸν Αθλωνίοις, ὅτι παύσαντα τὸν λοιμὸν ἐχόμενοι, ἢ τὰς σφετέρας οἰκίας πωλῶν ῥάνωσι. τοῦτο γὰρ ἀκούσαντες οἱ Αθλωνῆται ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς, ἔτι ἀμύσσοντας πονηρὸς ὁ οἶνος ὀσφρήσασι τὴν ὀδμήν,

sed Athenis manens diē suum obijt, ac non multò pòst etiā heros esse visus est: atq; hunc peregrinum medicum Athenienses non secus atq; vnum colunt ex heroum numero. Hoc enim nomen cùm heros esse declaretur, posiidere cœpit. Sed enim causam cognominis, & quamodrem in heroum catalogum relatus sit, vnusq; ex Aesculapianis visus sit, non alieuū fortasse est percensere, vt cognoscatis. Non Scythis tantū moris est immortalitate donare homines, & ad Zamolxin[c] ablegare mortuos: sed Atheniēsibus quoq; licitū est, in Græcia Scythas deos facere. Quo tempore sæuâ pestilentiâ populus Atheniensis infestabatur, videre visa est Architelis viri Areopagitici vxor sibi Scythā adstitisse dixissēq; fore vt Athenienses à pestifero contagio liberarentur, si angiportus vino conspergerent. Hoc cùm sæpiùs fieret (neque enim Athenienses mulierculæ verba audita dedeunt neglectui) factum est vt non amplius pestis in eos grassaretur, siue vaporibus quibusdam noxijs vini odore extinctis, siue

ἄτι ἄλλο τι πλέον ἐδύνατο ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἄτε ἰατρικὸς ὢν, σωτηρίαν ἔπνεον. ὁ δ' ἔν μισθὸς τῆ ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀπάγεται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι, ὅθεν ἔδειξεν ὁ Δημαινέτης προσευθύνας αὐτὸν, ἐλάλησεν ἐνῆνα τὰ περὶ τῦ οἴνου καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῆ τι ἐπιγραφῆ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφάνιζε ἔτι καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῆ σήλη Σκύθης ἀνὴρ ἐνηκόλαπτο, τῆ λαιᾶ μὲν τόξον ἔχων ἐντεταμένον, τῆ δεξιᾶ, δὲ βιβλίον ὡς ἐδόκει ἔτι καὶ νῦν ἔν ὅλοις ἄνω ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον τὰ δ' ἄλλα τῆ σήλης. καὶ τὸ πρόσωπον ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό πω. ἔστι δὲ ἐ πολὺ ἀπὸ τῦ Διπύλε, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ακαδημίαν ἀπιόντων, ὀ μέγας τὸ χῶμα, καὶ ἡ σήλη χαμαὶ, πλὴν ἀπ' ἐσπλάγχνα ἀεί. καὶ φασὶ πυρετιώντας τινὰς ἤδη πεπαῦθαι ἀπ' αὐτοῦ.

siue aliud quiddam maioris efficaciæ norit heros Toxaris, quippe qui medicus existens, ista Athenienſibus facienda ſuaſerit. Itaq; curationis merces etiam nunc illi perſoluitur. nam niuei coloris equus ad eius monimentum immolatur, quo loci monſtrauit Dimenide illũ accedẽtem ea quæ de vino ſpargendo diximus, imperaſſe. Et inuentus eſt eo loco Toxaris eſſe ſepultus, ipſa inſcriptione cognitus, tametſi non integra appareat: in primis verò quòd ſuper columnam vir ornatu Scythico ſculptus fuerat, læuâ arcũ intenſum, dextrâ verò, vt viſus eſt, librũ tenens. Etenim adhuc plus quàm dimidio corpoee conſpicitur, & arcus totus vnà cũ codice: reliquas verò partes ſtatuæ vnà cum fronte tẽporis lõginquitas iã deuaſtauit. Eſt aũt non procul ab ædibus Dipyli, à læua in Academiã ingredientibus tumulus non magnus, & ſtatua humi ſita, verùm ſubinde recentibus ſertis redimita. Aiunt quẽ nonnullos febre laborantes iam ab illo ſubleuatos eſſe:

καὶ μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν. ἀλλὰ γὰρ οὗ περ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις, ὁ Ἀνάχαρσις δὲ ἄρτι καταποπλευκὼς, ἀνήρ ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ καὶ γὰρ συνίει κα. ταγελώμενος παρὰ τῶν ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωσσον οὐδένα εὕρισκε καὶ ὅλως, μετέμελεν αὐτῷ ὅδη τῆς ὁδοῦ. καὶ ἐδέδοκτο, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ἐπὶ πόδα ἐνθὺς ὀπίσω χωρεῖν, καὶ πλοίου ἐπιβάντα, πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε, ἐς Ἐκύθας. οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τό=

& per Iouem à vero non abhorret, quippe qui totam ciuitatem quondam peste grauatam liberauerit. Sed regrediamur ad id cuius gratia illius mẽtionem fecimus. Adhuc quidem in viuis erat Toxaris, Anacharsis autem cùm nuper soluisset è patria, ex Pyræo in vrbem venit, veluti hospes & barbarus, non mediocriter animo perturbato, omnia ignorans, ad multa meticulosus & trepidus, pendens animi quid ageret. Siquidem non obscurè intelligebat à videntibus se haberi ludibrio propter habitus peregrini insolentiam, & eandem linguam sonare callentem inueniebat neminem. In summa, iam illium susceptæ prnfectionis pœnitebat, constitutum habens in animo, visis tantum Athenis auctutùm retrò abire in patriam, conscensoque nauigio iterum soluere in Bosporum, vnde non multum itineris illi conficiendum restabat in Scythiam. Ad hunc modum hæc secum reputanti Anacharsidi dæmon quisqiam bonus illi sit obuiam, vt reuera credendum est, nempe

Toxaris

ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ στολὴ αὐτὸ ἐπεσπάσατο, πατριῶτις οὖσα, εἶτα μέν τοι οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅ τε γένους τοῦ δοκιμάτου ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ; πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον, ἐπεξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου. ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ἂν τυγχάνεις, ὁ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο, σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς ἔφη, ἐκεῖθεν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις

Toxaris [f] in Ceramico. Ad quod primùm illum pertraxit habitus, quem videbat sibi esse patrium. Deinde haud difficulter cogniturus erat & ipsum Anacharsis, nempe ex illustri ortum genere, quiq; inter Scytharum primates nō infimum locum obtineret. Porrò autem Anacharsis vnde cognoscere potuisset popularē sibi esse Toxarim, more Græcorū exornatum, mentum habentem detonsum, incinctum, nullo ferro munitum, iam multa facundia facetum & lepidum, [g] atque ex ipsis Atticis vnum indigenam? Adeò iam transformatus erat longinquitate temporis. Verùm Toxaris Scythica lingua affatus illum: Nónne tu, inquit, Anacharsis ille es Dauceto patre prognatus? Lachrymatus est præ gaudio Anacharsis, propterea quòd eiusdem linguæ hominem inuenisset, planeq; callentem quis esset, aut quem apud Scythas dignitatis locum obtineret. & interrogauit: Tu verò vnde me nosti, ô hospes? Cui ille: Inde ego sum, inquit, è vobis oriundus, ex Scythia: nomē mihi est Toxari, non

εις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα, ὥς τις Τόξαρις, ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι, τιμώμενος ἐπὸ τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. οὐκοῦν ἤδ' ὅς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητὴν σοῦ ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθης ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα. καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀπολυμήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι. καὶ εἴ γε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη, πρὶν ὅλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατίεναι. οὕτως ἐτεταράγμην, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον,

ri, non ex claris illis ducenti generis originem, vt per hoc tibi notus esse queam. Num, inquit ille, tu es Toxaris, de quo ego inaudiui, Toxarim quendam amore visendæ Græciæ relictis domi vxore & infantibus filijs, Athenas esse profectum, & nunc ibi versari, inq; magno esse precio apud optimates? Ego, inquit, illeipsejsum, si qua etiam nũc apud vos de me fama superstes est. Proinde, inquit Anacharsis, scias me tuum factum esse discipulũ, ac amoris tui æmulum, quò huc perductus es, scilicet vt viderem Græciam. [h] Itaque huius negociationis gratia peregrè profectus venio, infinitis malis perfunctus apud gentes in medio sitas. Et nisi tu mihi factus fuisses obuiam, iã decretũ erat, priusquam sol occidisset, me retrò ad nauem voluisse referre gressum. vsque adeò consternatus eram animo, peregrina & incognita omnia conspiciens. [i] Sed age per Acinacem & Zamolxim deos nobis penates, tu me assumptum, ô Toxari, vt hospitem circumducito,

σον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων, τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, καὶ ἤθη καὶ πανηγύρεις καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἅπερ σύ τε κἀγὼ μετὰ σὲ τοσαύτην ὁδὸν ἥκομεν, καὶ μὴ περιΐδῃς ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρεφόντα. τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ἐπὶ τᾶς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα. πλὴν ἀλλὰ θάρρει. οὐ γὰρ ἄν, ὡς φῄς, ἀπέλθῃς, οὐδ' ἂν ἀφίῃ σε ῥαδίως ἡ πόλις. οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλύψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι. ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ, ἐγὼ ἀποθήσομαί σοι.

cito, ac mihi pulcherrima quæque quæ Athenis sunt, cõmonstrato: deinde, si qua etiam passim in reliqua sunt Græcia admiranda & visenda, cũ leges optimè constitutas, tũ viros quosq; integerrimos, ad hæc mores & ludos publicos, & vitã illorũ, & Rempub quorũ indagandorũ gratia prior tu, exin ego post te tantum itineris exhausimus. Et ne permittas, vt his omnibus nondum visis mihi retrò pes mouendus sit. Hoc equidem, inquit Toxaris, minimè amanter dixisti, vix tactis pede liminib9, mox te rediturũ postliminio: Atqui bonũ habe animum: neq; enim, vt tu tecũ cogitas, abibis, neque te facilè dimissura est ciuitas. Neque verò adeò modica habet erga retinendos hospites demulcimenta aut illectamenta, verùm multò magis te susceptum ita tractabit, vt ne vxoris ampliùs, neq; liberorum, si quos interea nobis absente suscepisti, admodum memor futurus sis. Cæterùm vt quàm celerrimè vniuersam Atheniensium vrbem visam cognoscas, aut potius omnem Græciam, & ea quæ apud Græcos maximè visenda sunt, ego tibi effectum reddam.

Agit

ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀπεδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀείστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης. ὅψει γερόντα, οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον, πὴν διά γε τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθετῆ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιοῦν. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνὴρ ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν τῇδε ἀγαθῶν ὡς οὐκ ἔστιν, ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συστήσας ἐκείνῳ. μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν.

Agit hic vir multæ & admirandæ sapientiæ, & quidem indigena, sed qui diu multumq; susceptis peregrinationibus & in Asiam & in Aegyptum profectus sit; ac cum optimis quibusque mortalibus vitæ consuetudinem habuit: cæterà homo non admodum diues, verùm infimæ penè fortunæ mendicus. Videbis senem adeò populariter exornatum: veruntamen cùm propter sapientiæ excellentiam, tum aliarū virtutum quibus præditus est, præstantiam, ab omnibus certatim colitur, adeò vt etiam pro legum auctore eo vtantur in constituenda Repub. neque iuxta eius præcepta viuere dedignantur. Hunc si amicitia tibi iunctum possederis, ac planè cuiusmodi vir sit, perdidiceris, vniuersam Græciam in te habiturum haud dubitanter existima. Et quod caput est nosse, sic habe, ex omnibus bonis hîc repositis, non maiori me tibi gratificari posse aut officio aut obsequio, quàm si huic te quam commendatissimum reddidero. Ne igitur cunctemur, ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumens quantocyus ad illum ducito.

Sed

ἀτὰρ ἰζάνω δίδια, μὴ δυσπρόσοδός σοι, καὶ ἐμπαρίσχω θύτας σοῦ τῷ ἔντυξιν ὑπὲρ ἡμῶν. ἰωφήμι, ἀλλ' ὅς, ἐκείνω τὰ μέγιστα χαρίεσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς ἐς ξένον ἄνδρα ἐυποιΐας. ἔπου μόνον· ἄσσον γὰρ ὅσοι περὶ τοὺς ξένους ἠδὺς, καὶ ἡ ἄμμη ἐπιδεκέα καὶ χρηςότης, μᾶλλον δὲ λατὰ δαίμονα οὕτως αὐτὸς ἡμῖν πρόσεισιν, ὁ ἐπὶ σωνοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα προσεπὼν τὸν Σόλωνα. τοῦτό σοι, ἔφη δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον. Σκύθης δὲ ὢν τῶν παρ' ἡμῖν ὑπατριδῶν, νῷ ὅμως τὰ πάντα ἀφεὰς, ἥκει σωτόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀψόμενος τῆς Ἑλλάδος κἀγὼ ἐπιζητῶ τινα τούτῳ ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷσα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, ὡς γνωριμος γένοιτο τοῖς ἀείσοις.

Sed enim illud vereor, ne aëfficilis accessus sit, tuum q; erga me studium tanquam superuacaneum respuat. Bona verba, inquit ille: videor enim illi rem omnium gratissimam facturus, benevolentiæ erga hospitem ostentandæ occasionem illi offerens. Tantum verò me sequere, statimq; quasi erga hospites reuerentia, tum quàm à comitate non auersus, tum quæ alia eius bonitas, & ingenij amœnissimi suauitas, cognosces. Quin potius, bona fortuna duce, ille ipse nos accedit: nempe ille qui cogitabundus secum loquitur. Et cum dicto Solonem allocutus: Venio, inquit, maximum tibi munus adducens, virum peregrinum egentem amicitiæ. Est autē genere & natione Scytha, vnus apud nostrates ex nobilibus & summo loco natis. Omnibus verò in patria relictis, huc venit nobiscum conuersaturus, eaque quæ per Græciam sunt præstantissima, visurus. Porrò ego eius rei compendium illi inuentum curaui, quo pacto facillimè simul & expeditissimè vniuersa perdisceret, & optimi-

σοις. τοῦτο δ' ἦν σοι προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις καὶ προξενήσεις αὐτοῦ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη, Σόλωνα ἰδών. τοῦτο αἱ Ἀθῆναι. τοῦτο ἡ Ἑλλάς. οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι, τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κατὰ τὸν πρεσβύτην τοῦτον. ἁπάντων ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τῆς ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανὼν, τοῦτο, δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ. μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἤσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν. ὡς

mis quibusque innnotesceret. Aliam verò ad hæc consequenda viam compendiosiorem non tenebam, quàm si hunc tibi adductum familiarem fecissem. Itaque si Solonem ego planè pernoui, sic facies, ac illum in bonorum notitiam & studium perduces, & germanũ ciuem Græciæ esse ostendes. Et quod tibi paulò antè dixi, Anacharsi, omnia iam viso Solone conspexisti. Hoc sunt Athenæ, hoc est, ipsa Græcia. Neq; ampliùs hospitem te esse puta. Omnes te nouerunt, omnes certatim amore te prosequuntur Tantum tibi in hoc sene bonum repositũ esse ne dubites. Omnium in Scythia relictorum te capiet obliuio, iuncta cum illo conuersatione. Habes peregrinationis tuæ præmia, de amoris finem tantopere desideratum. Hîc tibi Græca est regula, neq; non Atticæ philosophiæ index certissimus. Quare hoc tibi persuade, eum esse multò felicissimum, quicunque cum Solone versatus fuerit, eoq; amico vtitur. Perlongum esset referre, quantum cùm Solon sit delectatus munere,

tum

ὡς δὲ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν παιδεύων, καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διαπρέψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. ὁ δὲ τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι ἀπελειπόμενος. ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις, ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος, καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον· οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι τούτῳ, ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο. καὶ ἐφίλουν, οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα, καὶ ἐμνήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις

tum quibus verbis responderit, ita, vt in reliquum tempus dulcissimè simul & coniunctissimè conuixerint, alter quidem illorum, nempe Solon, docens & instituens rebus pulcherrimis, & amicum Anacharsin in omnium familiaritatem aggregans, Græcorumque optimatibus adducens, tum per omnia diligentissimè curam agens, quo pacto quamiucundissimè in Græcia in precio habitus præcelleret. Alter autem admirandam illius sapientiam attonito animo admiratus, ne altero quidem pede volens à senis latere discedebat. Itaq; quemadmodum illi pollicitus fuerat Toxaris, ex vnico Solone in puncto tẽporis vniuersa cognouit, ac omnibus innotuit, & illius gratia à cunctis familiariter colebatur. Neq; enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon: verùm hominibus & hoc moris erat, vt quemadmodum Soloni legislatori libenter dicto audientes erant, amore quoque & beneuolentia prosequebantur, quoscunque ille aliquo precio dignos esse existimabat, ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus verò ex Barbaris Anachar-

σις δημοποίητος γενόμενος. ἐμὲ μὲν Θεοξένῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ τὸ ἰσοροῦντι περὶ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνείρηψεν, οἶμαι, εἰς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλωνα ἀπέθανε. βούλεσθε οὖν ἤδη ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκίφαλος πλεονοξίᾳ; ὥραγὲ δὴ ἐφ' ᾧ, οὗ τινός μοι ἄνηκα ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις τὰ νῦν ἐς Μακεδονίαν ἥκοντον, ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα ἐπαγόμενος Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι. καὶ πῶς Χαείτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, ἐς βασιλικῷ ἀνδρὶ ἑαυτὸν ἄπασα· βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος. καὶ οὐδέν τι φαύλης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ οὐδὲ κατὰ τὸ βασιλικὸν ἐσποιῶ τὰμὰ εἰς τὴν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δέ. ὅτι γὰρ πρῶτον ἐπιδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλά-

sis initiatus est, ac ciuitate donatus, si Theoxeno fidem habenda est, qui præter cætera & hoc de illo literis ac memoriæ prodidit. Sed neque, vt opinor, retrò ad Scythas Anacharsis abijt, nisi Solone mortuo. Vultis igitur fabulæ finem iam imponam, ne sine capite obambulet? proinde iam tempus est cognoscendi ciues, cuius rei gratia mihi Anacharsis ex Scythia, & Toxaris in præsentia venerunt in Macedoniam, ad quos Solonem quoque adultæ ætatis hominem ab Athenis adduxi. [k] Siquidem aio & me non dissimile quiddam cum Anacharside passum esse. Ac per Gratias vos obsecro, ne indignabundo animo mihi vitio vertatis similitudinem, si viro regio memet ipse comparauero. Barbarus enim ille fuit: cæterùm nos Syros vlla in re Scythis deteriores non facilè dixeris. Atqui neq; res meas cũ regia magnificentia cõponere annitor similitudine, nisi quantum ad ea quæ diximus. Nam cùm primùm in vestrã vrbẽ hospes immigrassem, statim

ἐξεπλάγην μὲν ἐνθὺς, ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν. ὥστε ἐπιπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει, πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω δατεθήσεσθαι τὴν γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον, Ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις. οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων, καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τὸν λόγον ὑμῖν, πάλαι ἐδέδοκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ, οὐδ' ἀποκρύψομαι τἀληθὲς, οἵ τινες οἱ προὔχοντες εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν, καὶ συγγρα=

statim animo obstupefactus sum, visa eius & amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine, aliaque potentia & splendore omni cognito. Itaque multo tempore animo hærebam attonitus ad hæc, nec poteram cuncta abundè satis admiratione prosequi: cuiusmodi quiddam & insularis ille iuuenis conspectis Menelai ædibus passus est. Neque verò alium ego obtinebam animum, intuitus vrbem tanto vigore vigentem, ac iuxta Poëtam illum omnibus bonis florentem, quibus ciuitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo, deinceps de ijs quæ agenda forent, mecum deliberabam. Iam enim olim constitutum habebam, oratione vos & laudibus illustrare. Quibus enim alijs ostendi, silentio tam præclaram ciuitatem præteriens? Quippe quærebam (neque enim veritatem prudens celabo) si qui essent qui reliquos dignitate anteirent, & quos aggressus aliquis, ac

συγγραψάμενον πεσάτας, σωαγωνισᾶς χῶτο πὲς τὰ ὅλα. ἐνταῦθά μοι οὐχ ἕις, ὥσπερ ὦ Ἀναχάρσιδι, καὶ αὐτὸς βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐτᾶς συλλαβᾶς ἔλεγον· ὦ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δίκαιοι ἀνὰ πᾶσαν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀμαχόθι τοιούτους ἄνδρας ἀγαθούς. δύο δὲ μάλιστα ἐσθ' ἡμῖν ἄνδρε ἀείσω, τὼ μὲν καὶ ἀξιώματι πολὺ πρέσχοντε ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ μουσικῇ παραβάλλοις ἄν. ἃ δὲ παρὰ τοῦ δήμου σύνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πὲς αὐτὸς, καὶ τοῦτ' ἐγίνετο ὅ, τι ἂν ἄεισον ἢ τῇ πόλει. πᾶσι μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ πᾶσι πὲς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ ἐν μηδενὶ τοσόδε τῷ ἀντιφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας ἀλλήλοισιμον, καὶ τὸ πρᾶον,

historia de illis memoriæ prodita, adiutoribus vteretur ad omnia. Ibi verò mihi non vnus, quemadmodum Anacharsidi, & ille quidem barbarus Toxaris, sed plures, aut potius omnes eadem tantùm non ijsdem syllabis respondebant. Multi quidem & alij præclari & industrij viri, ô hospes, in hac vrbe habitant, nec temerè alibi eiusmodi viros inuenies perinde bonos. [m] *Duo tamen cumprimis sunt longè optimi & præstantissimi, generis splendore & dignitate omnibus longè superiores: cæterùm disciplinarum cognitione ac dicendi facultate, Atticæ Musæ eos non absurdè comparaueris. Populi mirus erga illos fauor, & studium singulare existit. Et hoc quoque quod in ciuitate optimũ & præstantissimum esse constat, illorum bonitatem, & obuiam erga hospites humanitatem, nullamque in tanta magnitudine inuidentiam, ac reuerentiam coniunctam cùm beneuolentia, tum animi manſue-*

ον, καὶ τὸ ὠμπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, παραθεὶς μικρὸν ὕστερον. καὶ ὡς μέγιστον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐσὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοῆσαι· ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα ἀπάξεταί σε, οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπίᾳ τινὰ τῷ ὄμματι· ἐὰν δὲ καὶ φθέγξασθαι μόνον. οἰχήσεταί σε ἀφ' ὧν ὦτων ἀναλυσάμενον, ὡς αὐτῶν Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ πανίσκος ἔχει, ἥ γε τοι πόλις ἅπασα, κιχανόντων ἀκούσειν, ὁπόταν ἀγορεύσων παρέλθοι. ὁποῖόν φασι τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου πρὸς τὸν τῦ Κλεινίου παιδὸς θαπτόμενα, παρ' ὅσον οἷς μὴ ἐς μακρὰν μεταμέλησε τοῦ ἔρωτος, οὗ πράσθησαν τῷ Ἀλκιβιάδῃ. τοῦτον δὲ οὐ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἅδη

manſuetudinem & morum facilitatem quibuſuis accedentibus expoſitam, ipſe hauddubiè alijs verbis celebrabis, paulò pòſt harum rerum facto periculo. Atque vt mireris impenſiùs, ex vna eadémque familia ſunt pater & filius. Alter quidem non alius quam ſi Solonem, aut Periclem, aut Ariſtidem animo conceperis: alter verò filius, te ſaltē conſpectum actutum domum abducturus eſt. Adeò præſtanti corpore viſendus eſt, & maſcula quadam forma decorus & amabilis. Quòd ſi modò ore vocē ſoluto loqui inceperit, ducet te reuinctum ab auribus. tantam dicendi venerem, & verborum ſuauitatem iuuenis in lingua ſita tam poſſidet. Quinetiam vniuerſa ciuitas ad audiendum inhiat, quoties ad populum verba facturus progreditur: euiuſmodi aiunt Athenienſibus quondam accidiſſe in Cliniæ filio adamando, præterquam quòd non multò pòſt eos amoris ſummè pœnituerit, quo Alcibiadem complexi fuerant. Porrò hunc non ciuitas ſolùm arctiſsimè diligit, verumetiam reuerenter habere non

ἄλλα ἀξιοῖ. καὶ ὅλως, ἐν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. ἀ δὲ αὐτός τε, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δίξαντό σε, καὶ φίλον ποιήσαντο, πᾶσαν ἕξεις τὴν πόλιν· καὶ ἐπισᾶσα καὶ τὴν χεῖρα ἕξεις μόνον, καὶ ἔτι ἐνθοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα νὴ τὸν Δί' ἅπαντα ἔλεγον, εἰ καὶ κατ' ὄρκον ἐπάγειν δόξω λόγῳ. καί μοι, ἤδη πεῖραμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων ἐρυκεῖν ἔδοξα. οὐκ ἔδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος φησίν, ἀλλὰ καὶ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πρᾶττειν, καὶ δίχεσθαι, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο. ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὐδία πάντα, καὶ πλοῦς ὅ τε εὐκαιρόμορος ἁλᾶσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

dedignatur. In summa, vnicum hoc nobis populare bonum est hic vir, & ingens commoditas omnibus. Hic sit te & eius pater susceperint, & tecum amicitiam & societatem fecerint, totam ciuitatem deuinctam habebis. Tantùm autem ad illum manus extendenda est, nec amplius res tuæ erunt in ambiguo. Hæc per Iouem ab omnibus dicebantur, etsi iureiurando oratio mea mihi confirmanda sit. Ac mihi iam earum rerum facienti periculum, ne minimam quidem partem dicendo effecutus esse videor. Itaq; neque desidiæ, neque moræ indulgendæ locus est, vt ait Poëta Ceius, verùm omnes rudentes pariter mouendi sunt, præterea nihil non dicendũ & faciendum, quo in amicitiam illorum insinuemur. Quod quidem si ex sententia consecuti fuerimus, tranquilla sunt omnia, & nauigatio non improspera, ac mare placidum, & portus in propinquo constitutus.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a HOSPES.] *Aut hospitum excipiendorum præfectus. Suidas:* προξένους ἐκάλουν, τοὺς τεταγμένους, εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους, ἐξ ἄλλων πόλεων ἠκόντας. i. *Proxenos appellabant, qui essent hospitibus excipiendis præfecti. Hic enim erga peregrinos humanitatis laudem & imaginem continet.* b Non fuit.] *Exempli narratio, qua quos laudare instituit, cum veteri Solone comparat, eosq; quasi omnium aliorum instar quoddam facit.* c Anacharsides.] *Vide huius vitam & epitaphium apud Laërtium. Nam is Scytha natus, inter celebres philosophos habitus est Athenis, de quo fertur epigramma hoc Ioannis Alexandri Brissicani, ad Ioannem Februm:*

Hospes Anacharsis Scythicis egressus ab oris,
(Nam patriæ morum est nomine victus amor)
Multorum mores, multorum vidit & vrbes:
Nempe Ithaci fertur laus ea prima ducis.
Tandem animi linguæq; vt cultũ absolueret, vrbem
Cecropiam celeri pergit adire gradu.
Atq; isthic simili Græcorum ornatus amictu,
Nam Scythiæ dederat cætera cuncta suæ.
Viuendi non pauca exempla accepit Athenis:
Vrbs equidem exemplo, sæpe iuuare solet
Dogmata tum magni didicit consulta Solonis:
Sic tacitas vires sæpe magister habet.
Idem hospes Latijs nunc se quoq; finibus infert,
Romana immutans pallia Græca toga.
Illi, igitur qui mos tuus est me interprete, amicos,
Pande fores, placido suscipe & hospitio.
Certè hominem sic istuc cupiat quod dicitur esse,
Sincera hospitij tessara sola facit.
Quòd si illam improbitas morũ, faber optime, frangat,
Non video quídnam turpius esse queat d Octipedes.] *Scythico prouerbio dicebantur, quibus rusticanæ tantùm opes erant, quiq; duos possiderent boues, & currum vnum. Inter opes enim rusticanas, præcipuè recenset Hesiodus lib. 2. Operum*

perum & dierum τὸν βοῦν ἀροτῆρα. i. *bouem aratorem.* e Ablegare.] *Morem hunc mittendi ad Zamolxim scribit Herodotus in 4. Strabo in 7. & Suidas in dictione* Ξαμόλξις. f In Ceramico.] *Locus erat Athenis, vbi, qui in bello ceciderant, sepeliebantur: autore Suida. Meminit & Pausanias in Græcia, Attica & Lucianus in Piscatore. Item in Meretricio Melissæ & Bacchidis, vbi pro loco, in quo meretrices habitabant, capitur.* g Atque ex his ipsis Atticis.] *Athenienses se dicebant esse* αὐτόχθονες, *quasi interrigenas dicas, ex ipsa terra genitos, ipsius terræ alumnos, indigenas. Aiunt Erichtheum ex terra editum, præbuisse argumentum, vt Athenienses, quibus is imperârit, terra item genitii censerentur, ac nominarentur* αὐτόχθονες, *sicuti etiam docuit Plato. Proinde eius rei symbolum* τέττιγας. i. *cicadas aureas solitos gestare, dictosq; eo nomine Tettigophoros. Etenim eiusmodi traditur animalis origo. Cuius rei testis quoq; locupletissimus est Thucydides historia prima, id quod Virgilius, in Cyri indicat:*

Aurea solenni comptum quem fibula ritu,
Mosopio erecti, nectabat dente cicadæ. *Meminit & Iustinus libro 2. & Demosthenes in Oratione* περὶ τῆς παραπρεσβείας: μόνοι γὰρ τῶν πάντων αὐτόχθονες ὑμεῖς. *Tertullianus in libro de velandis virginibus. Athenæus in libr.* β. δειπνοσοφιστῶν. *Verùm omnium copiosissimè interpres Aristophanis in Nubibus:* οἱ μὲν παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀναπλοὴ, τῶν τριχῶν χρυσῶν ἐχρῶντο τέττιγι τεκμήριον, ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν, &c. *Quo loco citat & Thucydidem eius rei authorem. Erechthei filias in numero deorum habitas M. Cicero refert.* h Itaque huius negociationis] *Cicero lib. 3. Officiorum, mercatum bonarum artium appellat. Max. Tyrius Platonicus, Sermone 17. scribit, Pythagoricos honestam mercaturam in Græciam misisse, nempe ex Italia scientias quasdam Athenas vsque. Plato in Sophista & in Pythagora, docet longè nos attentiores esse debere in disciplinis, quàm in aijs mercibus emendis. In eundum modum & Isocrates admonet, esse longè quàm turpissimum mercatores immensa maria transmittere, quò facultates suas augeant, & adolescentes neutiquam industriæ contendere, quo rectam animi constitutionem è bonis studijs assequantur.*

i Sed

i Sed age.] *Per suos deos vnaquæque gens iurare consueuit. Scytharum dij sunt Acinacis, Zalmois & Ventus Vide Lucianum in Toxaride.* k Siquidem aio.] *Adaptatio suæ causæ.* l Insularis ille] *Telemachus, scilicet ex insula Ithaca, Homerus Odyss. d. Menelai domum ex auro, electro, argento & ebore concinnatam, cum stupore quodam miratur.* m Duo tamen.] *Collatio & amplificatio personarum.* n Vniuersa ciuitas inhiat.] ἡ πόλις ἅπασα κεχηνότες ἄκουσιν. id est, *vrbs tota hiantes auscultant Synthesis est generis & numeri.* o Alcibiadem complexi.] *Hoc abundè scribit Plutarchus in Alcibiade, Aristophanes in Ranis, & Val. Maximus lib. 7. de Sapienter factis & dictis.*

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟ-ρίαν συγγρά φειν.

QVOMODO Historia scribenda sit.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Didascalicus liber est, continens præcepta ac regulas de historia scribenda. Diuiditur autem in duas partes. In priore exposito fine seu officio Historici, & confutatis ijs, qui duplicem Historiæ finem faciunt, vtile videlicet & delectabile, mox vitia recenset, quæ tum in verbis & compositione, tum in ipsis rebus vitanda sit, & hoc sub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccârint, ostendendo. In posteriore autem parte primùm quæ afferre ad hanc rem, quæque antea quasi domi suæ comparata habere debeat is, qui ad scribendam historiam accedit, exponit. Deinde regulas primùm de rebus, deinde de expositione & phrasi verborum, postremò & de partibus operis tradit, etiam hîc exemplis aliorum præcepta sua confirmando.

Orditur autem ab occasione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.

Βδηρίτας φασὶ, Λυσιμάχῳ ἤδη βασιλεύοντι, ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλωνι, τοιοῦτον· πυρεταίνειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πανδημεὶ ἅπαντας, ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐρρωμένως, καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ, περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην, οἷς μὲν ἅμα πολὺ ἐπερρύη ῥεῦμα, οἷς δὲ ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς, καὶ οὕτως ἔλυσε τὸν πυρετὸν, ἐς γέλοιόν τι τὰ πάθη περιστήσας τὰς γνώμας αὐτῶν. ἅπαντες γὰρ ἐσκαχωδίαν παρεκινοῦντο, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμανθάνον, καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέλει διῆσαν. καὶ μετὰ τοῦ ἡ πόλις ὠχεῖτο ἁπανταχοῦ καὶ πενθοῦντες τῶν ἑβδομαίων ἐκάνων παραῤῥῶδουν· Σὺ δὲ ὦ θεῶν τύραννε, καὶ ἀνθρώπων ἔρως, καὶ

Bacritis aiunt Lysimacho iam regnante morbum incidisse, optime Philo, huiusce modi quendam: Febricitari principiò quidem cœpisse per vrbem vniuersos, primo statim die febri cõtinua ac valida grauiter correptos. Circa septimum autem diem alijs quidem multus è naribus profluens sanguis, alijs verò exortus sudor, etiam ipse immodicus febrim dissoluit, ac finijt. Cæterùm ridicula quadam perturbatione mentes illorum idem hic morbus inuoluit. Omnes enim quasi ad Tragœdias agendas impellebantur, & Iambica personabant, multúmque vociferabantur. Maximè autem Euripidis Andromedam canticis referebant, & Persei sermonem per vices recitabant. Plenãque adeò ciuitas erat pallidis & macilentis illis septimanis Tragœdis notum illud:

At ô tyranne hominum & diuorum, Amor.

Et

καὶ τἆλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοῶντων καὶ τοῦ ἐπιβολοῦ, ἄχρι δὴ χειμὼν, καὶ ἐρυθρὸ δὲ μεγαλύνομενον, ἐπαυσε λυροῦντας αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκᾷ τὸ δύστου παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδός. δυσκινήτων τότε, μισοῦντος θέρους ἐν πόλει τῷ φλογμῷ παροδεύσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαντι ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀνασάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παρελθεῖν, ἐπιπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τῶν Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ, τὴν ἑκάστου γνώμην πεπιεζομένης. ὡς οὖν ἔφασιν, ἐνὶ παραβαλεῖν, τὸ ἀδηρειτικὸν ἑκάστου πάθος καὶ νῦν τοὺς πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων περιελύνθη, δι' ὃν τραγῳδεῖν. ἧττον γὰρ ἂν ἦν τὸ παράπαν, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, ὁ φαύλοις διατεχνημένοις, ἀπ' ἀφ' οὗ δὴ τάχιστα ποσὶ ταῦτα ἐκινήσατο, ὁ πό-

sublatam vnà cum ipsa arce & muris in Mesopotamiam transtulit, ita vt tota ambiretur ac terminaretur vtroque flumine, vtrinque altero quasi cutem illius præterlabendo radente, & tantum non ipsos muros alluente. Ridiculum autem etiam foret, si tibi nunc Philo apologiam aliquam contexam, quòd neque Parthus, neq; Mesopotamita sim: inter quos relatum me egregius iste scriptor collocauit. Quin & illud valde scilicet credibile idem hic de Seueriano dixit, apposito etiam iureiurando, quòd quæ dicat, ex quodã audierit eorum qui ex ipso eo opere effugerunt. Neque enim gladio illum mori voluisse, neque venenum bibere, neque laqueo collum innectere, sed mortem quandã excogitasse tragicam, &, quòd ad audaciã attineret, omnino externã ac peregrinã. Fortè enim habuisse ipsum admodũ magna vitrea pocula, ex vitro pulcherrimo facta. Postquã igitur omnino decretũ illi fuisset mori, fracto ex scyphis maximo,

ἑνὶ τῶν θραυσμάτων χρύσασθαι εἰς σφαγὴν, ἐντεμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. οὕτως οὐ ξιφίδιον οὐ λογχάριον εὗρεν, ὡς ἀνδρεῖός γε αὐτῶν, καὶ ἡρωϊκὸς ὁ θάνατος γένοιτο. εἶτα ἐπειδὴ Θουκυδίδης ἐπιτάφιόν τινα εἶπε τοῖς πρώτοις τοῦ πολέμου ἐκείνοις νεκροῖς, καὶ αὐτὸς ἠγήσατο χρῆναι ἐπειπεῖν τῶν Σεβηριανῷ. ἅπασι γὰρ αὐτοῖς, πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ κακῶν, τὸν Θουκυδίδην ἡ ἅμιλλα. θάψας οὖν τὸν Σεβηριανὸν μεγαλοπρεπῶς, ἀναβιβάζεται ἐπὶ τὸν τάφον Ἀφράνιόν τινα σίλωνα, ἑκατόνταρχον, ἀνταγωνιστὴν Περικλέους, ὃς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐπεῤῥητόρευσεν αὐτῶν, ὥστε με νὴ τὰς Χάριτας πολλὰ πάνυ δακρύσαι ἀπὸ τοῦ γέλωτος, καὶ μάλιστα, ὁπότε ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀφράνιος, ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου, δακρύων ἅμα σὺν οἰμωγῇ περιπαθεῖ, ἐμέμνητο τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων, καὶ προπόσεων, εἶτα

vno quodam cruſtorum vſum eſſe ad cædem, inciſo videlicet gutture, vitro. Atque ita neque gladium, neq; lanceam reperit, quo moreretur, dummodo virilis ipſi & heroica mors obtingeret. Poſtea autem, quoniã Thucydides funebrem orationẽ quandam habuit pro ijs qui primi tum eo bello occubuerunt, ipſe quoque Seueriano talem habendam eſſe cenſuit. Omnibus enim ipſis cũ Thucydide, eo qui nihil in culpa fuit eorum malorum, quæ in Armenia acciderant, æmulatio atque cõtentio eſt. Sepulto igitur Seueriano magnificè, adducit ad tumulum Afranium quendam Centurionem, æmulum Periclis, qui talia ac tanta rhetorico more de illo perorauit, vt ego, per Charites, multum admodum lacrymarum præ riſu effunderem, & maximè quando rhetor iſte Afranius ad finem orationis lachrymans pariter cum miſerabili ploratu, ſumptuoſarum cœnarum & propinationum illarũ mẽtionem faciebat, deinde

εἶτα ἐπέθηκεν Αἰάντειόν τινα τὴν κορωνίδα. σπασάμενος γὰρ τὸ ξίφος εὐγενῶς πάνυ, καὶ ὡς Αφράνιον εἰκὸς ἦν. πάντων ὁρόντων, ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ, οὐκ ἀνάξιος ὢν, μὰ τὸν Ενυάλιον, τοῦ πολλοῦ ἀποθανεῖν, εἰ τοιαῦτα ἐῤῥητόρευε. καὶ τοῦτο ἔφη ἰδόντας τοὺς παρόντας ἅπαντας θαυμάσαι, καὶ ἐπερεπαινέσαι τὸν Αφράνιον· ἐγὼ δὲ καὶ τἆλλα μὲν αὐτοῦ κατεγίγνωσκον. μονονουχὶ ζωμῶν καὶ λαπάδων μεμνημένου, καὶ ἐπιδακρύοντος τῇ τῶν πλακούντων μνήμῃ. τοῦτο δὲ μάλιστα ἠτιασάμην, ὅτι μὴ τὸν συγγραφέα, καὶ διδάσκαλον τοῦ δράματος προαποσφάξαν ἀπέθανε. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ὁμοίους τούτοις ἔχων σοι, ὦ ἑταῖρε, καταριθμήσασθαι, ὀλίγων ὅμως ἐπιμνησθεὶς, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἀπόσχεσιν ἤδη μετελεύσομαι, τὴν συμβουλὴν, ὅπως ἂν ἄμεινον συγγράφοι τις. εἰσὶ

deinde & Aiacis quendam colophonem imponebat. Nam gladio euaginato, generosè admodum, & vt Afranium decebat, aspicientibus omnibus seipsum ad tumulum iugulauit, non indignus per Bellonam, qui multò antè mortuus fuisset, si talia rhetoricatus esset. Atque hoc dixit idem, aspicientes omnes tum qui aderant, admiratos fuisse, laudassèq; Afranium supra modum. Ego verò etiam cætera illius damnabam, vt qui tantum non offarum & ollarum meminisset, & placentarum memoria illacrymaretur. Hoc tamen præter cætera reprehendi, quòd non scriptore ipso & actore fabulæ huius ante se iugulato mortuus fuerat? Multos autem & alios consimiles his commemorare tibi, amice Philo, possem: veruntamen paucis quibusdam adhuc additis, ad alteram promissionis partem transibo: puta ad id consilium, quo pacto rectiùs ac meliùs historiam scribere quispiam debeat.

Sunt

ἐσὶ γάρ τινες, οἱ τὰ μεγάλα μὲν τῶν πεπραγμένων, καὶ ἀξιομνημόνευτα παραλείπουσιν, ἢ παραθέουσιν, ὑπὸ δὲ ἰδιωτείας καὶ ἀπειροκαλίας, καὶ ἀγνοίας τῶν λεκτέων ἢ σιωπητέων, τὰ μικρότατα πάνυ λιπαρῶς καὶ φιλοπόνως ἑρμηνεύουσιν ἐμβραδύνοντες· ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ολυμπίᾳ τὸ μὲν ὅλον κάλλος, τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὄν, μὴ βλέποι, μηδ' ἐπαινοῖ μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο, τοῦ ὑποποδίου δὲ τό, τε εὐθυεργὲς καὶ τὸ εὔξεστον θαυμάζοι, καὶ τῆς κρηπῖδος τὸ εὔρυθμον, καὶ ταῦτα πάνυ μετὰ πολλῆς φροντίδος διεξιών. ἐγὼ γ' οὖν ἤκουσά τινος, τὴν μὲν ἐπ' Εὐρώπῳ μάχην ἐν οὐδ' ὅλοις ἑπτὰ ἔπεσι παραδραμόντος, εἴκοσι δὲ μέτρα, ἢ ἔτι πλείω ὕδατος ἀνηλωκότος εἰς ψυχρὰν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν ὡς Μαῦρός τις ἱππεὺς, Μαυσάκας τοὔνομα, ὑπὸ

Sunt enim quidam, qui, quæ rerum gestarum maximæ, & memoria dignissimæ sunt, prætermittant, aut quasi in transcursu tantum attingãt: præ imperitia autem & ineptitudine, & ignorantia eorum quæ dicenda vel tacenda sint, ea quæ minima sunt, admodum prolixè & laboriosè immorando verbis exponunt, non aliter ac si quis Iouis Olympici vniuersam pulchritudinem ac formam, quæ tanta ac talis est, non videat, nec laudet: neq; etiã ijs qui de ea nesciunt, quicquam narret, sed subsellij rectitudinem & expolitionem, & crepidinis concinnitatem admiretur, & hæc admodũ cum multa diligentia & cura exponat. Equidem audiui quendam, qui pugnam eam quæ ad Europum comissa fuit, ne totis quidem septem versibus prætercurrebat: viginti autem mensuras aut etiam ampliùs aquæ consumpserat in frigidam, & nihil ad nos pertinentem narrationem, quo videlicet pacto Mauritanus quidam eques, Mausacas nomine, præ

ἑπὸ δίψους πλανώμενος ἀνὰ τὰ ὄρη, καταλάβοι Σύρους τινὰς τῶν ἀγροίκων, ἄριστον παρατιθεμένους, καὶ ὅτι τὰ μὴ πρῶτα ἐκεῖνοι φοβηθεῖεν αὐτὸν, εἶτα μέν τοι μαθόντες ὡς τῶν φίλων εἴη, κατεδέξαντο, καὶ εἱστιάσαντο· καὶ γάρ τινα τυχεῖν αὐτῷ ἀπεδεδημηκότα· καὶ αὐτὸς ἐς τὴν Μαύρων, ἀδελφοῦ αὐτῶν ἐν τῇ γῇ στρατευομένου. μῦθοι τὸ μετὰ τοῦτο μακροὶ, καὶ διηγήσεις, ὡς θηράσειεν αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ, καὶ ὡς ἴδοι τοὺς ἐλέφαντας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ συννεμομένους, καὶ ὡς ἑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη, καὶ ἡλίκους ἰχθῦς ἐπρίατο ἐν Καισαρείᾳ. καὶ ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῳ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπελεύσεις, καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας, καὶ φύλακας καὶ ἀντιφύλακας, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας ἀφειστήκει, ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον· εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε,

præsiti errans per montes, deprehenderit Syros quosdam agrestes prandium apponentes, & quòd principiò illi metuerint ipsum: deinde verò intellecto quòd ex amicis vnus esset, receperint ad se hominem, & cibum præbuerint. Nam & illorum fortè quendam aliquando in Mauritaniam profectũ fuisse, cùm ipsius frater in ea terra militaret. Post hæc fabulæ longæ & narrationes, quo pacto ipse in Maurusiæ venatus esset, & vt vidisset elephantos multos in eodem loco pascentes, & quòd parùm abfuerit quin à leone deuoratus fuisset: deinde & quantos pisces emerit Cæsareæ. Atque ita egregius iste historicus relictis tot cædibus circa Europum factis, tot præliorũ motibus, & fœderib. necessarijs, & custodijs alijs alijs appositis, vsq; in profundam vesperam substitit, aspiciens Malchionem Syrum istum, Cæsareæ scaros ingentes videlicet ementẽ. Et nisi nox occupasset ipsum,

fortassis

τάχα καὶ συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ, ἤδη τῶν σκάρων ἐσκευασμένων. ἅπερ εἰ μὴ ἐνεγέγραπτο ἐπιμελῶς τῇ ἱστορίᾳ, μεγάλα ἂν ὑμεῖς ἠγνοηκότες ἦμεν. καὶ ἡ ζημία Ῥωμαίοις ἀφόρητος, εἰ Μαυσάκας ὁ Μαῦρος διψῶν μὴ εὗρε πιεῖν, ἀλλ' ἄδειπνος ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καί τοι πόσα ἄλλα, μακρῷ ἀναγκαιότερα, ἑκὼν, ἐγὼ νῦν παρίημι; ὡς καὶ αὐλητρὶς ἧκεν ἐκ τῆς πλησίον κώμης αὐτοῖς, καὶ ὡς δῶρα ἀλλήλοις ἀντέδοσαν, ὁ Μαῦρος μὲν τῶν Μαλχίωνι λόγχην, ὁ δὲ τῶν Μαυσάκᾳ πόρπην, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα τῆς ἐπ' Εὐρώπῳ μάχης, αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια. τοιγάρ τοι εἰκότως ἄν τις εἴποι τοὺς τοιούτους, τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκάνθας δὲ αὐτοῦ, τὰς παρὰ τὴν ῥίζαν, ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖν. ἄλλως, ὦ Φίλων, μάλα καὶ οὗτος γελοῖος, οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς, οὐδὲ

fortassis & ad cœnam cum illo venisset, scaris istis iam apparatis. Quæ nisi ille tam diligenter historiæ tradidisset, magnas nimirum res ignoraturi nos fuissemus: & damnum hoc Romanis intollerabile fuisset, si Mausacas iste sitiens potum non inuenisset, sed incœnatus ad castra reuersus esset. Atqui quàm multa alia longè magis necessaria volens ego nũc prætereo? quemadmodum & tibicina quædam venit ex propinquo vico ad eos, & vt dona mutuò inter se dederunt, Mauritanus videlicet ille Malchioni lanceam, hic autem contrà Mausacæ fibulam: atque alia multa talia, quæ pugnæ illius ad Europum ipsa adeò capita & summaria sunt. Proinde meritò dixerit quispiam, tales scriptores rosam quidem ipsam non videre, spinas autem quæ iuxta radicem enascuntur, diligenter contemplari. D *Iam alius quidẽ, ô Philo, admodum & hic ridiculus, qui alterũ pedem ne extra Corinthũ quidẽ vnquam protulerat,*

neque

οὐδὲ ἄχρι Κιμβρικῶν ἀφῖγμέ-
νος, οὔτι γε Συρίαν ἢ Ἀρμε-
νίαν ἐσῆλθεν ὥστε ἰδεῖν· ἐπεὶ
μνημονικὸς γε ὢν τὰ ὀφθαλμῶν ἀ-
πιστότερα γράφω τοίνυν ἃ ἔσ-
θομαι· ἔχ ἅπερ ἀκοῇ καὶ οὕτως ἀ-
κριβῶς ἅπαντα ἑωράκει, ὥστε
τὸς δράκοντας ἔφη τῶν Παρ-
θυαίων (σημεῖον δὲ πλήθους
τοῦτο αὐτοῖς· χιλιέτεις γάρ, οἶμαι,
ὁ δράκων ἄχρι ζῶντας δράκον-
τας) πάμμεγέθεις εἶναι, γιγνο-
μένους ἐν τῇ Περσίδι μικρὸν
ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν. τοῦτος δὲ,
τίως μὲν ἐπίκουρος τῶν μεγάλων
ἐπιδεικνύμενος, ὑψηλοὺς ἀφι-
ρεῖσθαι, καὶ πόρρωθεν ἐπιπλου-
τοῦντων δὲ ἐμποιεῖν, ἐν ᾧ
δὲ ἔργῳ, ἐπεσθαι ὁμοῦ
ἔφασι, λύσαντος αὐτοὺς, ἐπα-
φιέναι τοῖς πολεμίοις, ἀμίλλα
πολὺς τῶν ἡμιτέρων ἔτι καθα-
πτομένων, καὶ ἄκμονας ποιεῖσθαι
ῥαθύμων αὐτοῖς ἀποπνιγῆ-
ναι καὶ συγκλασθῆναι. ταῦτα
δὲ ἐφιστὰς ὁρᾷ αὐτὸς, ἐν
ἀσφαλεῖ μέν τοι, ἀπὸ δένδ-
ρου ὑψηλοῦ ποιούμενος τὴν
σκοπήν. καὶ εὖ γε ἐποίησε,

neque ad Cimbreas usque
peregrè profectus fuerat,
nedum Syriam aut Arme-
niam conspicatus, in hunc
modum exorsus est, memini
enim: Aures quàm oculi mi-
nus fide dignæ sunt. Proinde
scribo quæ vidi, non quæ au-
diui. atq; ita diligenter om-
nia viderat, vt diceret dra-
cones Parthorum (signum
autē hoc multitudinis ipso-
rum est, mille enim dracones
vnos draco producit) ingē-
tes esse, generariq; in Persi-
de paulò supra Iberiā. Hos
autem antea quidem ex ha-
stis siue longurijs suspensos,
illos in altum attollere, eoq;
terrorem ijs qui à longè ad-
uentarent, facere solere: in
ipso verò prælio, quādo iam
congressi sunt, solutos illos
in medios, hostes immittere:
nimirum multos nostrorum
hoc pacto deuoratos esse, a-
lios autem, implicantibus &
compungentibus ipsos illis,
strangulatos & confractos:
adstitisse autem ipsum, atq; hæc vidisse, in tuto tamen, nem-
pe ab arbore quadam excelsa spectando. Et rectè sanè fecit,

quòd

μὴ ὁμόσε χωρσίας τοῖς θηρίοις, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς θαυμαστὸν οὕτω συγγραφέα νῦν εἴχομεν, καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον. καὶ γὰρ ἐκινδύνευσε πολλὰ, καὶ ἐτρώθη περὶ σοῦραν, ἀπὸ τοῦ Κρανίου δηλονότι βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν. καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίνωσκε, τῶν ἀκριβῶς εἰδότων, ὅτι μηδὲ κατὰ τοίχου γεγραμμένον πόλεμον ἑωράκει, ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐκεῖνός γε ᾔδει, οὐδὲ μηχανήματα οἷά ἐστιν, οὐδὲ τάξεων ἢ καταλοχισμῶν ὀνόματα. πάνυ γοῦν ἔμελεν αὐτῷ πλαγίαν μὲν τὴν φάλαγγα, ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ ἐπὶ μετώπου ἄγειν. εἷς δέ τις βέλτιστος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ἐπὶ τῷ Τίγρητι, τὰ ἐν Μηδίᾳ, πεντακοσίοις οὐδ' ὅλοις ἔπεσι περιλαβὼν, συνέγραψε, καὶ

quòd propiùs ad feras istas non accessit. neque enim nos tam egregium scriptorem, & qui eminus ipse præclara ac magna adeò in hoc bello effecerit, nunc haberemus: nã & pericula multa subijt, & vulneratus est circa suram, à Cranio videlicet iter faciens ad Lernam. Atque hæc Corinthijs audientibus recitabat satis scientibus illis quidem quòd ne in pariete pictum quidem bellũ vnquam vidisset. Sed nec arma ille quidem nôrat, neq; machinas quales essent, neq; ordinum aut acierum nomina. prorsum enim studio habuit πλαγίαν, hoc est, obliquam vocare phalangem, ἐπὶ κέρως autem, hoc est, protentis cornibus, id quod exporrecta fronte educere dicitur. Alius autẽ suauissimus quidam cuncta à principio ad finem vsq; gesta, quæcunque in Armenia, quæcunque in Syria, quæcunque in Mesopotamia, prætereà quæ ad Tigrim, quæq; in Medis acciderãt, ne totis quidẽ quingẽtis versibus cõplexus scripto edidit, eoq;

καὶ τοῦτο ποιήσας, ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησί· τὴν μέν τοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τοῦ βιβλίου ἐπέγραψεν, Αντιοχιανοῦ τοῦ Απόλλωνος ἱερονίκου (δόλιχον γάρ που, οἶμαι, ἐν παισὶ νενικήκει) τῶν ἐν Αρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ Ρωμαίοις νῦν πραχθέντων ἀφήγησις. ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου, καὶ τὴν Οσρόου σφαγὴν, ὡς παραβληθήσεται τῷ λέοντι, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν τριπόθητον ἡμῖν θρίαμβον, οὕτω πάνυ μαντικῶς ἅμα ἔχων, ἔσπευδεν ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς· ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ᾤκισέ μεγέθει τε μεγίστην, καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μέν τοι ἐπισκοπεῖ, καὶ διαβουλεύεται, εἴ τε Νικαίαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι, εἴ τε Ομόνοιαν, εἴτε Εἰρηνίαν. καὶ

eóq; facto historiam composuisse videri volebat: inscriptionem verò parùm abfuit quin longiorē ipso libro inscripserit, videlicet hoc modo: Antiochiani certaminis Appollinis sacri victor (nam cursus certamine, quod Dolichum vocant, puer olim vicerat) eorum quæ in Armenia, in Mesopotamia, & in Medis à Romanis nunc gesta sunt, historica narratio. Iam & quendam ego audiui, qui quæ futura essent, historicæ commēdârat, & Vologesi captiuitatem videlicet, & Osroæ cædem, quemadmodum leoni obijciendus esset, & postremò omnium etiam multoties illum desideratum à nobis triumphū. Adeò omninò vatis in modum sese gerens, properabat iam tum ad finem scribendi. Quin & ciuitatem idem iam in Mesopotamia condidit, magnitudine maximam, & pulchritudine pulcherrimā: adhuc tamen speculatur & deliberat, an eam Nicæam à victoria cōueniat nominari, an verò Homonœā, an etiā Ireniā.

καὶ τοῦτο μὲν ἔτι ἄπειρον, καὶ ἀνώνυμον ἡμῖν ἡ μᾶλλον πόλις ἐκείνη, λήρους πολλοὺς, καὶ πολυρρύμους συγγραφικοὺς γέμουσα, τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς πραχθησόμενα ὑπέσχητο ἤδη γράψειν. καὶ τὸν στέφανον δ' ἔξω θαλάσσης, καὶ ἐκ ὑποσχέσεις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆ Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τέταρτον τάγμα. καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη, σὺν Κασσίῳ πάντων οὗτοι ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. ὅ, τι δὲ πράξουσιν, ἢ πῶς ἀλῶσιν ἡμῶν τὰ ἐπιφανέστατα ἐπίπλασιν, ἐκ ἂν μακρὰν ἡμῖν ὁ θαυμασιὸς συγγραφεὺς, ἀφ' Μυσὸς δ' ἢ ἀπ' Ὀξυδράκων ἐπιστελῇ. τοιαῦτα πολλὰ ὑπ' ἀπαιδεύτων ληρῆσαι, τὰ μὴ ἀξιόρατα ὁρῶντες ὑπ' ἀβελτερίαν, καὶ ἀξίαν ἐπὶ πολὺ λωβᾶσθαι, ἐπινοοῦντες δὲ, καὶ ἀναπλάττοντες ὅ, τι κεφαλὴν ἀκαιρίαν γλῶτταν, φασὶν, ἔλθῃ, καὶ ἐπὶ τῷ θαυμαστῷ βιβλίῳ ἔτι σεμνυνόμενοι,

Et ob hoc quidem adhuc in dubio pendet, & sine nomine præclara illa ciuitas nobis est, nugis multis & factu historico referta. Quæ verò in India posthac agentur, etiam ea promisit se iam nunc scripturum esse: præterea & descriptione maris exteioris nauigantibus traditam. Neq; promissiones modò hæ sunt, sed & procœmiũ Indicæ historiæ iam compositũ est, & tertiũ tagma, seu tertius liber. Ac Galli quidem, & Maurorũ pars quædã modica cum Cassio, omnes isti iam Indũ fluuium traiecerunt. Cæterum quid facturi sint, aut quomodo excipient elephantorum incursus, non multò pòst egregius iste scriptor à Musuride aut ex Oxydracis ad nos scribet. Huiusce modi multa, præscitia & imperitia nugãtur, ea quæ visu dignissima sunt: neque videntes, neque etiam si videant, pro dignitate exponere scientes, excogitantes autem & effingentes quicquid temerè in linguam, vt aiunt, venerit: etiam numero librorum præterea superbientes,

καὶ μάλιστα ἐπὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς. καὶ γὰρ αὖ καὶ αὗται παγγέλοιοι, τοῦ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν τοσάδε. καὶ αὖ Παρθίδος πρῶτον, δεύτερον. ὡς Ἀτθίδος δηλονότι. ἄλλος ἀστειότερον παραπολύ· ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασέως Παρθονικικὰ, οὐδ' ὡς ἐν λέγωτι ποιήσασθαι, καὶ ἐπισκῶψαι τὰς ἱστορίας, οὕτω καλὰς ὄσας, ἀλλὰ τοῦ χρυσίμου ἕνεκα, ὡς ὅστις ἂν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φάγῃ, πολὺ μέρος ἤδη ἐς τὸ ὀρθῶς συγγράφειν οὗτος προσείληφε. μᾶλλον δὲ ὀλίγων ἔτι προσδεῖται, εἴ γε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ διαλεκτικὴ ὡς τῶν ἀμέσων ἡ στατέρου ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει. καὶ δὴ τὸ θυρίον σοι, φαίη τις ἂν, ἀκριβῶς ἀνακεκάθαρται. καὶ αἵ τε ἄκανθαι, ὁπόσαι ἦσαν, καὶ βάτοι ἐκκεκομμέναι εἰσὶ, τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐρείπια ἤδη ἐκπεφότηται. καὶ εἴ τι τραχὺ δὴ, καὶ τοῦτο λεῖόν ἐστιν, ὥστε οἰκοδομεῖν τι δεῖ ἤδη καὶ αὐτὸν,

& maximè inscriptionibus. Nam rursum & hæ omnino ridiculæ sunt, vt istius nescio cuius Parthicarum victoriarum libri tot, vel tot: & rursum Parthidos primis, secundus, & cætera, vt Atthidos scilicet. Alius etiam vrbaniùs paulò. Nam legi Demetrij cuiusdã Sagalasensis Parthonicica. Nõ quòd pro risu habeã, & illudam historijs adeò præclaris, sed vtilitatis causa hæc commemoro, quòd quisquis hæc atque huiusmodi alia euitârit, is bonã partem historiæ rectè scribẽdæ consecutus iam sit, imò pauca adeò illi etiã desunt: si modò verum illud est quod Dialectica tradit, quòd eorũ inter quæ mediũ E nullũ est, altero eleuato, alterũ cõtrà deprimitur. At verò area ipsa, dixerit quispiã, purgata probè iã est, ac spinarũ quicquid fuit, & rubi excisi, reliquorũ autẽ ruinæ ac rudera iam exportata sunt: & si quid asperũ antea fuit, id totũ sublatum & cõplanatũ est: quare tẽpus iam est vt ædificiũ aliquod superstruas etiã ipse,

ὡς δείξης οὐκ ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων. γεννάδας ὢν, ἀλλά τι καὶ αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν, καὶ ὃ οὐδεὶς ἂν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος μωμήσασθαι δύνατο. φημὶ τοίνυν τὴν ἄρισα ἱστορίαν συγγράφοντα, δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν· τὴν μὲν, ἀδίδακτόν τι τῆς φύσεως δῶρον· ἡ δύναμις δὲ, πολλῇ τῇ ἀσκήσει, καὶ συνεχεῖ καὶ πόνῳ, καὶ ζήλῳ τῶν ἀρχαίων προσγεγενημένη ἔστω. ταῦτα μὲν οὖν ἄτεχνα, καὶ οὐδὲν ἐμοῦ συμβούλου δεόμενα. οὐ γὰρ συνετοὺς καὶ ὀξεῖς ἀποφαίνειν, τοὺς μὴ παρὰ τῆς φύσεως τοιούτους, φησὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ βιβλίον· ἐπεὶ πολλοῦ ἂν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἦν ἄξιον, εἰ μεταπλάσαι καὶ μετακοσμῆσαι τὰ τηλικαῦτα ἐδύνατο, ἢ ἐκ μολίβδου χρυσὸν ἀποφῆναι, ἢ ἄρ-

quo ostendas non modò aliorum euertendis generosum esse te, verùm etiam per te ipsum excogitando atque inueniẽdo tale aliquid præstare posse, quod & dexteritatem quandam præ se ferat, & à nemine Momo quidem deprehendi ac carpi queat. Aio igitur eum qui optimè cõscribere historiam volet, duæ hæc præcipua domo secum & de suo afferre debere: Prudentiam quandam siue intellectum ciuilẽ, & potestatem dicendi Quorum alterum quidem nulla doctrina traditum, naturæ donum quoddam est: dicendi autem potestas, multa exercitatione, assiduoq; labore, & imitatione veterũ comparanda erit. Atque hæc quidem extra artem sunt, neque me consultore opus habent. Neque enim prudentem siue intelligentem & acutũ reddere eum qui nõ natura talis fuerit, libellus hic meus promittit: quoniam magni sanè æstimãdus, imò omnibus anteferẽdus foret, si trãsformare, & quasi nouo quodã ornatu induere huiusmodi ille posset: puta vel ex plũbo aurũ reddere, vel

ἢ ἄργυρον ἀπὸ κασσιτέρου, ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα ἐξεργάσασθαι, ἀλλά που τὸ τῆς τέχνης, καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν. οἷόν τι ἀμέλει καὶ Ικκος, καὶ Ηροδίζης, καὶ Θέων, καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστὴς ἐπόσχοιντο ἄν σοι, τοῦτον Περδίκκαν παραλαβόντα, εἰ δὴ οὗτός ἐστιν ὁ τὴν μητρυιᾶς ἐρασθεὶς, καὶ τὴν ταῦτα κατεσκληκὼς, ἀλλὰ μὴ Αντίοχος, ὁ τοῦ Σελεύκου Στρατωνίκης ἐκείνης, ἀποφαίνειν Ολυμπιονίκην, καὶ Θεαγένα τῷ Θασίῳ, ἢ Πολυδάμαντι τῷ Σκοτουσσαίῳ ἀντίπαλον, ἀλλὰ τὴν δοθεῖσαν ἐπόθεσιν εὐφυᾶ πρὸς ἐπιδοχὴν τῆς γυμναστικῆς, παραπολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν μετὰ τῆς τέχνης. ὥστε ἀπέστω καὶ ἡμῶν τὸ ἐπίφθονον τοῦτο τῆς ἐπισχέσεως, εἰ τέχνην φαμὲν ἐφ' οὕτω μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ τῷ πράγματι ἐφευρηκέναι·

vel ex stanno argentũ, vel ex Conone Titormum, vel ex Leotrophide Milonem efficere. Verùm artis & consilij vtilitas ea est, non vt ea suppeditẽt quæ antè adsunt, sed vt illis rectè ac conuenienter vti doceãt. Quo pacto nimirũ & Iccus, & Herodizes, & Theon, & si quis alius artis palæstricæ magister atq; exercitor fuerit, pollicerẽtur tibi Perdiccam hũc acceptũ (si modò hic est ille qui nouercam amauit, & ex eo cõtabuit, & non potius Antiochus Seleuci filius, Stratonices illius amore captus) Olympionicem reddere, qui cũ Theagene Thasio illo, aut F Polydamante Scotussæo, certamine cõgrederetur, non vt naturã & ingeniũ ad eam rem suppeditarẽt, sed vt materiã iã antè à natura datam, & ad hãc palæstræ exercitationẽ suscipiendã idoneã atque habilẽ, per artem multò meliorem redderent. Quamobrem absit & nobis hæc inuidia promissionis, vt artem aliquam rei adeò magnæ ac difficili nos inuenisse dicamus.

ὃ γὰρ ὁντινοῦν παραλαβόντα ἀφροάνειαν συγγραφέα φαμὲν, ἀπὸ τῆς φύσεως σωιζομένου, καὶ ἄνευ τοῦ πρὸς λόγους ἠσκημένου ὑποδείξαι ὁδούς τινας ὀρθὰς, εἰ δὴ τοιαῦτα φαίνοιτο, ἐς χρόνον δ', ἁπλοῦν ἂν καὶ ἀμαθέστερον τελέσαντα, ἄχρι καὶ πρὸς τὸν σκοπόν. καί τοι εἰ μὲν ἄλλον φαίης ἀπροσδεᾶ τοῦ σωιτοῦ εἶναι τῆς τέχνης καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοεῖ ἐπεὶ καὶ ἐκιθαρίσε μὴ μαθὼν, καὶ ἤυλει καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο. νυνὶ δὲ μὴ μαθὼν, οὐκ ἄν τι αὐτῷ χαρεργάσαιο, ὑποδείξαντος δέ τινος, ῥᾳδίως τε ἂν μάθοι, καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτῷ. καὶ τοίνυν ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδίδοσθω, σωφρονά τε καὶ ἀπαρέσκων ἀκριβῶς, ἀπ' ὀξυδορκοῦς, οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι ἄν. ἐὰν ἰατρεύειν, ἡγοῦμαι σφαλεῖσι, πλὴν, ἅμα μὲν ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ, καὶ

Neque enim quemuis acceptum reddere historicũ nos velle dicimus, sed ei qui naturá intellectu bono præditus, & ad dicendum quamoptimè exercitatus fuerit, viam quãdam ostendere rectam (si modò talis vlla appareat) qua viedo, citiùs atq; aptiùs ad finem & scopum vsque quo tendit, peruenire possit. Non enim neque illud dixeris, eum qui intelligentia præditus fuerit, arte ac doctrina earum rerũ quas ignorat, opus non habere. Nam si absque doctrina & institutione citharа ludere posset, etiam tibia canere, ac cætera omnia sciret, Nunc autem, nisi doctus ab aliquo, nihil quicquam eorum manu facilè attingit: at demonstrante aliquo viam ac rationem, & discit facillimè, & rectè idem administrat per se ipsum. Proinde nobis quoque nunc talis discipulis tradatur, qui & ad intelligendas res, & ad dicendum non sit degener, sed acutum tueatur, possitq; rebus vti, si committantur illi, ac animum habeat militarem, sed tamen cum ciuilitate coniunctum:

καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν. καὶ νὴ Δία, καὶ ἐν στρατοπέδῳ γεγονώς ποτε, καὶ γυμναζομένους ἢ ταττομένους στρατιώτας ἑωρακὼς, καὶ ὅπλα εἰδὼς, καὶ μηχανήματα ἔνια, καὶ τί ἐπὶ κέρως, καὶ τί ἐπὶ μετώπου, πῶς οἱ λόχοι, πῶς οἱ ἱππεῖς, καὶ πόθεν, καὶ τί ἐξελαύνειν, ἢ περιελαύνειν, καὶ ὅλως, οὐ τῶν κατοικιδίων τις, οὐδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι. μάλιστα δὲ, καὶ πρὸ τῶν πάντων ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην, καὶ μήτι φοβείσθω μηδένα, μηδ' ἐλπιζέτω μηδὲν, ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικαστᾶς, πρὸς χάριν, ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἐπὶ μισθῷ δικάζουσιν. ἀλλὰ μὴ μελέτω αὐτῶν, μήτε Φίλιππος ἐκκεκομμένος τὸν ὀφθαλμὸν ἑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου, τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ, ἀλλὰ τοιοῦτος, οἷος ἦν, δεικθήσεται· μήτε

& experientiam, quam ducis militaris esse conuenit. Denique, per Iouem & in castris aliquando versatus sit, & milites ipsos, seu cùm ad prælia exercentur, seu cũ re ipsa in aciem educuntur, conspicatus sit: prætereà & arma nôrit, & machinas quasdã, & quid sit diductis cornibus, & quid exporrecta fronte instruere aciem: quomodo cohortes, & quomodo turmæ constituantur: vnde, & quid erũpere, & quid item circumducere equitem sit, sciat. Et in summa, neque eorũ quispiam sit, qui domi desidentes nusquã foràs ipsi progrediuntur: neque facilè credat ijs quæ solùm ab alijs narrari audiet. G Maximè autem & ante omnia libero animo sit, vt neque metuat quenquam, neq; ab vllo speret quicquã: quoniam similis hoc pacto foret malis iudicibus, qui vel ad gratiã, vel ad odium accepta mercede sententiam ferunt. Quin neq; curet magnopere neq; Philippũ oculo ab Astere Amphipolitano isto sagittario priuatũ circa Olynthum, sed talem qualis re ipsa est spectandum proponat:

μήτε Ἀλέξανδρον ἀνιάσθαι ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ, ὡμῶς ἐν τῷ συμποσίῳ γενομένῃ, ἃ σαφῶς ἀναγράφοιτο. δεῖ Κλέωνα αὐτὸν φοβεῖσθαι, μέγα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λαλοῦντα, καὶ κατέχοντα τὸ βῆμα, ὡς μὴ ἀπᾖ, ὅτι ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος οὕτως ὢν, δεῖ ἅπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἣν τὰ ἐν Σικελίᾳ κατὰ ἰσορρῇ, καὶ τὸν Δημοσθένους λῆψιν καὶ τὸν Νικίου τελευτὸν, καὶ ὡς ἐδίψων, καὶ οἷον τὸ ὕδωρ ἔπινον, καὶ ὡς ἐφονεύοντο πίνοντες οἱ πολλοί· ἀγνοεῖται γὰρ, ὅπερ δικαιότατον, ὑπ' οὐδενὸς τῶν νοῦν ἐχόντων αὐτὸς ἑξὸν τὸν αὐλίαν. ἣν τὰ δυσχερῶς ἢ ἀνοήτως γεγενημένα, ὡς ἐπράχθη, διηγῆται· ὁ γὰρ ποιητὴς αὐτὰ, ἀλλὰ μιμητὴς ἐστίν. ὥστε κἂν καταναυμαχῶνται, ὅτι οὐκ ἐκεῖνος ὁ καταδύων ἐστὶ, κἂν φεύγωσιν, neq; illi Alexander grauiter se exeruciet H ob Cliti cædem crudeliter in ipso conuiuio perpetratam, si planè ac manifestè coloribus suis depingendus sit: neque item Cleon illum perterrefaciat, eò quòd multum in concione potens sit, & suggestum siue tribunal quasi possessionem suam detineat, quo minus hominem exitiosum & insanum hunc esse dicat: denique neq; tota Athenienſium ciuitas absterreat illum, ne non vbi de cladibus in Sicilia acceptis historiam composuerit, omnia ista commemoret, quo pacto & Demosthenes captus fuerit, & Nicias mortem obierit, quomodo exercitus sitii laborârit, & qualem aquam biberint, & vt inter bibendum plerique trucidati fuerint. Existimabitur enim (id quod iustissimum est) ab ijs qui sana mente præditi sunt, non ipse in culpa esse, si ea quæ feliciter aut stultè gesta sunt, ita vt gesta sunt, narrabit. Non enim ipse talia fingit, sed verbis tantùm indicat atque exponit. Quare etiam siue prælio nauali superati fuerint, non ille tamen is est qui eos submergit: siue in fugam conuersi fuerint, neque

οὐκ ἐκεῖνος ὁ διώκων, ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον, μή τι παρέλιπεν ἐπεί τοι γε εἰ σιωπήσας αὐτὰ, ἢ πρὸς τοὐναντίον εἰπὼν, ἐπανορθώσασθαι ἐδύνατο, ῥᾷστον ἦν ἑνὶ καλάμῳ λεπτῷ τὸν Θουκυδίδην ἀνατρέψαι μὲν τὸ ἐν ταῖς ἐπιπολαῖς παρατείχισμα, καταδῦσαι δὲ τὴν Ερμοκράτους τριήρη, καὶ τὸν κατάρατον Γύλιπον δεσμεῖραι, μεταξὺ ἀπρτειχίζοντα, καὶ ἀπρταφρόνοντα τὰς ὁδούς· καὶ τέλος, Συρακουσίους μὲν εἰς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν, τοὺς δ' Αθηναίους περιπλεῖν Σικελίαν καὶ Ιταλίαν, μετὰ τῶν πρώτων τοῦ Αλκιβιάδου ἐλπίδων. ἀλλ' οἶμαι, τὰ μὲν πραχθέντα οὐδὲ Κλωθὼ ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν, οὐδ' Ατροπος μετατρέψειε· τοῦ δὲ συγγραφέως ἔργον ἦν, ὡς ἐπράχθη, εἰπεῖν· τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο, ἄχρις ἂν ἢ φοβῆται Αρταξέρξην, ἰατρὸς αὐτοῦ ὤν, ἢ ἐλπίζει Κάνδην πορφυροῦν, καὶ

neque idem ille est, qui eos persequitur: nisi si cũ optandum fuerat, ne quid tale eueniret, ille hoc intermisit: quandoquidem si tacendo hæc, aut in diuersum narrando, corrigi aut emendari possent, facillimum fuerat Thucydidi, vno ac tenui calamo interuertere quidem. Epipolarũ munitiones, submergere autem Hermocratis triremem, & I execrabilem istum Gylipum confodere intereà dum vias obstruit, & fossis intercludit. Denique & Syracusanos in lapicidinas conijcere, Atheniensibus verò copiam facere tum Siciliam tum Italiam cum prima illa Alcibiadis spe circumnauigandi. Verùm enim, opinor, K ea quæ semel facta sunt, neque Clotho reuoluet denuò, neque Atropos in diuersum mutabit. Proinde historici opus vnum est, vt quæq; perinde ac facta sunt, exponat. Hoc aũt facere non poterit, donec vel L Artaxerxem metuerit, medicus ipsius existens, vel sperat Candyn purpureum,

καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι, μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων· ἀλλ' οὐ Ξενοφῶν αὐτῷ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεὺς, οὐδὲ Θουκυδίδης, ἀλλὰ κἂν ἰδίᾳ μισῇ τινας, πολὺ ἀναγκαιότερον ἡγήσεται τὸ κοινὸν, καὶ τὴν ἀληθείαν περὶ πλείονος ποιήσεται τῆς ἔχθρας, κἂν φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος. ἓν γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον ἱστορίας, καὶ μόνη θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῷ. καὶ ὅλως, πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, ἀπβλέπειν μὴ εἰς τοὺς νῦν ἀκούοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα συνεσομένους τοῖς συγγράμμασιν. εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τις θεραπεύοι, τῆς τῶν κολακευόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθείη, οὓς πάλαι ἡ ἱστορία ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀπέστρατο, οὐ μεῖον, ἢ κωμωτικὴν ἡ γυμ-

& torquem aureum, & Mequum ex Nisæis illis aliquem se accepturum esse, mercedem videlicet laudum earum, quas scriptis inseruisset. At neque Xenophon illud faciet, iustus scriptor, N neque Thucydides, sed siue priuatim oderit quosdam, multò magis necessarium putabit esse id quod publicum est, veritatemq́ pluris faciet, quàm inimicitiam: siue etiam amauerit, tamen non parcet illi, quisquis peccauerit. Vnum enim hoc, vt dixi, proprium historiæ est, ac soli immolandum veritati, ei qui ad historiam scribendam accedet, cætera verò omnia postponenda. Et in summa, vlna vna & mensura certa est, aspicere non ad præsentes auditores, sed ad eos qui in posterum in his scriptis legendis versabuntur. At si quis continuò beneuolentiam & fauorem captat, meritò in parte adulatorum recensebitur, quos olim historia statim ab initio auersata est, non minùs quàm comendi artem

γυμνασικήν. Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσιν, ὡς ἡδέως ἄν, ἔφη, πρὸς ὀλίγον ἀνεβίων, ὦ Θνησίκρατες, ἀποθανών, ὡς μάθοιμι ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν. ἃ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι, καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ ὑπὸ μικρῷ τινι τῶν ἀληθῶν τοῦτο ἀνασπάσειν ἕκαστος τῶν παρ' ἡμῶν ἀνθρώπων. Ὁμήρου γοῦν, καί τοι πρὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότος ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη καὶ πισεύειν τινὲς ὑπάγονται, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μεγαλοκμήκειον τιθέμενοι, ὅτι μὲν περὶ ζῶντος ἔγραφεν· ὁ γὰρ εἰδὼς οὐδὲν ἂν ἕνεκα ἐψεύδετ' ἄν. Ζωΐλος τοίνυν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος παρρησίας καὶ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ Κωμικὸς φησι, τὰ σῦκα σῦκα, πρὸς σκάφιον δὲ σκάφιον ὀνομάσας· ὁ μίσος, ἢ φθόνος, ἢ κακοήθειά τις ἐκ τῶν ἔργων ἐξεφάνη τοῦ ἀνδρός, ἀλλ' ἐπαινῶν ἅπαντα καὶ θαυμάζων ἐπιδείκνυται τὸν ἄνδρα.

artem Gymnastice. Alexandri igitur hoc quoq; dictum refertur: Libenter, inquit, in vitam paulisper redirem, ô Thnesicrates, post mortem, vt cognoscerem quo pacto hæc legerent homines, qui tum erunt. Nam si nunc ea laudant, & amplectuntur, mirum non est: putant enim non paruo illectamento videlicet isto quisque sibi beneuolentiam apud me conciliaturos esse. Homero itaque, quanquam fabulosa plurima de Achille scripserit, nonnulli tamen eò adducuntur, vt illi iam & fidem adhibeant: vnum hoc argumentum ad demonstrationē veritatis magnum existimantes, quòd non de viuo illo scripsit. Non enim causam aliquam vident, cuius gratiâ mentiretur. O Talis igitur mihi sit historicus ille, P vt & metu careat, & nullis muneribus corrumpatur, & liber sit, Q & dicendi libertatem, ac veritatem amet, & quemadmodum Comicus ille ait, ficus ficus, ligonem ligonē nominet: non odio, neque

οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φειδόμενος, ἢ ἐλεῶν, ἢ αἰσχυνόμενος, ἢ δυσωπούμενος. ἴσος δικαστὴς, εὔνους ἅπασιν, ἄχρι τοῦ μὴ θατέρῳ τι ἀρρεῖμαι πλεῖον τοῦ δέοντος. ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, οὐ τί τῷδε. ἢ τῷδε δόξει, λογιζόμενος. ἀλλὰ τί πέπρακται, λέγων. ὁ δ' οὖν Θουκυδίδης εὖ μάλα τοῦτο ἐνομοθέτησε, καὶ διέκρινεν ἀρετὴν, καὶ κακίαν συγγραφικὴν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ηρόδοτον, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία· κτήματα γάρ φησι μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγράφειν, ἤπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα, καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων ἀρκλείπειν τοῖς ὕστερον, καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον. καὶ ὁ τέλος ἄν τις εὖ φρονῶν ἐπόθοιτο ἱστορίας, ὡς εἴ ποτε καὶ ἄνθις τὰ ὅμοια

neque amicitiæ quicquam tribuens, non parcens, aut miserescens, aut erubescens, aut exorari se facilè patiens: æqualis iudex, ac beneuolus omnibus, eò tamen vsque, dum ne alteri plus æquo aliquid tribuat: hospes in libris ac peregrinus, suis legibus viuens, nullus imperio subiectus, non quid huic aut illi placiturum sit, secum cogitans, sed id quod actum est, exponens. Thucydides igitur benè admodum lege hoc constituit, & virtutes ac vitia historicorum inter se discreuit, qui cùm videret R Herodotum in summa admiratione esse, adeò vt & Musæ vocarentur ipsius libri, possessionem tamen ait se scribendo compositurum esse, quæ in perpetuum dures, potiùs quàm quæ ad præsens certamen comparetur: neque se id quod fabulosum sit, amplexurum, sed veritatem rerum gestarum relicturum posteris esse: deinde & vtilitatem addit, & quem finem is qui rectè sapit, historiæ statuere debeat, vt si quando etiam rursus similia quædam

ὅμοια καταλάβοι ἔχοιεν, φησί, πῶς τὰ προγεγραμμένα ἀπεβλέποντες, εὖ χρῆσθαι τοῖς ἐν πόλεσι. καὶ τὴν μὲν γνώμην τοιαύτην ἔχων, ὁ συγγραφεὺς ἡκέτω μοι· τὴν δὲ φωνὴν, καὶ τὴν τῆς ἑρμηνείας ἰσχὺν, τὴν μὲν σφοδρὰν ἐκείνην, καὶ κάρχαρον, καὶ συνεχῆ ταῖς περιόδοις, καὶ ἀγκύλην ταῖς ἐπιχειρήσεσι, καὶ τὴν ἄλλην τῆς ῥητορείας δεινότητα μὴ κομιδῇ τετηγμένος, ἀρχέσθω τῆς γραφῆς. ἀλλ' εἰρηνικώτερον διακείμενος καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω, καὶ πυκνὸς, ἡ λέξις δὲ σαφὴς καὶ πολιτικὴ, οἷα ἐπισημότατα δηλοῦν τὸ ἐποκείμενον ὡς γὰρ τῇ γνώμῃ τοῦ συγγραφέως σκοπὸς ἐπεθέμεθα, παῤῥησίαν καὶ ἀλήθειαν, ὅτω δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος, σαφῶς δηλῶσαι, καὶ φανότατα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀπῤῥήτοις, καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις, καὶ

quædam incidant, inquiens, ad hæc descripta respicientes, rebus ciuitatis rectè vti possint. Ac animo quidem & sententia tali præditus historicus ille mihi accedat: voce autem, & expositionis vi, vehementi illa quidem & aspera, & circuitionibus continua, deinde & aggressionibus flexa & rotunda. Præterea & reliqua oratoriæ facultatis grauitate non ita valdè instructus & acuminatus scripturam exordiatur, sed sedatior paulò & tranquillior sit. Ac sententiæ quidem inter se iunctæ ac sociatæ & densæ sint: dictio autem plana & ciuilis quàm significantissimè manifestans id ei adhibetur. Nam vt mentis scriptoris scopum hunc proponimus, libertatem dicendi videlicet, & veritatê, ita & voci eius vnus hic scopus & primus propositus sit, vt planè indicet, & quàm lucidissimè rem ipsam declaret, verbis neque obscuris, & extra communem vitam positis, neque etiam vulgaribus istis

&

καὶ καπηλικοῖς, ἀλλ' ὡς μὲν τοὺς πολλοὺς συνιέναι, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους ἐπαινέσαι. καὶ μὴν καὶ σχήμασι κεκοσμήσθω ἀνεπαχθέσι, καὶ τὸ ἀνεπιτήδευτον μάλιστα ἔχουσιν, ἐπεὶ τοῖς κατηρτυμένοις τῶν ζωμῶν ἐοικότας ἀποφαίνει τοὺς λόγους. καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω, καὶ προσαπτέσθω τι καὶ ποιητικῆς, παρ' ὅσον μεγαλήγορος, καὶ διηρμένη καὶ ἐκείνη, καὶ μάλισθ' ὁπόταν παρατάξεσι καὶ μάχαις καὶ ναυμαχίαις συμπλέκηται· δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινος ἀνέμου, ἐπουριάσοντος τὰ ἀκάτια, καὶ συνδιοίσοντος ὑψηλὴν, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων τὴν ναῦν. ἡ λέξις δὲ ὅμως ἐπὶ γῆς βεβηκέτω· τοῦ μὲν κάλλει, καὶ τοῦ μεγέθει τῶν λεγομένων συνεπαιρομένη, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα, ὁμοιουμένη, μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα.

κίνδυ-

& tabernarijs, sed ita vt & à plerisque intelligantur, & ab eruditis laudentur. Iam verò & figuris & exornationibus vtatur minimè molestis, miniméque affectatis: quoniam perinde vt ius aliquod, orationem quoque rectè conditam exhibere debet. Ac sententia quidem etiam cùm poëticè communicet, eiusq; partem aliquam contingat, in quantum grandiloqua, & in sublime elata etiam illa est, & maximè quoties aciebus & pugnis, & naualibus prælijs concurret. Opus enim tunc erit poëtico quopiam vento, qui secundo flatu vela impleat, & sublimem ac per summos stuctus nauem sublatam prouehat. At dictio tamen humi incedat, cum pulchritudine quidem ac magnitudine eorum quæ dicuntur, simul elata, & ijsdem quàm maximè licet, assimilata: cæterùm neq; peregrinitatem præ se ferens, neque intempestiuè exultans, quasi quodam furore concitata.

Periculum

κίνδυνος γὰρ αὐτῇ, τό, τε μέγιστον, παρακινῆσαι καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, ὥστε μάλιστα πειτέον τηνικαῦτα τῶ χαλινῷ, καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις, καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίγνεται ἄμεινον ὄν, ἐφ' ἵππου ὀχουμένῃ τότε τῇ γνώμῃ τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν, ἐχομένην τοῦ ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείποιτο τῆς φορᾶς καὶ μὴν καὶ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα· τραχὺ γὰρ, οὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον. ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. τὸ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δ' ἀηδὲς τοῖς ἀκούουσι. τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ, οὐχ ὡς ἔτυχε συντακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακείνοντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα,

Periculum enim est ipsi, ne, quod vel maximum est, prorsus de statu mentis emoueatur, & in Corybantem istum poëtices impingat. Quare maximè tum fidendum freno est, & ratione vtendum: illud scientes, quòd & in verbis non mediocre malum s hippotyphia est. Proinde satius fuerit, sententia tunc super equo incedente, expositionem seu dictionem humi iuxtà currere, ephippio adhærentem, vt ne à tergo relinquatur cursu præteruecta. At verò & compositione vocum temperata, ac media quadam vtendum est, ita vt neque nimiùm distrahantur ac dissocientur (nam hoc asperum foret) neque rursum numerosè omnia, id quod plerique student, continuentur. Alterum enim vitiosum, alterum autem auditoribus molestum est. Ipsæ verò res non vt fortè sese offerunt, ita construendæ statim sunt, sed diligenter ac laboriosè de ijsdem sæpiùs etiam interrogare decet, ac maximè præsentem, & coràm intuentem.

κὴ ἐφορᾶν ἔα, ἢ δὲ μὴ, τοῖς ἀδιαφθάρτοις ἐξηγουμένοις προσέχοντα, κὴ ὃς ἑκάστων ἄν τις, ἅκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσῃ, ἢ προσθήσων τοῖς γεγονόσι, ἰδὲ ἤδη κὴ σοφιστής τις, κὴ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔσω. κὴ ἐπειδὰν ἁθροίσῃ ἅπαντα, ἢ τὰ πλεῖστα· πρῶτα μὲν ὑπόμνημά τι συνιφαινέτω αὐτῶν, κὴ σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι, κὴ ἀδιάρθρωτον. ἔπειτα ἐπιθεὶς τῷ τάξιν, ἐπαγέτω τὸ ἰδιάζον, κὴ χρωννύτω τῇ λέξει, κὴ χρηματιζέτω. κὴ ὅλως, ἐοικέτω τότε τῷ τοῦ Ὁμήρου Διΐ, ὅταρτι μὲν τὴν ἱπποπόλων Θρηκῶν γῆν ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τῶν Μυσῶν. ἰδίᾳ τε ταυτὰ γὰρ, κὴ αὐτὸς ἄρτι μὲν τὰ Ῥωμαίων ἰδίᾳ ὁράτω, κὴ ἀγαθὸν τῷ ἡμῖν, οἷα ἐφάνητο αὐτῷ, ἀφ'

tuentem. ¶ Quòd si autem hoc fieri nequeat, tum ijs aduertere animum, qui sincerè & incorruptè magis narrare videbuntur, & quos putaueris minimũ vel ad gratiam, vel odio detracturos aliquid, aut etiam addituros esse rebus gestis. Iámque etiam hic quispiam sit, qui & coniecturis colligere facilè, & quod probabilius fuerit, constituere possit. Ac posteaquam iam omnia, aut etiam plurima collecta habuerit, principiò capita rerum, & quasi summarium aliquod contexat, delineetq; corpus quoddam rude & informe, & nullis adhuc articulis expressum. Postea autem superaddito ordine & formam inducat, & colorem dictione adhibeat, & singulis explicandis immoretur, & eádem numerositate quadam concinnet: & in summa, similem se tum gerat Homerico Ioui illi, qui nunc quidem equestrium Thracum terram aspicit, nunc autem rursum ad Mysorum terram oculos deflectit. Eodem enim pacto & ipse nunc quidem ad res Romanorum seorsim aspiciat, indicetq; nobis quales eæ apparuerint,

ex

ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὰ Περσῶν, εἶτ' ἀμφότερα, εἰ μαχοιντο. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρατάξει, μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁραίτω, μήδ' ἐς ἕνα ἱππέα, ἢ πεζὸν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη πεπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀνακόπτων τὴν ἐπίβασιν, ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ εἴ τι παρεκελεύοντο, κἀκεῖνο ἀκουέτω, καὶ ὅπως, καὶ ᾗ τινι γνώμῃ καὶ ἐπινοίᾳ ἔταξαν. ἐπειδὰν δὲ ἀναμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γιγνόμενα καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφευγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπέσθω, μὴ ἐς κόρον, μήδ' ἀπειροκάλως, μὴ δὲ νεαρῶς, ἀλλὰ ῥαδίως ἀπολυέσθω. καὶ στήσας ἐνταῦθα που ταῦτα, ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἢν κατεπεί-

ex alto intuenti sibi: nunc autem rursum ad res Persarum se conuertat: postea etiam vtrosque pariter contempletur, puta cùm inter se pugna congressi fuerint. Etiam in ipsa acie non ad vnam tantùm partem respiciat, neque ad vnum aliquem equitem aut peditem, nisi Brasidas quispiam fuerit, qui de naui prosiliat, aut Demosthenes, qui scalas rescindat, & ascensum in terram prohibeat. Ac duces quidem primùm omnium intueatur, & si quid hortati fuerint, illud quoq; audiat, & quomodo, & qua sententia atque consilio aciem instruxerint, videat. Postquam autem iam manus consertæ fuerint, cōmunis vtriusq; partis contēplatio sit: ac tum velut in trutina appendat & examinet ea quæ geruntur, simúlque & persequatur fugientes, & fugiat cum cedentibus. At omnibus hisce modus quispiam adhibeatur, ne ad satietatem vsque, néve ineptè, néve etiam iuueniliter progrediatur, sed cum facilitate quadam absoluat sese. Atque his hic alicubi subsistere iussis, ad illa transgrediatur si festinat.

λατιπέαγ· ἅτα ἐπανίτω νυθὰς, ὁπόταν ἐκεῖνα λαχῇ. καὶ πῶς πάντα σπουδάτω, καὶ ὡς λωπάδον ὁμοχρονέτω, καὶ μεταπηδάω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν ἐς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δι' ὁμοιζμαλιτνὶς ἰδηρείαν, ἅτα ἐς Ἰταλίαν· ὡς μηδενὸς λαμβάνῃ ἀφελεστοῖο. μάλιστα δὲ καλοπέρῃ ἐοικυῖαν παρασχέθω τὸν νοῦν, ἀβόλῳ καὶ σιλπνῷ καὶ ἀκεραίῳ τῷ λιχήνῃ· καὶ ὁποίας ἂν δείξῃ τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαύτας καὶ δεδύντω αὐτάς. διαφέρομεν δέ, ἢ παράχρωμα, ἢ ἑτερόσχημον μηδὲν· οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀπὸ τῶν μὴ λεχθησομένων ὅτι, καὶ ἐρήσεται, τὰ πρακτέα γὰρ ἤδη, δεῖ δὲ τάξαι, καὶ ἑκάστην αὐτά· ὥστε, ὅτι ἔπωσι, ξυνιστόρα τοῖς, ἀπ' ὅπως ἔπωσιν. ὅπως δὲ νομιστέον, ἢ ἱστορίαν συγγράφοντα, Φειδίᾳ, ἢ Πραξιτέλει γλύφοντα ἐοικέναι, ἢ Ἀλκαμένει, ἢ ὧν ἄλλῳ

si festinat. Deinde rursum huc redeat, absolutus atque paratus futurus quandocunque illa reuocauerint. Ac ad omnia festinet, & quatenus fieri potest, eadem tempora omnibus tribuat, transuolétque ex Armenia quidem in Medos, hinc autem curriculo vno in Iberiam, inde in Italiam, ita vt nullam occasionem prætermittat. Præcipuè autem speculo similem animum gerat, liquido videlicet, ac splendido, & qui centrum accuratè impressum habeat, & qualescunque operum formas receperit, tales eadem etiam spectandas exhibeat: peruersum autem & obtortum, aut colore diuersum, aut specie mutatum nihil reddat. Non enim perinde ac oratoribus scribunt, sed ea quidem quæ dici debent, sunt, & mox dicentur: facta enim iam sunt: cæterùm

ordinare oportet & exponere ipsa. Quare non quid dicant, q̃rendũ ipsis est, sed quomodo dicant. Prorsus aũt putãdũ est, eũ q̃ historiã scribit, Phidiæ, aut Praxiteli, aut Alcameni, aut alteri

ἄλλῳ ἐκείνων· δεῖ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνοι χρυσὸν ἢ ἄργυρον, ἢ ἐλέφαντα, ἢ τῶν ἄλλων ὕλην ἐποίουν, ἀπ' ἧς ὑπῆρχε, καὶ προὑπεβάλλοντο, Ηλείων ἢ Ἀθηναίων ἢ Ἀργείων πρεσβευσομένων. οἱ δὲ ἕτοιμον μόνον, καὶ ἕτοιμον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἕτοιμον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐρρύθμιζον, καὶ ἐπλίνθευον ὡς χρυσῷ. καὶ τοῦτο δὴ ἡ τέχνη αὐτῶν, εἰς δέον οἰκοδομήσασθαι τὴν ὕλην. τοιοῦτόν δή τοι καὶ τὸ τῆς συγγραφέως ἔργον, εἰς καλὸν δεθεῖσα τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέσατα ἐπιδεῖξαι αὐτά. καὶ ὅταν τις ἀπροσώπως ὁδοιπορῶν τὰ τοιαῦτα θεᾶται λέγοντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπευκαίρως ἐπαινεῖται, καὶ τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπαλλάττει τὸ ἔργον ὡς τοῦ ἰσχέως Φειδίᾳ. πάντων δὴ ἤδη παρασκευασμένων, καὶ προοιμίασιν μὲν ποτὲ ποιήσεται τὴν ἀρχήν, ὅταν μὴ πάνυ καλῶς

alteri cuipiam illorū similem esse oportere. Nō enim neq; illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebant, sed illa antea præexistebat, & quasi ad eā rem præparata erat, suppeditantibus illam Eleis, aut Atheniensibus, aut Argiuis: illi verò fingebant tantùm & secabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, atque auro incrustabant. Et hoc artis illorum erat, materiam videlicet communè exædificare. Idē fermè igitur & historici opus est, vt videlicet ea quæ facta sunt, bene ac rectè cōponat, & quàm fieri potest, clarissimè spectanda exhibeat. Ac quando is qui ea sic scripta recitari audiuit, putat se postea etiam videre quæ dicta sunt, atque inde ea laudat: tum demum opus hoc exactum & absolutum erit, propriamq; ac verā laudem historico illi Phidiæ siue artifici suo retulit. Porrò omnibus iam ita adornatis atq; paratis, etiam absq; vllo proœmio interim exordiri licebit, quando videlicet non admodum vr-

ου καταπάγη τὸ πρᾶγμα προδιοικήσασθαί τι ἐν ᾧ ποιήσεται· δυνάμει δὲ ἡ πότε χρὴ χρήσεται, ὡς ἀκροατοῦτι περὶ τῶν κεκτημένων. ὁπόταν δὲ καὶ προοιμιάζηται, ἀκμὴ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐνοίας μέρος, προσχὼν ἢ εὐμαθείαν ἐνποιήσει τοῖς ἀκούουσι. προσίξουσι γὰρ αὐτῷ, ἂν λέξῃ, ὡς περὶ μεγάλων ἢ ἀναγκαίων, ἢ οἰκείων ἢ χρησίμων ἐρεῖ. ὑμαθῆ δ', ἢν φαίνηται τὰ ὕστερα ποιήσειν, τὰς αἰτίας προεκτιθέμενος, καὶ προειδέναι τὰ διαφέροντα τῶν ἐγκεκλημένων. Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο, ἱστορίαν μὲν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλας καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα, νίκας Ἑλληνικὰς ἀπολουῦτα, καὶ πάθας βαρβαρικάς. Θουκυ-

get ac postulat ipsa res præoccupari quædam, & quasi ad futurum opus præfatione aliqua præparari. X Potentia verò seu tacitè etiam tunc proœmio vtetur, indicante videlicet ac manifestum faciente, de quibus rebus dicendum sit. Quando autem etiam apertè proœmio vtetur, à duabus rebus tantùm exordium sumat, non vt Rhetores à tribus, sed benevolentiæ loco prætermisso, attentionem & docilitatem pariat auditoribus. Y Aduertent enim ipsi animum, si ostenderit quàm de magnis, aut necessarijs, aut ad ipsos pertinentibus, aut vtilibus denique rebus dicturus sit. Z Docilia autem & plana posteriora faciet, si causas præmittit, ac rerum quæ gestæ sunt, capita ac summas quasdam præscribet. Atq; huiusce modi proœmijs optimi historiarum scriptores vsi sunt vt: Herodotus quidem, ne res gestæ longinquitate temporis interirent, magnæ adeò, & admiratione dignæ, & præterea Græcorum victorias & barbarorum clades declarantes, &c. Thucydi-

Θουκυδίδης δὲ, μέγα τι καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον, καὶ μάλιστα τῶν προγεγενημένων ἐκεῖνον τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ παθήματα ἐν αὐτῷ μεγάλα ξυνέβη γενέσθαι. μέγα δὲ τὸ προοίμιον ἀνάλογον τοῖς πράγμασιν, ἢ μηκυνόμενον ἢ βραχυνόμενον. ἀναφὰς δὲ καὶ ἐνδυωνύμενος καὶ ἔξω ἢ ἐπὶ τὴν δήλησιν μεταβασις. ἅπαν γὰρ ἀτυχῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἱστορίας, διήγησις μακρά ἐστιν, ὥστε τοῖς τῆς διηγήσεως ἀρετοῖς κατακεκοσμῆσθαι, λέγειν τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσαν καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προσκόπτειν, μήτε λοιπαίνεσθαι. ἔπεσθαι τὸ ἀφελὲς ἐπανθεῖτω τῇ λέξει, ὡς ἔφην, μεμιγμένον, καὶ τῇ συμπεριπλοκῇ τῶν πραγμάτων· ἀπόλυτα γὰρ καὶ ἐντελῆ πάντα ποιήσει. καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενον ἐπισχεῖν τὸ δεύτερον, ἐχόμενον αὖ, καὶ ἀνύσεως τρόπῳ σωμηρὸν ἐμποιοῦν, ὡς μὴ διακόπτεσθαι, μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι, ἀλλὰ

Thucydides autem, quòd magnum etiam ipse bellum illud futurum existimaret, & memorabile maximè, & maius quàm omnia ea quæ antea gesta fuissent. Magnũ autem proœmium erit, quãdo rebus æquale & consonum erit, siue productum fuerit, siue abbreuiatum. Transitio verò ad narrationem mollis ac placida sit. Nam omnino omne reliquũ corpus historiæ longa quædam narratio est: quare & narrationis virtutibus exornari debet, leniter atq; æqualiter procedens, atq; ipsa sui similis, ita vt neque extet alibi, neq; hiatus aut concauitates aliquas habeat. Deinde & perspicuitas eluceat, dictione (quemadmodum dixi) & complexione rerum adornata. Absoluta enim & perfecta omnia faciet: & primo ad finem perducto, mox secundum inferet continuatum illi, & in morẽ catenæ coaptatum, vt neq; per-

tusum aut interruptum sit, neq; narrationes plures mutuò sibi

ἀλλήλαις παρακειμένας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῶν δευτέρῳ μὴ γειτνιᾷν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν, καὶ ἀνακεκρᾶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα, τάχος ἐπὶ πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα, εἰ μὴ ἀπορία τῶν λέκτεων εἴη· καὶ τοῦτο ποιήσεσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων. λέγω δὲ, εἰ παραθέοις καὶ τὰ μικρὰ, καὶ ἧττον ἀναγκαῖα, λέγοις δὲ ἱκανῶς τὰ μεγάλα, μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπτέον πολλά· οὐδὲ γὰρ ἢν ἑστιᾶς τοὺς φίλους, καὶ πάντα ἢ παρεσκευασμένα, διὰ τοῦτο ἐν μέσοις τοῖς πέμμασι, καὶ τοῖς ὀρνέοις, καὶ λοπάσι τοσαύταις, καὶ συσὶν ἀγρίοις, καὶ λαγωοῖς, καὶ ἑπογαστρίοις, καὶ σαπέρδην ἐνθήσεις καὶ ἔτνοι, εἴ τι κἀκεῖνο παρεσκεύαστο, ἀμελήσεις δὲ τῶν ἐντελεστέρων. μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν ἢ τειχῶν ἢ ποτα-

adiacere videantur, sed semper quod primum est, secundo non modo vicinũ ac proximum sit, verùm etiam cum eo communicet, & per extrema commisceatur. Breuitas in omnibus vtilis est, & maximè, si non inopia quædam fuerit rerum dicendarum. Et hanc suppeditari oportet non tam à nominibus ac verbis, quàm ex ipsis rebus. Dico autem, si præterueharis cursu, ea quidẽ quæ parua sunt & minùs necessaria, exponas autem & explices copiosè ea quæ sunt magna. Imò verò & prætermittenda multa. Neque enim si conuiuio accipias amicos, atque omnia apparata fuerint, ob hoc intermedia bellaria, & auiculas, & patinas tam multas, & sues feros, & leporina, & sumina vel vuluas, saperdam quoque appones, & pulmentum, etiã si & illud apparatũ & coctum habeas: sed quæ vili ora sunt, missa facies. α Maximè autẽ temperantia quædã adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut

ἢ ποταμῶν ἑρμηνείας, ὡς μὴ δυνάμιν λόγων ἀπαρο-
κάλως παρεπιδείκνυσθαι δο-
κοίης, καὶ τὸ σαυτῆς ἔργον, πα-
ρὰς τὴν ἱστορίαν, ἀπὸ ὀλίγου
πεφυσήμενον τῆ χρησίμου,
καὶ σαφοῦς ἕνεκα μεταδόσεως,
ἐκφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ
πράγματι, καὶ τὴν τοιαύτην
ἀπαφὴν λιχνείαν, οἷον ὁρᾷς
τι καὶ Ὅμηρος ὡς μεγαλό-
φρονα ποιεῖ. καί τοι ποιητὴς
ὤν, παραθεὶς τὸν Τάνταλον
καὶ τὸν Ἰξίονα καὶ Τιτυόν, καὶ
τοὺς ἄλλους. ἐὰν δὲ Παρθένι-
ος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος
ἔλεγε, πόσοις ἄν, οἶμαι, ἔπεσι
τὸ ὕδωρ ἄγειν πρὸς τὸ χεῖλος
τοῦ Ταντάλου ἠνάγκασε, εἶτα πό-
σοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; μεί-
ζονι δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς,
ὀλίγα καὶ τοιοῦτο ἄλλα τῆς πό-
σεως χρησάμενος, σπείσαι ὅ-
πως ὀφθῇς ἀφίσταται, ἢ μη-
χάνημα ἑρμηνεύσῃς, ἢ Πολι-
ορκίας σχῆμα δηλώσας, ἀν-
αγκαῖον καὶ χρεῶδες ὄν,
ἔστι

ξοντες. τὸ δὲ μέγιστον, ὑφορᾶ-
σθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα,
κἂν ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν
ἥξειν ἐλπίξειν. ὁ μὲν γοῦν ὑπὸ
τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν, ἐκφαρ-
μάκων, ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ
ἐρωμένου· τὴν δὲ ἄλλον ἴσως ὁ-
μοιότροπος θάνατος κατέλα-
βεν. Μί. ἄπαγε, δεινὰ ταῦτα
φῄς,

Somnus, multigenas versantem pectore curas.
idq́ quum reliqui omnes Achiui sterterent. ff *Adde quòd Lydum illum discruciat filius mutus: Persam verò Clearchus ad Cyrum desciscens: atque alium quempiam Dion cum Syracusanis nonnullis* 88 *ad aurem communicans. Rursum alium quendam vrit Parmenion collaudatus. Item Perdiccam Ptolemæus: Ptolemæum Seleucus. Quin illa quoque molestiam afferunt, amasius per vim non spontè conuiuens, concubina alio gaudens: tum si qui defectionem parare dicantur, aut duo quatuórve satellites inter sese consusurrantes. Porrò (quod est omnium grauissimum) amicissimi quique vel maximè sunt formidandi, semperq́ metuendum ne quid magni mali ab illis oxoriatur. Nam alius, à filio veneno necatus est: alius item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit.* MIC. *Apagesis, atrocia miraqúe sunt ista quæ narras.*

φὴς, ὦ Ἀλεκτρυών. ἐμοὶ γοῦν πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν ἐπικεκυφότα, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης, κωνείῳ καὶ ἀκονίτῳ συνανακρηθεῖσαν φιλοτησίαν ὁ δὲ κίνδυνος ἐμοὶ μὲν, εἰ παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι τῆς τομῆς τῆς ἐπ' εὐθὺ, ὀλίγον τι αἱμάξαι τοῦ δακτύλου ἐντεμόντα. οἱ δὲ, ὡς φὴς, θανάσιμα εὐωχοῦνται, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς συνόντου. εἶτ' ἐπειδὰν πέσωσιν, ὅμοιοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς ἰδεῖν ἔστι, τέως, μὲν Κέκροπας, δῆθεν ὄντας, ἢ Σισύφους ἢ Τηλέφους, διαδήματ' ἔχοντας, καὶ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ἐπίσειστον κόμην, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον· ἢν δὲ, οἷα πολλὰ γίγνεται προσκρούσας τις αὐτῶν, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δυλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς, τοῦ προσωπείου μὲν συντριβέντος αὐτῷ διαδήματι, ἡμαγ-

ô galle. Mihi igitur multò sit tutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex aurea bibere phiala comiter delatum haustum, cæterùm cicuta aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem hoc vnum est periculi, vt si paululùm [hh] aberret smilion, deflectatq; à recta incisione, summum secantis digitum exiguo sanguine tingat: at isti, quemadmodum narras, letifera agunt conuiuia, atq; id innumerabilibus in malis constituti. [ii] Deinde vbi conciderint, persimiles esse videntur tragœdiarum histrionibus Nam multi, sicut videre licet, [kk] Cecropes sunt scilicet, [ll] aut Sisyphi, aut Telephi, diademata gestant, argenteisq; capulis gladios, comamq; ventilantem, & auro intertextam chlamydem. quòd si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueat spectatoribus, videlicet persona vnà cum ipso diademate contrita,

ἐκμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς μορφῆς τοῦ προκειμένου, καὶ τῶν σκιλλῶν ἐπιπολὺ γυμνουμένων ὡς τῆς τριόδου τὰ ἔνδοθεν φανήσεται ῥάκια, ῥύσλωα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ἀποδησιν ἀμορφοτάτην, καὶ ἐκὶ μᾶλλον κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὁρᾷς ὅπως μὴ ἀπάξαν ἰδέᾳ δαξας ἄδην, ὦ βέλτιστε Ἀλεκτρυών. ἀλλὰ τυραννίς σοι δοκεῖ τόν τι ὧν ἔφθης ἅπαντα ἐπὶ δὲ ἢ λύραν, ἢ ἰχθῦς ἢ βάραχον ὁποτέρῳ γένοιο, πῶς ἂν φέροις ἑκάτερον τῶν διατριβῶν; Αλ. μακρὸν διέξιτον ἀνακινεῖς τὸν λόγον, καὶ ὃ τοῦ παρόντος καιροῦ. πλὴν τό γε λιφάλαιον, εἴ σοι ὅτις ἐκ ἀπραγμοσύνης τῶν βίων ἐδοξέ μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόνας τὰς φυσικὰς ἐπιθυμίας καὶ χρείας ἐμμιμησαμένη, τιθάνῳ δὲ ἔπορ, ἢ συκοφάντῃ βάραχον, ἢ σοφιστῇ κολοιὸν, ἢ ὀψοποιὸν λάνωπα, ἢ λίναλδον ἀλεκτρύονα ἢ τέττα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ

contrita, vero autem alectoris capite luxato, cruribusque maxima ex parte renudatis: vt iam interioris amictus quàm miseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docueris, optime gallo. Cæterùm tyrannis talis quædam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? GAL. mm Istum quem nunc suscitas sermonem, & longior sit, neque huius temporis. nn Illud autem vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circumscriptam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantem ranam, aut sophistam graculum, aut popinatorem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia, quæ vos studio cõminiscimini, haud-

ἄρ' ἐν ἄλλοις ἐν ἐκείνοις. Μι. ἀληθῆ ταῦτα ἴσως, ὦ Ἀλεκτρυών. ἐγὼ δέ, ὅτε πέπονθα, οὐκ ἀσχύνομαι πρὸς σὲ λέγων. ἀλλ' ἔτω μανθάνειν τοῦ ἐπιθυμίαν, ἣν ἐκ παίδων ἔχων, πλούσιος γενέσθαι, ἀπό μοι καὶ τὸ ὄνειρον ἔτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστηκεν, ἐπιδεικνύμενόν τὸ χρυσίον. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῷ Διαφανεῖ Σίμωνι ἀποπνίγομαι, πυρῶντι ἐν ἀγαθοῖς τοσούτοις. Ἀλε. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλε, καὶ ἐπείπερ ἔτι νὺξ ὄστιν. ἐξανάστας, ἕπου μοι· ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις, οἷα τὰ παρ' ἐκείνοις ὄντι. Μι. πῶς τοῦτο, ἀνακλασμένων, ἢ θυρῶν; μὴ καὶ διορυχᾶν με σοι ἀναγκάσῃς; Ἀλε. ἀλλὰ μῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗπερ ἱερός εἰμι, ἐξαίρετόν ἐστί μοι τοῦτο, λιῶ γε τὸ ἄρρεν πτερὸν τοῦ μικροῦ, ὃ δὴ ἀπαλότητα ἐπικαμπὲς ὄν.

quaquam inter illos videbis. MIC. Quæ dicis, ô galle, fortasis vera sunt: verùm non me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potissimùm autem sceleslus ille Simon exeruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. GAL. At ego te isto leuabo morbo, Micylle, tametsi nox etiamdum est. Surge modò ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ædes, quò mirum videas quomodo res habeant apud illos. MIC. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? GAL. Nequaquam: verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largitus est, vt sit quis longissimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. MIC. Atqui

Μι. Δύο δ' ἔστι σοι δεξιᾶ τὰ. Αλε. τὸ δεξιόν, ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀρπάσω πρᾶγμα ἔχω, εἰς ὅσον ἂν βούλωμαι, ἀνοίγαν τι ὁ ζωστὸς πᾶσιν θύραν δυνάσθαι, μὴ ὁρᾶν τὰ πάντα, ὐκ ὀρώμενον αὐτός. Μι. ἐλήλυθας μοι, ὦ Αλεκτρυὼν, μὴ συγγόνης ὤν. ἐμοὶ δ' οὖν ἦν σοι ὃ ἄναξ πράσσῃς, ὄψει τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μεταγενόμενα· μᾶλλον δὲ αὐτὰ πρὸς θὼν, ὁ δ' ἄνθρωπος περιπόξεται, ἀρπίνων τὰ καλλίματα. Αλε. ἀθέμιτος γε νοῦν ταῦτα ζητεῖς· πρᾶγμα γὰρ ὁ Ερμῆς, ἦν ζωστόν τι ἐργασάμενος ὁ ἔχων τὸ πῖδον, ἀναβοήσεται μοι, λαθραῖον αὐτόν. Μι. ἀπίθανον λέγεις, ἐπεὶ τῷ Ερμῇ αὐτὸν ὄντα. ζῆς ἄλλοις φθονεῖν τὸ ζῆν τε. ἀπίωμεν δ' ὅμως· ἀφίξομαι γὰρ τὸ χρυσίον, ἦν δυνώμαι. Αλ. ἀπότιλον, ὦ Μίκυλε, πρότερον τὸ πῖλον. τί τὸ, ἄμφω ἀπέτιλας; Μι. ἀσφαλέστερον

Atqui duas habes eiusmodi. GAL. *At dextram ex his auulsam cuicunque ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctáque videre, ipse inuisibilis.* MIC. *Equidem ignorabam, ô gallule, te præstigiarum quoque peritum esse. Porrò si mihi isthuc semel præstiteris, videbis illicò Simonis vniuersas opes huc deportatas. nam eas huc rediens transferam: at ille rursum circumrodet ebibetq; putria coria, quibus cõsueuit soleas compingere.* GAL. *Atqui nefas sit isthuc facere. siquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrârit, vociferans furem proderem.* MICY. *Rem neutiquam viri similem narras, nempe Mercurium, quum ipse sit fur, non sinere alios vt idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurum*

auferam, si modò posim. GAL. *Pennam priùs reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti.* MICY. *Tutius*

πέσδον ὅπως, ὦ Αλεκτρυών, μὴ δι' ἕλλον ἄμορφον τὸ πρᾶγμα ἀν ἔη, ὡς μὴ χωλούοις δεῖ θάτερον τ' ὀρᾶς μέρος. Αλ. ἔγωγε. ἐπὶ τὸν Σίμωνα πρῶτον ἐπιμεν, ἢ παρ' ἄλλον τινα τῶν πλουσίων; Μί. οὔμενοῦν, ἀλλὰ περὶ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασυλλάβος, ἤδη πλουτῆσαι, εἶναι ἀξιοῖ, καὶ δὴ παρόντων ἐπὶ τὰς θύρας. τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τοῦτο; Αλ. ἐπίθου τὸ πρῶτον ἐπὶ τὸ λιθάριον. Μί. ἰδοὺ δή, ὦ Ηρακλεῖς, ἀναπέπτασαι, ὥσπερ λιπαδί, ἡ θύρα. Αλ. ἄγου εἰς τὸ πρόσθεν. ὁρᾷς κύνα τὸν ἀγρυπνοῦντα, μὴ λοχίζοντα; Μί. ὁρῶ νὴ Δία, πῶς ἀμαυρὰν γε καὶ λυσιτελῆ θρυαλίδα, καὶ ἀχρὸς δι' ἔτους, ἀλλ' οἶδ' ὁπόθεν, ὦ Αλεκτρυών. καὶ λαθικληκὼς ὅλος, ἐκλιπτικὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως εἰκός. Αλ. ἄκουσον ἃ φησιν· ἴσως γὰρ ὄθνειός εἰκὸς ἔχει. Σί. οὐκοῦν τοσαῦτα μὲν ἐλλο-

hoc quidem, ô galle, tum tibi minus fœdum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè. sed vtrum Simonem priùs adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonẽ, qui videlicet pro disyllabo tetrasyllabus esse affectet, posteaquam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam seræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, ostium perinde atq; claui resilit. GAL. Perge, porrò præcedens. PP Vides illum vigilantem ac suputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obscuram siticulosamq; lucernam. Præterea pallet, haud scio vnde, galle, totusq; exaruit, atq; extenuatus est, qq mirum ni curis: neq; enim auditum est illum alioqui malè habere. GAL. Auscultа quid dicat. siquidem intelliges quibus de causis

ad cum modum sit affectus. SIM. Nimirum septuaginta illa

ἐδιδομήκουν· ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ λίνυι λαζρώφυκα, καὶ οὐδεὶς ὅλως εἶδε. τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδε Σωσυλλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ λαταρυπλουμένῳ με. ὅλως γοῦν περὶ τὸ ἵππιον ὀλίγον ἐσπουδακὼς, ἄλλως τε οὐδὲ φιλόπονος ὤν· εἰκὸς δὲ φιλήρακλον πολλῷ πλέον ζυτορυπόθην γὰρ ὁ Τίβιος τοσοῦτον μέγαν ὠφόνηκεν ἐνέχθης; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ ἐκπόδιον ἐωνῆσθαι πρώτῃ δραχμῶν. ὅλως τἀμὰ ἔνδοι σπαθῶσι λακοδαίμονος. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται, ζαλούντα ὄντα. δίδια γοῦν μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον, ὑφέληται ταῦτα. πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι, καὶ μάλιστα ὁ γάτων Μίκυλος. Μίκυλε Διά· σὲ γὰρ ὁμοίως λέγω, καὶ τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω. ΑΛΚΙ. σιώπησον, ὦ Μίκυλε, μὴ λαταφωράσῃ πρόνοια illa talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neque quisquam alius omnino vidit. At verò sedecim illa Sosylus equiso vidit me sub præsepe occultantem. Itaque de curando stabulo non est admodum solicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens. Verisimile est autem, illum multò etiam his plura sustuliss̄e. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens salsamentum illi obsonio proposuisset? Tum autē aiunt illum monile emisse vxori drachmis quinq. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabūt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quū sint multa? Vereor enim ne quis ea suffossa pariete tollat. Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. MIC. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala

 GAL. Tace, Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas.

προύντας ἡμᾶς. Σι. ἄριστον γοῦν, ἄγρυπνον αὐτὴ φυλάττων, ἅπαξ ἐν πρίαμαι δραχμὰς ἐν λιθίνῳ πίθῳ οἰκίαν. τίς οὗτος; ὁρῶ σέ γε, ὦ τοιχωρύχε, μὰ Δία, ἐκ τῶν λίθων γε ὧν τυγχάνεις. εὖ ἴσθι, ἀριθμήσω αὖθις, ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μήτι μοι πρόλιθι διέλαθεν. ἰδού, πάλιν ἐφορμήτις ἐπ' ἐμοί, λῃστὴς πολιορκῶμαι, ὑπὸ πάντων. πῶς ἀπάντων. πῶ μοι τὸ ξιφίδιον, ἂν κάθωμαι; θάπλωμεν αὖθις τὸ χρυσίον. Αλ. ταῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος. ἀπίωμεν ἤδη καὶ παρ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. Μί. ὁ λαροδαίμων, οἷον βιοῖ τὸν βίον; ἐχθροῖς ἔστω πλουτεῖν γάρ. κατὰ μόρους γοῦν καταθεὶς αὐτόν, ἀποπνιγῆναι βάλομαι. Σί. τίς πάταξέ με; κλαύσομαι ὁ δυστυχής. Μί. οἴμοι, καὶ ἀγρυπνῶ, καὶ ὅμοιος γίγνεται τὸ χῶμα τῷ χρυσῷ, πρωτίστως αὐτῷ. ἡμᾶς δέ, ἐ δοκῶ, γνίφωνα τὴ δακ-

prodas. SIM. Optimum igitur fuerit, vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quid iste? Video te per Iouem, ô parietum perfossor, posteaquam es columna. bene res se habet. Pernumerabo denuò refossum argentum, ne quid forte dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidijs appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quenquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum super est. MIC. O miser, cuiusmodi viuit vitam? hostibus eueniat ad hunc modum diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, volo discedere. SI. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. MI. Plora ac vigila, auri ψsimilis corpore reddaris, quãdoquidẽ illi affixus ac deditus es. Nos aũt, si videtur, Gniphonem

ἀνῳξλῶ ἴδωμεν· οὐ μακρὰν
ἡμῶν οὗτος οἰκεῖ, ἀνέῳκται
αὐτῷ ἡμῖν ἡ θύρα. ΑΛ. ὀρᾶς
ἐπαγρυπνοῦντα καὶ ἕωθεν ἐπὶ
ἐργοτιδίῳ, ἀναλογιζόμενον
τοὺς τόκους, καὶ τὰς ἀκτῖνας κα-
τοπτευόμενον, ὅπου ἀνύσει μι-
κρὸν ὀλίγον πάντα ταῦτα λιπόντα,
σίλφιον ἢ ἐμπίδα ἢ μύωπα γενέ-
σθαι. ΜΙ. ὁρῶ κακοδαίμονα,
καὶ ἄνθρωπον, ὃς ἤδη νῦν
πολὺ τῆς σίλφης ἢ ἐμπίδος
ἄμεινον βιοῦται. ὡς δὲ καὶ οὗτος
ἐπιτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισ-
μῶν; ἐπ' ἄκρον ἀπίωμεν. ΑΛ.
παρὰ σὸν Εὐκράτιλλον, ἃ δοκῶ.
καὶ ἰδοὺ γὰρ ἀνέῳκται καὶ αὐτῷ
ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαν-
τα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ λῶ. ΑΛ. ἔτι γὰρ σὺ
ἀνθρωπολεῖς τὸν πλοῦτον τὸν τοῦ
τοῦ Εὐκράτιλλον ἀπὸ μὲν τοῦ
οἰκέτου, προσβύτιλλον ἄνθρω-
πον. ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία καταπυ-
γοσωλῆνά τινα, καὶ πασχηλιασ-
μὸν, καὶ ἀσιληφίαν ἐν ἀνθρωπί-
νῳ· πλὴν γυμνᾶσαι βέλτιρωθι,
ἐπὶ τὴν μαγείρου μοιχευομένην
καὶ

phonem fœneratorem visa-
mus. Nam nec is procul hinc
habitat. Ipsæ nobis suapte
sponte fores patuerunt. GA.
Vides hunc quoque curis
inuigilantem, & vsurarum
rationes iterantem digitis
contortis? cui propemo-
dum relictis his omnibus
sit in silpham aut culicem
aut muscam abeundũ. MIC.
Equidem video miserum
ac vecordem hominem, ne
nunc quidem multò melio-
rem viuere vitam, quàm
silphæ aut culicis: adeò totus
& hic à curis & rationi-
bus est extenuatus. Nunc ad
alium eamus. GAL. Ad
tuum si videtur, Eucratem.
En tibi fores per se patuêre.
Quin introimus? MIC.
Paulò antè hæc omnia mea
erant. GAL. At etiam
nunc tu diuitias somnias?
Vides igitur Eucratem
ipsum quidem à famulo, vi-
rum natu grandem? MIC.
Video profectò quidem
haudquaquam virile. Porrò
altera ex parte ipsam item vxorem à coquo constupra-
ri. GAL.

καὶ αὐτήν. Αλε. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων ἠληρονομεῖν, ὦ Μίκυλλε, πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους; Μί-μηδαμῶς, ὦ Αλεκτρυὼν, λιμῷ πρότερον ἀπολοίμην, τοιοῦτόν τι πείσομαι. χαιρέτω τὸ χυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα. δύο ὀβολοὶ ἔμοι γε πλοῦτός ἐστι μᾶλλον, ἢ τοιχωρυχεῖσθαι πρὸς τῶν οἰκετῶν. Αλε. ἀλλὰ νοῦ. ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς αὐτὸ, ἀπίω μὲν οἴκαδε, παρ' ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δὲ εἰσαῦθις ὄψει, ὦ Μίκυλλε.

ri. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere, Micylle, cunctáque possidere quæ sunt Eucratis? MIC. Haudquaquam, galle: imò fame citiùs interierim, quàm id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, quàm si à domesticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quandoquidē dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs videbis, Micylle.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

Dialogus longè festiuissimus, in quo Pythagoram velut impostorem ac præstigiatorem taxat, tum eius dogma de metempsychosi aut metamorphosi prodigiosa animarum, hoc est, migratione earum in varia corpora, ob quod à carnium esu abstinebant. De qua re Laërt. lib. 8. & Plutarch. in comm. περὶ σαρκοφαγίας. Hanc superstitionem latenter carpere & suggillare videtur Eurip. in Hippolyto περὶ μετεμψυχώσεως. i. de transmigratione animarum in varia corpora cùm hominum, tum etiam brutorum. vide vitam Pythagoræ à Diogene Laërtio descriptam. Item Plutarch. in vita Homeri: & Ouid. 15. Metam. apud quem sic Pythagoras loquitur:

Morte carent animæ semperq; priore relicta

Sed,

Sede, nouis ædibus viuunt habitantiq; receptæ.

Ipse ego nam memini Troiani tempore belli, &c. Posteà Pythagoras factus est, postremò in gallum transmutatus, vt festiuè ludit hîc Lucianus Stoicorum etiam fastū ridet, qui alioqui mollissimi vultus, vestiumq; seueritate, vitæ continentiam præ se ferebant. Peculiariter tamē eos notat, qui obtentu sanctimoniæ fœdam cauponam exercent, speciosisq; titulis seuero vultu, sapientiæ opinione cultu externo simplicioribus imponunt. Quòs Græci eleganter λογεμπόρους καὶ λογοκαπήλους dicunt. Gellius, æruscatores vocat, qui cibum quæstumq; ex mendacijs, & id genus officijs ac præstigijs capient. Hoc genere hominum nostra quoq; ætas nimis differta est. Diuitum ac regum vita quantis sit ærumnis obnoxia, docet: contrà quàm expedita res paupertas hilaris, suaq; contenta sorte. Introducit Gallum cum hero suo Micyllo sutore cōfabulantē, magis ridiculè quàm vllus possit γελωτοποιὸς: sed rursus sapientibus, quàm Sorbonicorū ac Sophistarum vulgus nonnūquam in scholis magno supercilio magnis de nugis disputat. Solent autem vel extremæ sortis homines, aliquando magnifica quædā somniare: quemadmodum hic Micyllus, qui per somnum opulentissimus experrectus cerdo quispiam erat, Iro penè pauperior. Nam somniare, sperandi genus est, inquit Erasmus. Non dissimilem vanæ spei ac cupiditatis imaginem, Theocritus proponit in Piscatore, Eidillio 25. qui somniat se grandem piscem aureum cœpisse, atque ingenti gaudio exanimatum sanctè iurasse, nunquam se ampliùs dum viueret, piscib. capiendis operam daturum esse, sed de aureo ille pisce quem in somnis cœperat, sumptū facturum, atq; ita suauiter in ocio & luxu vitam exacturum suam. Manè cum vnā cum somno & aureus ille pisces, & spes ipsa auolasset, neq; esset experrecto ex aurifero illo somno vnde victitaret: nisi & ipse, & vxor ac liberi fame perire vellent, vel inuitus, & contrà quàm iurauerat in somnis, ad consuetos labores redire cogitur. Quod autē homines magno-

magnopere cupiunt & optant, de eo somniant. Vide prouerbium Erasmi: Quæcunq; in somno videntur.

a At te scelestissime.] *Exordium ab imprecatione.* *b* Antelucano morsicat.] *Galli cantus importunus nonnunquã est. & quoniam nos à lecto exuscitat, à Græcis (vt Plinius inquit) ἀλεκτρυὼν καὶ ἀλέκτωρ dictus est.* c Titillatque. nam.] *Amplificatio à tempore.* *d* Gnomon aduentantis diei.] id est, *horologium. Id fieri docent Physici, per ἀντιπερίστασιν.*

e Quasi vellus illud.] *Alludit ad fabellam de dracone, peruigili custode aurei velleris. Ouid. in Metamor.* *f* Here Mycille, equidem.] *Defensio per absolutionem, à fine.* g Lucem anteuertissem.] *Gallus enim à poëtis dicitur lucis prænuncius ales: & auis lucis, à Martiale hoc versu:*

Cristatæq; sonant vndiq; lucis aues.

h Magis mutus fuero piscibus.] *Aristoteles 2. de Anima adimit omnibus piscibus vocem, excepto scaphro & porco fluuiatili. Veteres aũt quemuis piscem vocabant ἔλλοπα, quòd vocem edere non posset. Vnde Plutarchus in Symposiacis, & Athenæus, existimant Pythagoricos à piscibus abstinuisse ob ἐχμυθίαν:* id est, *silentium, quam Pythagoras docuit. Idem Lucianus in Alcyone: Nam muta sanè quæ in aquis degunt. Erasmus noster in lingua: Quin & ipsa linguæ forma facit ad vocem promendam; vnde pisces, quoniam linguam habent à terrestribus animantibus differentem, omnino muti sunt.* i Per somnium diues.] *Simile protulit Cicero in Salustium: Vade tu, qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos, villam Tiburti, & Cæsaris reliquas possessiones paraueris. Quicquid enim optâris, id somniare contigit quibuslibet, sicuti Micyllus diuitem se ac præpotentem somniat. Pastor quidem apud Theocritum in Ecloga nona:*

ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας. id est,
Possideo quæcunq; solent sub nocte videri
In somnis, vim magnam ouium, multasq; capellas.

Apud eundem Theocritum Piscator somniat aureum piscem. Et infimæ sortis homines, nonnunquam reginarum coniugium

iugium somniant. *k* Esurias experrectus.] *Solomon in Prouerb. cap. 6. Vsquequò piger dormis? quando surges è somno tuo? Paululùm dormies, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.* *l* O' prodigiorum.] Τερά-στιος Ζεύς, *Iupiter prodigiorum auersor. Sophocles in Oedipo Epicolono vocat malorum depulsorem:* Ζεῦ ἀλεξήτωρ, τίς ποθ' ὁ πρεσβεύς; id est: *Iupiter malorum depulsor, quisnam hic senex? Hesychius ait,* τερασκόπους θεούς, *deos esse signorum ac prodigiorum effectores.* *m* Auersor Iupiter.] *Ab admiratione.*

n Malorum depulsor Hercules.] Ἀλεξίκακος Hercules, *hoc est, expellens mala, post Apollinem etiam dictus est, cuius etiam meminit Hesychius. Quibus monstris terras liberârit, plena sunt omnia.* *o* At tu mihi.] *Nouitatem rei eleuat ab exemplis.* *p* Achillis equus.] *Xanthus Achillis equus concionans apud Homerum* Ιλιαδ. τ. *in fine:* Τὸ δ' ἔρι τότ' ζυγὸφιν, ἀθρόα φώνησε ποδάρκης ἀχιλλεὺς ἵππος, &c. *q* Μακρὰ χαίρειν φράσας.] *Longum valere iussisset. Rem autem à qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere iubere: sumpta metaphora ab ijs, qui discedunt diutiùs abfuturi, seu nunquam reditueri. Vsurpat Lucianus in Ioue Tragœdo. item in Apologia* τοῖς ἐν τῇ ἀθανασίᾳ πτώσεσι, *interpretatur prouerbium his quidem verbis:* τὸ γὰρ μακρὰν χαίρειν τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ: id est, *hoc dictum longum valere, declarat nobis non amplius curæ futurum. Virgil.*

Et longum formose vale, vale, inquit Iola.

r Nauis, cui nomen Argo.] *Argo dicitur fuisse prima nauium, in qua Iason cum quinquaginta quatuor heroibus Thessalis nauigauit Colchos, ad rapiendum vellus aureum. Dicta ab eiusdem nominis artifice, qui etiam inter nauigandum eius resarciendæ curam susceperat. Alij ab ἄργον, quod est velox. Facta est autem arboribus Dodonæ syluæ Epyri Ioui sacræ, quibus olim oracula reddebantur. Vocales enim fuisse dicuntur. Vnde & Poëtæ finxerunt, hanc nauem fuisse vocalem & loquaculam. Seneca:* ipsaque vocem prodidit Argo. *Ad id Poëta doctissimus respexit, quod Argonauticôn 4. Apollonius scribit, in carina nauis Argus à Pallade lignum fuisse impactũ ex Dodonide fago, quod humano voce fungeretur quan-*

doque. Sic enim ait: ὡ ὴκα δ' ἄφρων ἴαχον αὐδρομέη ἐνοπῇ μισσηγὸ θεόντων αὐδῇ ἐν γλαυφυζῆνὸς δόρυ. Propterea Lycophron alicubi λάλη λεγόμενος avi. garrulam nuncupat picam. Eius interpres: Illa, inquit λαλησάτω ἴαχε τῷ πεάτιν' ὁμ δ δωδώνης δρυὸς: i. Carinam habebat loquacissimam ex Dodonæ quercu. Porrò vetus Arati Phænomenon interpres scribit, Danaum ab Aegypto fratre se propriepientem, auxilio Minervam invocasse, à quæ primùm sit compacta nauis, quæ Argo sit appellata, eaqtie petierit Danaus Argos. Auctor autem Aeschylus, ab Minerua eadem materiam quandam loquentem naui insertam: quod repetit Iginus quoque. Extat & Antipatri epigramma de nauta quodam fulmine icto, cuius nauis per se, moderante nullo, ad littus delata rem gestam significauit. Nec Argoam, inquit, expetiuit carinam: ἀχρι δὲ τῶν θεόν, ἢ λιγυρὸν μέλπησα ἢ φράσα, ἀεχθὸν δ' ἐπὶ ἦπος ἀτέρπειν. Reperias & alibi eius rei mentionem, maximè apud Claudianum de victoria Stiliconis contra Alaricum:

— licet omnia vates
In malus celebrata ferant, ipsamque secandis,
Argois trabibus iactent sudasse Mineruam.
Nec nemoris tantùm vinxisse carentia sensu,
Robora, sed cæso toto Iouis arbore luco
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

s Dodonæa sylua.] Dodona ciuitas Chaoniæ, Epiri regionis, à qua non longè nemus erat querneum Ioui sacrum, in quo & templum Ioui sacrum, oraculum habens, quod à fagis & quercubus vocalibus reddi, figmentis tradiderunt nonnulli.

t Mercurij sim assessor.] Poëtæ Mercurio ideò Gallum assessorem faciunt, quòd literati & negociatores vigilare habent necesse:

Nec totam somno fas est consumere noctem.

u Loquacissimi.] ψιθυρὸς Ερμῆς, i. susurro, seu loquax Mercurius sic & Athenis & vocatus & cultus, cuius Demosthenes meminit in oratione Νεαιρὰς ea legitima sit, vt Harpocration scribit. x Deorum q; omnium facund.] Mercurius est sermonis auctor, & eloquentiæ Deus. Martialis lib. 7:

Cyllenes cœliquè decus, facunde minister.

Item Lucianus in apologia Pro mercede conductis: Eloquentiæ præsidã

præsidi Mercurio sacrificabo. γ Quempiam fuisse Gallum.] *Gallus adolescens in auem conuersus. Rhodiginus lib. 16. cap. 13.* ζ Cùm Venerem adiret Mars.] *Martis & Veneris adulterium à Sole deprehensum, vide apud Ouid lib. 4. Met. cuius verba Boliginus sic contraxit:*

Leucothæ post hanc Solis narrabat amores,
Qui tua vulgârat Martia stupra Venus:
Aurea tunc vobis ponuntur retia iunctis:
Et fuit hæc cunctis fabula nota deis.

A Solem exorientem.] *Prisci noctis deliquium & accessum diei, galli cantu metiebantur, gnomonibus horarijs nondum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, prænuncians diem. Qua de re Plinius lib. 10. cap. 21. Et hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit, norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. cum Sole eunt cubitum: quartaq; castrensi vigilia, ad curas laboremque reuocant. Nec Solis ortum incautis sinunt obrepere, diemque venientem nunciant cantu: ipsum verò cantum plausis laterum. Hactenus Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus apud Ciceronem de Diuinationibus, concoctionem esse in causa putat, quòd id temporis cibus à pectore depulsus, in omne corpus digeritur. Huic autem animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia statim concoquat. Poëtæ ad hanc Luciani fabulam referunt. Ausonius:*

— ter clara instantis Eoi
Signa canit, serus deprenso Marte satelles.

Martialis:

Cristatæque sonant vndique lucis aues.

Lucretius libro 4. scitè & eleganter naturam huius auis describit, & Politianus in suo Rustico:

Quin etiam Gallum (*inquit Lucret.*) noctem exPlaudentibus alis
Auroram clarâ consuetum voce vocare, &c.

Noctem explaudentib. alis, i. alis noctem cū sonitu, & voluti applausu excutientib. atq; exturbantibus. Videntur enim galli alæ noctem suo complosu, vel suarum alarum ad latera appulsu exigere & expellere. B Mnesarchida.] *Mnesarchi annulorum*

sculptoris filio, de quo Diog. Laërtius. C Qui instituit.] *De disciplina Pythagorica, siue eius dogmatibus & symbolis, Gellius lib. 1. cap. 9. item lib 4. cap. 11. Et Erasmus meus copiosissimè in Chiliadibus. Ouid. libr. 15. Met.* D Carnes gustaret.] *Seneca 19. Epistola ait, Pythagoram abstinuisse à carnibus.* E Ne intra quinquennium.] *Idem Lucianus in Dialogo βίων πρᾶξις quinquennale silentium Pythagoreorum locis fuis inceſsit.* F Euphorbus.] *Nobilis Troianus Iliaco in bello à Menelao occisus, cuius animũ Pythagoras in se immigrasse affirmabat. Ouid. libr. 15. Metam.* G Tanagræus.] *A Tanagra Bœotiæ Mediterraneæ vrbe, de qua Ptolomæus lib. 3. cap. 5. Plinius lib. 10. cap. 2.* H Alterum quidem.] *Tacitè notat Pythagoræ vanitatem, vt qui sibiipsi repugnárit.* I Narra.] *Occasio totius disputationis.* K Nouum quendam.] *De ratione somniorum digressiuncula ex Homero.* L Iam septa transilit.] *De somnio, cuius finis cùm sit somnus, iam etiam vigilanti duraret. Vide Erasmum nostrum in prouerbio, Vltra septa transilire.* M Atqui duas.] *Homerus ὀδυσ. vt*

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμβρότων εἰσὶν ὀνείρων.

Quem locum expressit Virgil. in fine 6. Aeneid.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur,
Cornea,—*&c.*

Si quis plura de geminis somni portis præter ea quæ Seruius ibi annotauit, legat Macrobium & Porphyrium philosophum. Item Ouid. 11. Metam. N Captus oculis.] *Obid Homeri nomen sortitus est, quum priùs Meletigenes diceretur, q. ad Meletem fluuium natus esset, Cumæi namq; & Ionescaptos oculis ὁμήρους appellant, quod ὁμήροις, i itineris ducibus egeant. Hinc captus oculis sic dictus, & cæcutiens Meonius, à Martiano libr. 1. de nuptijs Philologiæ.* O Mihi verò.] *Commendat somnium suum à materia, seu subiecto.* P Mida.] *Midæ Phrygiæ tyranni immensæ opes fabulis compluribus & adagijs locum fecêre. Huic Plinius primum attribuit locum inter insigniter diuites, libr. 33. Hodie auari Midæ dicuntur.* Q Pindarus.] *In Olympia Hieroni Syracusani κέλητι, Ode 1. Optima res aqua. Aurum excellit in superbis diuitijs, sicut excellit fulgur ignis nocte.* R Lotum.] *Lauabant veteres & vngebantur*

ante

ante cœnam, referente Homero Iliad. κ. S Ambrosia.] *Frequens noctis epitheton apud Homerum.* T Credebam molestum.] *Narratio continens descriptionem cœnæ Eucratis, & causam somnij.* V Litera.] *Pro linea gnomonem horologij intelligit. prisci enim lineis & vmbris horas distinguebant. Olim qui vocabant ad cœnam, designabant ad quam vmbram solarij vellent adesse conuiuas: itidem qui vocabantur, ne venirent ante tempus, rogabant ad quotam lineam esset veniendum.* X Ferebatur.] *Notat obiter & Stoicorum mores, qui cum ἀπαθεὶς esse volunt, interim nihil non appetunt.* Y Lupus frustra hians.] *Aiunt enim, lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto accurrere: quæ si frustretur, obambulare hiantem. Vnde natum prouerbium, Lupus hiat: quod dicebatur, si quis re multùm sperata, multumq; appetita frustratus discederet. Dionysius Sophista in epistola quapiam: Num insciens in prouerbium indici, factusque sum lupus frustra hians? Vide Erasmum in Chiliadib.* Z Deinceps cœnabamus.] *Stoicorum inepta doctrina & conuersatio.* α Duæ negationes.] *Caius de verborum significationibus: Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis, quàm prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit. Grammatici etiam fatentur duas negationes affirmatiuam inducere.* β Portò ipse.] *Quæ in diuitibus speciosa ac beata habeantur vulgò.* γ Adeóne es auri.] *Auri encomium. estque hæc prior collationis pars, quæ diuitias commendat.* δ Homerus Gratijs similes.] *Homerus Iliad. ρ. in cæde Euphorbi:*

αἵματι οἰδεύοντο κόμαι καρίτεσσιν ὁμοῖαι.

id est, *sanguine irrigatæ comæ Gratijs similes. Quam ob causam ἐρασιπλόκαμος à Tzetze nuncupatur, vt qui solitus fuerit auri ramenta implicare cirrato capillitio.* ε Neque isthuc.] *Amplificatio ab exemplo Iouis.* ζ Saturno Rheáque progenitus, cùm Argolicam illam puellam.] *Iupiter Danaës, Acrisii regis Argiuorum filiæ, in turri à patre inclusæ, vigilibus custoditæ amore captus, in imbrem aureum conuersus corrupit. De hac fabula Ouidius libro 6. Metam. Horatius 3. Carminum, Ode 16.* η Iam veró.] *Ab effectu & vsu.* θ Saturnalibus.] *Saturno dicatis, quibus seruis discumbentibus*

bentibus Romani inseruiebant, feriatis interim ab opere septem dies, quibus exactis ad solitas operas reuocabantur. Saturnalium meminit Athenæus lib. 14. Macrobius cap. 1. lib. 1. ε Noui Simonem.] Probat exẽplo vicini Simonis. κ Coccyzabam.] Coccycis proprium est gallorum accidens. λ Simonides.] Simonidis Cÿ senectus in Macrobÿs habetur, cuius etiam meminit Pausanias. μ Non secus atque cestus ille poëticus.] Id est, poëticum Veneris cingulum. Est autem cestus Veneris cingulum, efficax ad illectamenta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Hinc τὸν κυπρίδος κεστὸν habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Sumptum est autem ex Homeri Iliad. ξ. Quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atque ab ea cingulum gratiarum & amorum conciliatorem commodatò petit. Ab hoc & nostri incestum deducere. Sic verò vocatus cestus, velut κεκοσμένον, id est, ornatus, seu ἐγκεκεντημένον, quòd vim variam habet & colligandi & constringendi. Meminerunt huius Theocritus in Adonidis epitaphio, & Martialis multis in locis. ν A' Poëtis.] A testimonio Poëtarum, Euripidis in primis. ξ Quoniam tu.] Hîc pauperum & mediocrium in vita hominũ conditionem esse optimam & tranquillissimam, multis ostenditur. ο Per Iouem.] Propositio alterius partis collationis. π Hoc tantum.] Transitio. ρ Quemadmodum initio.] Series mutationum Pythagoræ, pertinens ad fidem faciendam sequentibus. σ Sed ego.] Micyllimutationes, per digressiunculam. τ Tu formica fueras.] Formicas Indicas aurum ex cauernis egerere, adserit Plinius libro 11. capite 30. υ A' Menelao necatus.] Homerus in principio Il. ρ. φ Domum.] Corpus animæ domicilium intelligit. χ Ea quæ ad Troiam gesta sunt.] Troiani belli historiam veram non esse apud Homerum, testes plures sunt. Dion Prusensis in libro de Troia non capta: Quidam, inquit, inter quos est Aristoteles, scribunt Ilium nunquam fuisse captum à Græcis. Eusebius quoque libro 3. affirmat, à primæ Olympiadis tempore Græcam tantùm historiam creditam, cùm inquit: Ante hoc, vt cuique visum est, diuersas sententias tulerunt. Mihi videtur longè aliud

sud sensisse D. Augustinum cùm sapè alias, tum maximè lib. 1. Ciuitatis diuinæ, cap. 2. Circumferuntur hodie Dictys Cretensis de bello Troiano ac reditu Græcorum, volumina sex. Extat Daretis Phrygij de excidio Troiæ liber. Extat & Ilias, nobile opus Homeri, quo Troiæ captæ historiam libris 24. explicat, cùm Virgilius duodecim libris complexus sit, quod ex vtroque opere visum est decerpere. ψ In Bactris.] *Bactra Scythiæ prouincia vltra Assyriam, à flumine Bactro cognominata, in qua ciuitas eiusdem nominis, metropolis Scythiæ.* ω Cæterùm ego.] *Alia digressio de rebus Troianis & Homero.* A Cygno prognatam.] *Tradunt Ledam Testij filiam, à Ioue in cygnum conuerso, ad Eurotam amnem compressam. Quo compressu grauida, peperit Pollucem & Helenam: ex Tyndareo verò, Castorem & Clytemnæstram, quæ postea Agamemnoni nupsit. Fabulantur eam ex Ioue ouum peperisse, vnde prognatos Castorem, Pollucem & Helenam. Hyginus secus fabulam refert. Paulo diuersiùs in commentarijs Isacius Tzetzes, quos scripsit in Cassandram Lycophronis.* B Patroclum.] *Iliad. 16. in fine.* Γ Illud in] *Redit ad propositum, & Pythagoram tacitè perstringit, vt sophistam & præstigiatorem, qui & quæ docuit, imponendi causa docuerit, & in quæ transmutatum se dixit, ab ijs natura quoque repugnarit.* Δ Ori & Isidis.] *Monumenta literarum Hieroglyphicarum: sic enim vocantur ænigmaticæ sculpturæ, quarum priscis seculis multus fuit vsus, potissimùm apud Aegyptios, Vates & Theologos, qui nefas esse ducebãt sapientiæ mysteria literis omnibus vulgo profano prodere, quemadmodum nos facimus: sed quid cognitu dignum iudicassent, id animantium rerumque variarum expressis figuris, ita repræsentabant, vt non cuiusuis statim esset coniecere verum, si singularum rerum proprietas, si peculiaris cuiusque animantis vis ac natura cognita, penitusque perspecta fuisset, is demùm collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Ori Aegyptij extant duo super huiusmodi symbolis libri. librorum Isidis meminit Plato libro secundo de Legibus.* E Crotoniatæ.] *Populi Italiæ Tarentinus vicini, Pythagoræ omnes addicti, Metapontici quoque.* Z Aspasia.] *Milesia à Pericle in matrimonii ac-*

cepta, cùm esset captiua, causa fuit Samij belli & Peloponnesiaci. Plutarchus in Pericle: & Aristophanes in ἀχαρνεῦσι.

H Siquidem inter.] *Ridiculum ab absurdo.* Θ Ista quidem.] *Defensio absurda ab exemplis.* I Teiresias.] *Rex Thebanus & augur. Cic. lib. 5. Tuscul. Ouid. lib. 3. Metam. de quo idem Lucianus in dialogo Menippi & Tiresiæ, vbi plura annotauimus.* K Elati proles Cæneus.] *A lacte nutricis elegantissima puella fuisse creditur. Eius formam Neptunus captus, pro concubitu dedit vt in virum mutaretur, & ferro vulnerari non posset. Imperabat Lapithis. quos quũ per hastam suã per fastum & deorum contemptum irritare cœpisset, iratus Iupiter pugnantem cum Centauris arboris stipite oppressit. Mortuus in auem mutatus dicitur ab Ouid. lib. Metam. 12. Maro verò, in priorem sexum reduisse. 6. Aeneid.*

It comes & iuuenis quondã, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

A Age igitur.] *Digressio in quæstionem iocosam.* M Cratetem.] *Philosophum Cynicæ sectæ studiosum, Thebanum.* N Deinde rex.] *Redit ad disputationem de diuitijs, & quanta eædem incommoda iunctа habent: estque hæc altera collationis pars.* Ξ Te quidem non magnoperè.] *Quæ belli temporibus diuitem excrucient: & contrà, quæ pauperem ijsdem temporibus commoda sequantur.* O Tu interim.] Ἀντίθεσις. Π Rursum pacis.] *Quæ pacis temporibus.* P At tu censor.] Ἀντίθεσις. Σ Quòd si quando.] *Quæ circa valetudinem.* T Longum plorare.] κλαίειν *etiam in prouerbium abijt, vt plorare iubeamus, quos contemnimus. Quidam inde natum existimant, quòd Scythæ Dario regi nihil aliud respondérint, quàm* κλαίειν, id est, *vt ploraret. Idem Lucianus in Tragopodagra:* ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω: id est, *Sed omnibus illis nil nisi plorare impero. vbi quædã annotauimus.* Υ Icari in morem.] *Alludit ad historicam fabulam Dædali, qui sibi ac filio suo fabricatis alis, in Siciliam fugit. Icarus pennis destitutus, in pelagus concidit, atque loco nomen dedit. De quibus Virgil. 6. Aeneid. & Ouid. libr. 8. Met.* Φ Nempe vbi Crœsus.] *Amplificat exemplis.* Χ Dionysius abdicatus.] *Dionysij Siculi tyranni, ac Syracusarum domini fortunæ*

tunà refertur à Iustino lib. 12. *Mortuo enim superiori Dionysio illius patre, à militibus substituitur, verùm cùm tyrannidem sauiùs Syracusis exercerit, coactus est imperium relinquere & Corinthum profectus, in omniaque vitia lapsus, tandem ludimagister factus est, vt omnino absque imperio non esset. Hinc Pluiarchus ait, regiam Dionysii puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem, qui Geometricas in puluere figuras describebant. Fuit enim eruditus, vt pote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset? respondit: Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutationem. Huius vitam ex Historicis petendam relinquimus.* ✝ Ne mihi in memoriam.] *Hactenus quæ priuatis ac ciuibus accidunt: iam videntur, quæ magnatibus ac regibus.* Ω At mei ipsius misereſcebat.] *Amplificatio à collatione.* aa Prægrandibus illis Colossis.] *Colossis prægrandibus similes reges esse affirmat: quorum si strepitum & apparatum inspicias, nihil felicius, nihil deorum vitæ similius: sin curas, suspiciones, odiæ contemplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Colossi autem dicuntur, vastæ prodigiosæque magnitudinis statuæ, quarum aliquot referuntur apud Plinium. ijs enim impendio delectabantur Romani olim. Hinc alibi & hic prouerbialis hyperbole apud Lucianum, Colossi magnitudine.* bb Phidias.] *De istis tribus statuarijs insignibus multa alibi annotauimus.* cc Intra Colossum.] *Quorum Colossi foris multo nitebant ebore, multo fulgebant auro, variisque coloribus arridebãt. Præterea Iouis aut Neptuni repræsentabant imaginem, fulmen aut tridentem dextra tenentes, vt planè numen aliquod esse viderentur, cùm intus nihil appareret præter picem, araneas, & id genus sordes.* dd Ne per somnium quidem.] *Græcis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Idem de Mercede conductis: Ne per somnium quidem vnquam albo pane satiatus est. Rursus de Electro: Porrò suauiter canentes, & eo modo quo tu prædicabas, ne per somnium quidẽ audiuimus.* ee Quippe nec Atridem.] *Homerus Iliad. a. in principio, cùm Agamemnonẽ cæteris Achiuis dormientibus solum vigilantem facit.* ff Adde quòd Lydum illum. *Cræsum intelligit Lydorum regem, quem filium habuisse Ashym*

nomine, mutum, præter alios commemorat Solinus capite 7. Porrò quòd Græcè κωφὸς est, quod propriè significat mutum, vt vertit Erasmus, accipitur etiam ἀντὶ τῦ βεβλαμμένου τὴν ἀκοὴν, id est, *pro eo cui auditus est vitiatus*, hoc est, *surdo: propterea quòd qui (vt Physici tradunt) naturâ surdi, ijdem & muti sint oportet.* gg Ad aurem communicans.] *In aurem dicere vel hodie, inquit Erasmus, vulgò dicitant, pro eo quod est clanculùm & secretò committere. Translatum ab ijs, qui propiùs admoti ad aurem insusurrant quæ nolint ab alijs audiri. Idem vsus est De non facilè credendis delationibus.* hh Abcerret Smilion.] σμίλιον *culter est sutorius, quo corium inciditur. Vtitur etiam vocabulo hoc Erasmus in Parabolarum siue Similium libro.* ii Deinde vbi conciderint.] *Alia collatio histrionum.* kk Quo ad Cecropes.] *De Cecrope Athenienſium rege, à quo Athenienses Cecropidæ dicti.* ll Aut Sisyphi.] *De Sisypho latrocinijs Atticam infestante, & de Telepho, qui ob cædem auunculorum in Mysiam fugit, nobis alibi dictum est.* mm Istum quem nunc suscitas.] *Pythagoras, cuius anima fingitur subinde mutato domicilio, per omnia virorum ac mulierum, bipedum & quadrupedum corpora fuisse peregrinata, fatetur hic, se longè suauiùs vixisse quum esset rana, quàm cùm esset rex.* nn Illud autem.] *Conclusio.* oo Atego te.] *Iam & exemplis probat quæ dixit hactenus.* pp Vides illum.] *Effictio diutis cogitabundi, & rationem supputantis.* qq Mirum ni curis.] *Auari hominis hypotyposis. Sic Horatius primo Sermonum:*

Queis humana sibi dolcat natura negatis,
An vigilare metu exanimem noctesq; diesq;,
Formidare malos, fures, incendia, seruos,
Ne te compilent fugientes: hoc iuuat, &c.

Item Iuuenalis:

-parcus homo rerum tutela suarum,
Certa magis quàm si fortuna seruet eosdem,
Hesperidum serpens — *Idem:*
Tantis parta malis cura maiore, metuq;
Seruatur: misera est magni custodia census. rr Vides hunc curis vigilantem.] *Similimum his Tantalis, hoc*

est,

est, auarissimis hominibus, & animo inquietissimis, facit Plautus suum Euclionem. ss Vides Eucrates.] *Honesta admodum præcisio in re valde turpi. Significat autem masculam Venerem. Exaggerat eam turpitudinem ab ætate. Cùm enim (vt Cicero inquit) libido omni ætati turpis sit, tum senectuti turpissima est. Huius Eucratis diuitis habetur Dialogus Plutonis & Mercurij.*

ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕ-ΝΟΣ Ἢ Δικαστήριον. *BIS ACCVSATVS, seu Fora.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

ET hic Dialogus maxima ex parte contra philosophos, idque nominatim etiam institutus est. Introducit enim iudicio inter se contendentes, primò Academiam & ebrietatem pro Polemone philosopho, actione fugæ, quòd is cùm antea per omnem ætatem ebrietati ac crapulæ deditus fuisset, audito forte quodam Xenocrate, subitò relictis priore vita ac habitu, ad frugem redierit, ac philosophari cœperit. Secundò, Stoam & voluptatem pro Dionysio Heraclensi, iniuriarum. quoniam hic ab initio Stoicam professionem secutus, mox cum morbo quodam correptus, ἀπαθείαν istam quam Stoici docent, cum corpore ac valetudinis affectione pugnare videret, eamque præstare non posset, ad Epicureos defecerat. Tertiò molliciem & virtutem pro Aristippo, consimili actione. Nam & hic cùm ab initio Socratis auditor & virtutis sectator extitisset, postea voluptatem vt finem bonorum asserere cœpit. Quartò mensariam Diogeni Cynico actionem fugæ intendentem, quoniam hic cùm à principio quæstum patris secutus, pro mensario sese gessisset, postea cùm ob adulteratam monetam solum vertere coactus fuisset, Athenas venit, & philosophiam sectari cœpit.

Quintò

Quintò pictoriam artem, Pyrrhonem vt desertorem accusantem, quòd ab initio pictor fuerat, postea autem relicta ea arte ad philosophiam sese contulerat. Videtur autem velle Lucianus ostendere & quàm ipsi homines abiecti ac viles, quidam autem etiam perditi per se fuerint, qui apud alios de virtute ac summis rebus philosophari, & foris sapientiæ titulo gloriari soliti sint: & quàm à malis, interdum etiam turpibus principijs & causis, ad tantarum rerum professionem prosiluerint, cùm alium videlicet ex ebrio subitó Academicum factum, alium ex impostore Cynicum, alium autem etiam ex propria affectione bonorum finem & virtutis naturam æstimasse ostendit. Postremò aũt & se ipsum à Rhetorica & à Dialogo reum fieri fingit: ab illa, quòd ea à qua plurimum adiutus & nobilitatus fuerat, deserta, ad Dialogum transierit: ab hoc autem, quòd veterem eius characterem & modum egressus, iocosa & comica argumenta, contra vetus Platonis exemplum, tractare cœperit. Quo iterum videtur & studiorum suorum & instituti rationem quandam exponere voluisse, & pariter illis respondere quoque, qui obscribendi genus, & dictionis nouitatem, ipsum fortassis nonnihil corripuerant, quemadmodum & suprà in Prometheo fecit. Ab exordio autem longam querelam Iouis de curis & officijs deorum præmittit, qua occasionem instituto dramati quærit, & quasi quandam viam ad futuram actionem sternit. Deinde & alteram Iustitiæ, quæ se in terras iterũ à Ioue ad præsidendũ iudicijs videlicet demitti grauatur. Vbi in genere quoque philosophorum initia siue creationes, & contentiosas atque clamosas disputationes persequitur, adhibita ad hoc Panos persona, vtpote liberioris dei, & ipsam rem, vt est, παχυμερέστερον etiam narrantis. Titulus alter ab eo qui bis, hoc est, à Rhetorica, & à Dialogo accusatur, sumptus est, alter à toto argumento.

ΖΗΝΟΣ.

ΖΗΝΟΣ, ΕΡΜΟΥ, Δίκης, Πανὸς, Αθηναίου, Αλλου καὶ Αλλου, Ακαδημίας, Στοᾶς, Αρετῆς, Τρυφῆς, Διογένους, Ρητορικῆς, Σύρου καὶ Διαλόγου.

Αλλ' ἐπιτριβεῖεν, ὁπόσοι τῶν φιλοσόφων παρὰ μόνοις τὴν ἀδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς. εἰ γοῦν ἤδεσαν, ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πάσχομεν, οὐκ ἂν ἡμᾶς τοῦ νέκταρος καὶ τῆς ἀμβροσίας ἐμακάριζον, Ομήρῳ πιστεύσαντες, ἀνδρὶ τυφλῷ καὶ γόητι, μάκαρας καλοῦντι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ διηγομένῳ, ὃς οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ καθορᾷν ἐδύνατο. αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ ζευξάμενος τὸ ἅρμα, πανημέριος τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ, πῦρ ἐνδεδυκὼς, καὶ τῶν ἀκτίνων ἀποστίλβων, οὐδὲ ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασὶ, σχολὴν ἄγων. ἢν

IVPITER, MERcurius, Iustitia, Pan, Atheniensis, Alius & Alius, Academia, Stoa, Epicurus, Virtus, Mollicies, Diogenes, Rhetorice, Syrus, Dialogus.

AT malè pereant, quicunque philosophorum apud solos deos felicitatem esse dicunt. Quòd si igitur nossent quàm multa nos hominum causa patiamur, haudquaquam nos ab nectar aut ambrosiam beatos prædicarent, [a] Homero videlicet credentes, homini cæco, & præstigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipse ne illa quidem quæ in terris fiunt, aspicere potuerit. Iam primum certè Sol quidem hic [b] iuncto curru totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & resplendens radijs, ne tantum quidem ocij habens, quantum ad scalpendam aurem, ceu dici solet, sufficiat.

Nam

ἢν γάρ τι κἂν ὀλίγον ἐπιῤῥαθυμήσας λάθῃ, ἀφηνιάσαντες οἱ ἵπποι, καὶ τῆς ὁδοῦ παρατραπόμενοι, κατέφλεξαν τὰ πάντα. ἡ σελήνη δὲ, ἄγρυπνος καὶ αὐτὴ περιέρχεται, φαίνουσα τοῖς ἠωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀωρίᾳ ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπανιοῦσιν. ὁ Ἀπόλλων τε αὖ, πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπανελόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφωται, πᾶς τῶν ἐνοχλούντων κατὰ χρείαν τῆς μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲν αὐτοῦ ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον εἶναι· μετ' ὀλίγον δὲ εἰς Κολοφῶνα θεῖ, κἀκεῖθεν εἰς Ξάνθον μεταβαίνει, καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὴν Κλάρον, εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας. καὶ ὅλως, ἔνθα ἂν ἡ πρόμαντις, πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης, καὶ τὸν τρίποδα διασεισαμένη, κελεύῃ παρεῖναι, ἄοκνον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεστάναι,

Nam si vel paululùm cessauerit insciens, arreptis habenis equi, & à via transuersè euntes, omnia miscere incendijs solent. Luna autem insomnis & ipsa circumit, c lumen exhibens ijs qui nocturnis comessationibus atque lasciuijs indulgent, quiqúe præter tempus à cœnis domum redeunt. Rursus autem & Apollo negociosam quandam artem professus, parùm abest quin totis obsurdescat auribus, tanta illi multitudine quotidie obstrepente, atque oracula efflagitante. Ac nunc quidem in Delphis illi esse necesse est, paulò autem pòst Colophonem currendo petit. Inde & Xanthum transit, & cursu postea in Clarum abit, deinde verò etiam in Delum, vel ad Brãchidas. Et in summa, vbicunque sacerdos oraculorum interpres, postquam de sacro latice biberit, & laurum commanderit, ac tripodem impulerit, adesse iubet, impigrum ac strenuum quamprimum assistere necesse est, cõnectentem

καὶ σωτῆρα τοὺς χρησμὸς, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὸν λόξαρ τῆς τέχνης. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὁπόσα ἐπὶ πεῖρᾳ τῆς μαντικῆς ἐπιτετεχνῶνται αὐτῷ, ἄρνεα κρέα, καὶ χελώνας ἐς αὐτὸ ἕψοντες, ὥστε ἁ μὲν χελὼ ῥίνα ὀξὺς ἔχῃ, καὶν ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ὁ Λυδὸς καταγελῶν. ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς, ἀπὸ τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος, ὁρᾷ τι δεινὰ, θιγγάνει τι ἀηδέων, ἐπ' ἀποστείροί τι συμφορᾶς, ἰδίας καρπούται λύπας. τί γὰρ ἄν, ὡς τοὺς ἀνήμους φυτοργοῦντας λέγοιμι, καὶ παραπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐπιπνέοντας, ἢ τὸν ὕπνον, ἐπὶ πάντας πτερόμενον, ἢ τὸ ὄνειρον, μετὰ τοῦ ὕπνου διανυκτερεύοντα, καὶ ἀποφυτεύοντα, αὐτῷ; πάντα γὰρ ταῦτα ἀπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ πονοῦσι, καὶ πρὸς τὸν ἐπὶ γῆς βίον ἑκάστοις συμπλοῦσι. καί τοι τὰ μὴ τῶν ἄλλων μέτεια·

tientem oracula, vel intercidere artis huius gloriam sibi pati. [d] *Nolo enim dicere quàm multa experiendæ artis, & probandorum vaticiniorum causa, insidiosè quidam contra ipsum machinantur, dum carnes agninas testudinesq; vno & eodem vase coctas illi apponunt: vt nisi nasum acrem & acutum haberet, abijsset eo etiam derisо Lydus ille. Nam Aesculapius quidem, cùm ab ægrotantibus quotidie vexetur, & tueatur graue, & tractat iniucunda, alieniscq; ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid enim Ventos dicam plantas fouentes, & promouentes nauigia, ijsque qui frumenta, ventilant, ac paleas secernunt, aspirantes?* [e] *Aut Somnum, ad omnes volantem? aut etiam Insomnium vnà cum Somno pernoctãs,*

ac veluti interpretem quendam illius se gerens? Omnia enim hæc humanitate ac beneuolentia quadam erga mortales dij operantur, & ad vitam in terris agendam singulis conferunt. Ac cæterorum quidem negotia adhuc mediocria.

τρια· ἐγὼ δ' αὐτὸς, ὁ πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, ὅσας μὲν ἀκδίας ἀνέχομαι, ὅσα δ' πράγματα ἔχω, πῶς τοσαύτας φροντίδας διῃρημένος; ᾧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, ὁπόσοι τι ἡμῖν συνδιαπράττουσι τοὺς ἀρχοὺς, ὡς μὴ βλακεύωσιν ἐπ' αὐτοῖς· ἔπειτα δ' καὶ αὐτῷ μυρία ἄττα πράττειν, καὶ σχεδὸν ἀνέφικτα ἐπὸ λεπτότητος. οὐ γὰρ μόνον τὰ κεφαλαια ταῦτα τοὺς διοικήσεως, ὑετοὺς καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομησάμενος, καὶ διαταξας πέπαυμαι, τῶν ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος, ἀλλὰ με δεῖ καὶ ταῦτα μὲν ποιεῖν, ἀπρβλέπειν δ' κατὰ τὸ αὐτὸν χρόνον ἁπανταχόσε, καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν, ὥσπερ τὸν ἐν τῇ Νεμέῳ βουκόλον, τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπιορκοῦντας, τοὺς θύοντας· εἴ τις ἔσπεισε, πόθεν ἡ κνίσσα, καὶ ὁ καπνὸς

cria. Ego verò ipse, omnium ille rex ac pater, quàm multas molestias sustineo? quàm multa autem negocia habeo, tot ac tantis curis distractus? Cui principiò quidem necesse est cæterorum deorum opera inspicere, quicunque aliquid commune in administrando imperio nobiscum agunt, ne desides sint, & ad res obeundas torpescant: deinde verò seorsim ac per me ipsum innumerabilia quædam peragere, eáque quæ propè incomprehensibilia & inaccessa sint præ tenuitate sua. Non enim solùm generalibus illis administrationibus, pluuijs videlicet, grandinibus, ventis & fulguribus administratis, ceu curarum parte subleuato quiescere mihi licet, sed oportet me & hæc quidem facere: & prætereà autem aspicere eodem tempore in omnes partes, omniáque contemplari, non secus atq; illũ in Nemea bubulcum, furantes, peierantes, sacrificãtes, si quis libauit, vnde nidor ac fumus

πνὸς ἀνέρχεται, τίς νοσῶν ἢ πλέων ἐκάλεσε· καὶ τὸ πάντων ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ, τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι, καὶ ἐν Βαβυλῶνι, τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν, καὶ ἐν Γέταις χαλαζᾶν, καὶ ἐν Αἰθιόψιν ἀνωχεῖσθαι. τὸ δὲ μεμψίμοιρον οὐδὲ οὕτω δεφυγεῖν ῥάδιον, ἀλλὰ πολλάκις οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, καὶ ἄνερες ἱπποκορυσταὶ εὕδουσι παννύχιοι, τὸν Δία δ' ἐμὲ οὐκ ἔχει νήδυμος ὕπνος. εἰ γάρ που καὶ μικρὸν ἐπινυστάξομεν, ἀληθὴς εὐθὺς ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων. καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ ἀνεκαταφρόνητος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστεφάνωτοι μὲν ἡμῖν οἱ σαοὶ ἔσονται, ἀκνίσσωτοι δὲ αἱ ἀγυιαὶ, ἄσπονδοι δ' οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί. καὶ ὅμως, ἄθυτα καὶ ἀκαλλίερητα, καὶ ὁ λιμὸς πολύς. τοιγαροῦν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται,

fumus ascendat, quisnám ægrotans aut nauigans inuocárit, & quod omnium acerbissimum est, vno eodemq́ tempore in Olympia Hecatombæ adesse, in Babylone belligerantes intueri, in Getis grandinare, & in Aethiopibus conuiuari. Et tamen querelas ac reprehensionem ne sic quidem euitare facile est, sed sæpenumerò dij quidem cæteri, atque hominum populus cauda cristatus equina, dormiunt totam per noctem: me verò Iouem videlicet placidis sopor haud tenet vnquam. Nam sicubi vel paululùm nictauerimus, verus illicò Epicurus iste est, qui nulla nos prouidentia, ea quæ in terris geruntur, prospicere affirmat. Atque adeò periculũ hoc haud quaquam contemnendum, si homines ei hæc credent, sed sine coronis quidem templa nobis stabunt, sine nidore autem plateæ, sine libamentis cratêres, frigidæq́ue passim aræ. Et in summa, sine sacrificijs ac victimis omnia, multaq́ue fames futura. Proinde veluti nauium gubernatores,

ὑψηλὸς μόνος ἐπὶ τῆς πρύμνης ἕστηκα, τὸ πηδάλιον ἔχων ἐν ταῖν χεροῖν· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐπιβάται μεθύουσι, καὶ εἰ τύχοι, ἐγκαθεύδουσιν. ἐγὼ δὲ, ἄγρυπνος καὶ ἄσιτος, ὑπὲρ ἁπάντων μερμερίζω κατὰ φρένα, καὶ κατὰ θυμὸν, μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι δοκεῖν τετιμημένος. ὥστε ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς φιλοσόφους, οἳ μόνους τοὺς θεοὺς εὐδαιμονίζουσι, πότε καὶ σχολάζειν ἡμᾶς τῷ νέκταρι καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι, μυρία ὅσα ἔχοντας πράγματα. ἰδοῦ γοῦν ὑπ' ἀσχολίας, τοσαύτας ἐώλους δίκας φυλάττομεν ἀποκειμένας, ὑπ' εὐρῶτος ἤδη καὶ ἀραχνίων διεφθαρμένας, καὶ μάλιστα, ὁπόσαι ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις πρὸς ἀνθρώπους τινὰς συνεστᾶσι, πάνη παλαιὰς ἐνίας αὐτοῦ. οἱ δὲ κεκράγασιν ἁπανταχόθεν, καὶ ἀγανακτοῦσι, καὶ τὴν δίκην ἐπιβοῶνται, κἀμὲ τῆς βραδύτητος αἰτιῶνται, ἀγνοοῦν

sublimis solus in puppi stare soleo, clauum tenens manibus: atque alij quidem qui in naui vehuntur, inebriantur scilicet, & si fors ita ferat, etiam dormiunt: ego verò insomnis atque ieiunus pro omnibus illis cura exerceor, & solicitus sum mente animoque, solo eo nomine honoratus, quòd omnium dominus esse videor. Quare lubens equidem interrogârim philosophos istos, qui solos deos beatos pædicant, quando tandem & nectari vacare nos & ambrosiæ putarent, innumerabilibus adeò implicatos negotij. Ecce enim præ continuis occupationibus quàm multas controuersias intus repositas iam olim seruamus, situ adeò atque araneis iam propè corruptas, præcipueq; eas quas scientiæ atque artes aduersus homines quosdam habent, admodum antiquas illarũ nonnullas. Illi verò vociferantur vndique, & indignantur, ac iustitiam inclamant, meq; ob tarditatem accusant, & pigritiam:

γνοῶτον ὡς ὀκ ὀλιγωρία τὰς
ἐμὰς ὑπερημέρους σωτηρί-
γνιόμαι, ἀπὸ τῆς ἀνθρω-
πονίας, ἣ σωθῆναι ὑμᾶς ὑπο-
λαμβάνουσι. τοῦτο γὰρ τὴν
ἀσχολίαν καλοῦσι. Ερ. ἐμαυ-
τὸς, ὦ Ζεῦ, ποῖα τοιαῦτα ἀ-
κούων λυσχεραινόντων, λίαν μὲν
πρὸς σὲ ὀκ ἐτόλμων. ἐπεὶ δὲ
σὺ περὶ τούτων τοὺς λόγους ἐνί-
βαλες, καὶ ἀκλίγω. πάνυ ἀ-
γανακτοῦσιν, ὦ πάτερ, καὶ
σκληρῶς φέρουσι, καὶ ἐς τὸ φανε-
ρὸν μὲν οὐ τολμῶσι λέγειν,
ὑποτονθορύζουσι δὲ συγκε-
κυφότες, ἀτιώμενοι τὸν
χρόνον, οὗς ἔδει πάλαι, τὰ
καθ' αὑτοὺς ἐθέλοντας, ἐργά-
ζεσθαι τοῖς δὲ δικασμέ-
νοις. Ζεύς. τί οὖν, ὦ Ερ-
μῆ, ποιῶ; προτίθεμεν αὖ-
τοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ θέλεις,
ἅς νέωτα παραχειλοῦμεν;
Ερ. οὐμενοῦν, ἀλλ' ἤδη προ-
θῶμεν. Ζεύς. οὕτω ποίει· σὺ
μὲν ὑπερθὲς καταβαίνων, ὅτι

gritiam: nescisti videlicet quod haudquaquam negligentia aliqua, iudicia vltra diem extrahi atq; differri hæc contingit, sed præfelicitate scilicet ista, in qua versari nos credunt. Hoc enim nomine occupationes hasce perpetuas illi vocant. MERC. Et ipse, Iupiter, multa huiusce modi audiens grauiter ferentes & indignantes illos, dicere tibi nō audebam. At postquam tu ipse de his mentionem incepisti, eloquar sané. Valde indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, atq; etiam manifestè quidem profiteri nō audent, submurmurant autem apud sese, inclinati & incurnati accusantes tempus: quos tamen conueniebat iam olim, propriis suis viribus cognitis contentum vnumquenq; esse rebus iudicatis. IVP. Quid igitur videt, Mercurii? Statimné illis forum constituemus, & agendi potestatem dabimus: an vis vt in proximum prorogato termino, diem illis dicamus? MER. Haudquaquam: sed iam agendi copiam faciamus. IVP. Ita igitur facias. Tu quidem

ὅτι ἀγορᾶ δικῶν ἔστι κατὰ τά δε, πάντας, ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπεγνώκασιν, ἥκειν τήμερον εἰς Ἄρειον πάγον· ἐκεῖ δὲ τὴν μὲν Δίκην ἀποκληροῦν σφίσι τὰ δικαστήρια, κατὰ τὸν λόγον τῶν τιμημάτων, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. εἰ δέ τις ἄδικον οἴοιτο γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, ἐξεῖναι ἐφέντι ἐπ' ἐμὲ, δικάζεσθαι ἐξυπαρχῆς, ὡς εἰ μηδὲ τὸ παράπαν ἐδεδίκαστο. σὺ δὲ, ὦ θυγάτερ, καθεζομένη παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποκλήρου τὰς δίκας, καὶ ἐπισκόπει τοὺς δικάζοντας. Δί. αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῶν, δραπετένω πάλιν ἐκ τοῦ βίου, τὴν ἀδικίαν ἐπιγελῶσαν οὐ φέρουσα; Ζεύς. χρηστὰ ἐλπίζειν γε δεῖ· πάντως γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ τῆς ἀδικίας προτιμᾶν, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου, τὸ δίκαιον ὑπερεπαινέσας, καὶ

deuolans proclama quòd forum atque iudicium constituetur, hoc pacto: omnes quotquot actiones atque libellos suos obtulerunt, venire hodie debere in vicum Martium. Illic autem iudiciorum quidem præsidem Iustitiam, sortituram esse ipsis fora secundum rationem ac litis æstimationem, ex cunctis Atheniensibus. Quòd si quis autem iniustum putauerit factum esse iudicium, seq; sententia grauatum, licere illi prouocanti ad me, deintegrò tum iudicio experiri, perinde ac si sententia prorsum lata non fuisset. [f] Tu verò filia, [g] assidens iuxta deas venerandas & graues, actiones sorte distribue, & inspice iudicantes. IVS. Iterúmne in terram? vt eiecta ab illis, denuò fugitiua è vita abeam? vbi iniustitiam ferre non potero irridentem. IVP. Bene sanè sperare decet. Omnino enim iam persuaserunt illis philosophi, vt te iniustitiæ anteponant, ac maximè [h] filius ille Sophronisci, laudato eo quod iustum est,

καὶ ἀγαθῶν τὸ μέγιστον ἀπο-
φήνας. Δίκ. πάνυ γοῦν, ὃν
φῄς, αὐτὸν ἐκεῖνον ὤνησαν
οἱ περὶ ἐμοῦ λόγοι· ὃς παρα-
δοθεὶς τοῖς ἕνδεκα, καὶ εἰς τὸ
δεσμωτήριον ἐμπεσὼν, ἔπι-
ε ἄθλιος τοῦ κωνείου, μηδὲ
τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκλη-
πιῷ ἀπαρδεδωκώς. παρὰ το-
σοῦτον ὑπερέσχον οἱ κατή-
γοροι, τἀναντία περὶ τῆς ἀ-
δικίας φιλοσοφοῦντες. Ζεύς.
ξένα ἔτι τοῖς ποιοῖς τὰ τῆς
φιλοσοφίας ἦν τότε, καὶ ὀ-
λίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦν-
τες, ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ἄνυ-
τον καὶ Μέλητον ἔῤῥεπε τὰ
δικαστήρια. τὸ δὲ νῦν εἶναι,
οὐχ ὁρᾷς ὅσι τρίβωνες, καὶ
βακτηρίαι καὶ πῆραι; καὶ ἁ-
πανταχῇ πώγων βαθὺς, καὶ
βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ. καὶ
πάντες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦ-
σι. μεστοὶ δὲ οἱ περίπατοι κα-
τὰ ἴλας καὶ φάλαγγας, ἀλ-
λήλοις ἁπαντώντων, καὶ οὐ
δεὶς, ὅστις οὐ τρόφιμος τῆς Ἀ-
ρετῆς εἶναι δοκεῖν βούλεται.
πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀπο-
φεύ-

est, & velut omnium bono-
rum maximo comprobato.
IVS. Proinde & ipsi illi
quem dicis, admodum mul-
tum profuerunt habiti de
me sermones, vt qui traditus
Vndecimuiris istis capitali-
bus, & in carcerem conie-
ctus. aconitum miser bibe-
rit, [i] ne gallo quidem Ae-
sculapio persoluto. In tan-
tum præualuerunt accusato-
res contraria de iustitia phi-
losophantes. IVP. Pere-
grina adhuc plerisque tum
philosophia erat, paucique
etiamdum philosophaban-
tur: quare meritò ad Any-
tum & Meletum fora tum
inclinabant. At nunc án-
non vides quantum vbique
palliorum & baculorum &
perarum? & vt nusquam
non barba profunda, & li-
bellus in sinistra? atq; omnes
adeò pro te philosophantur.
Plena autem & ambulacra,
turmatim atq; gregatim mu-
tuò sibi obuiam eũtium, ne-
moq; prorsum est qui non
virtutis alumnus videri cupiat. Multi igitur relictis artibus

φεύτου, ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντου καὶ τὸ τριβώνιον. καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ Αἰθιόπειον ἐπιχράναντου, αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περιέρχονται, σὲ καὶ τὴν σὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες· ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν, θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν δαμάρτοι ξύλου, ἢ ἔνθα ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς, ἀφρήσει φιλοσόφου. Δί. καὶ μὴν οὗτοί με, ὦ Ζεῦ, δεδίττονται, πρὸς ἀλλήλους ἐρίζοντες, καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐν αὐτοῖς, οἷς περὶ ἐμοῦ διεξέρχονται. φασὶ δὲ καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν, ἐν μὲν τοῖς λόγοις προσποιεῖσθαί με, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μὴ δὲ τὸ παράπαν ἐς τὴν οἰκίαν παραδέχεσθαι, ἀλλὰ δήλους εἶναι ἀφικλείσοντας, ἢ ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ἐπὶ τὰς θύρας· πάλαι γὰρ τὴν ἀδικίαν προεπεξενῶσθαι αὐτοῖς. Ζεύς. οὐ πάντες, ὦ θύγατερ, μοχθηροί εἰσιν. ἱκανὸν δὲ, κἂν ἐνίοις τισὶ χρηστοῖς

quas antea exercebant, ad peram prosilientes & pallium, & corpore ad solem ad Aethiopis modum infuscato, subiti & extemporales quidã philosophi ex coriarijs aut fabris prodeuntes obambulant, teq; ac tuam virtutem collaudant, vt iuxta prouerbium, citiùs aliquis in naui cadens ligno destituatur, quàm hic quocunque aspexerit oculus, philosophum desideret. IVS. *At verò, Iupiter, hi me territant, dum inter se altercantur, & improbè se gerunt in ijs ipsis, quæ de me commemorant. Aiunt autem & plurimos eorũ in sermone quidem simulare me, re ipsa autem omnino ne in ædes quidem intrò admittere, sed manifestè præ se ferre quòd exclusuri me sint, si vnquam ad fores illorũ propiùs accessero. Nam iam olim iniustitiam ab ipsis hospitio acceptam esse.* IVP. *Non omnes, filia, flagitiosi adeò sunt. Et abundè satis est si vel paucos quosdam bonos reperias.*

σοῖς ἐντύχῃς. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, ὡς καὶ ὀλίγαι τήμερον ἐκδικασθῶσιν. Ερ. ἀπίωμεν, ὦ Δίκη, εὐθὺ τοῦ Σουνίου, μικρὸν ἐπὸ τὸν Υμηττὸν, ἐπὶ τὰ λαιὰ τῆς Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖνα ἄκραι· σὺ γὰρ ἔοικας ἐκλελῆσθαι πάλαι τὴν ὁδόν. ἀλλὰ τί δακρύεις, καὶ σχετλιάζεις; μὴ δέδιθι, οὐκ ἔθ' ὅμοια τὰ ἐν τῷ βίῳ. τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες, οἱ Σκείρωνες καὶ Πιτυοκάμπται, καὶ Βουσίριδες καὶ Φαλάριδες, οὓς ἐδεδίεις τότε· νυνὶ δὲ Σοφία καὶ Ακαδημία καὶ Στοὰ κατέχουσι πάντα, καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι, καὶ περὶ σοῦ διαλέγονται κεχηνότες, εἴ ποθεν ἐς αὐτοὺς καταπτοῖο πάλιν. Δίκ. σὺ γοῦν μοι τἀληθὲς, ὦ Ερμῆ, ἂν εἴποις μόνος, ἅτε συνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ, καὶ συνδιαπρίβων ἐν τε γυμνασίοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ (καὶ ἀγοραῖος γὰρ εἶ, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεις) ὁποῖοι γεγένηνται, καὶ εἰ δυνατήμοι παρ' αὐτοῖς

perias. Verùm abite iam, vt vel paucæ aliquæ actiones hodie finiantur. MER. Abeamus, Iustitia, rectà versus Sunium, paululùm sub Hymetto ad sinistram Parnethis deflectentes, vbi duo illi vertices. Tu enim videris oblita iam olim esse viæ istius. Sed quid fles, atq; indignaris? Ne metuas. Non ampliùs eodem pacto res humanæ se habent, ac mortui sunt omnes illi Scirones, Pityocamptæ, Busirides, & Phalarides, quos tunc pertimescebas Nunc autem Sapiētia & Academia & Stoa tenent omnia, & vbique te quærunt, & de te disputant, hiantes & expectantes sicunde ad ipsos iterum deuoles. IVS. Proinde tu mihi verum, Mercuri, solus dicere poteris (vtpote qui cum ipsis degas plerunq;, & cōuerseris vnà tum in gymnasiis, tum in foro: nam & forensis quoq; es, & in concionibus præconē agis) quales tandem sint: & nū videar apud ipsos cōmorari ac perma-

τοῖς ἐμοί. Ερ. νὴ Δία ἀδικοίλως γ' ἂν, πρὸς ἀδικηφλῶσι ὄσαν μὴ λέγων. οὐ ὀλίγα γὰρ πρὸς τῆς φιλοσοφίας ὠφελῶνται οἱ πολλοὶ αὐτῶν· καὶ γὰρ, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλοιοῦσθαι τοῦ σχήματος, μετεώτερα βλέπειν τὰ νῦν· πολλὰ δὲ καὶ μοχθηροῖς τισιν ἐντυγχάνουσιν αὐτῶν (καὶ γὰρ, οἶμαι, τἀληθῆ λέγειν) ἐνίοις δὲ ἡμισόφοις καὶ ἡμιφαύλοις. ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς μετέβαπτεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα, ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς, καὶ σοὶ ἀκριβῶς ἀπειλήφασιν, ἀμιγεῖς ἑτέρου χρώματος, καὶ πρός γε τὸν σιὸν ὑποδοχὴν οὗτοι ἑτοιμότατοι. ὅσοι δ', ἀπὸ τοῦ πάλαι ῥύπου, μὴ ἐς βάθος παρειλήφασι τὸ ὁπόσον ἀνυσοποιὸν τοῦ φαρμάκου, τῶν ἄλλων ἀμένους, ἀτελῆς δ' ὅμως, καὶ μιξόλευκοι καὶ κατεσιγμένοι, καὶ παραλαμπτοὶ τὸν χρόαν. οἱ δ' οὐ καὶ

nere posse. MER. Per Iouem: iniustè enim equidem agerem, si ad te, sororem vtique meam, non dicerem. Non enim parum vtilitatis ex philosophia perceperunt plerique ipsorum. Nam etiã si nihil aliud, illud saltem consequuti sunt, quòd pudore ac reuerentia habitus, modestiùs paulò delinquunt. Veruntamen & inflagitiosos quosdam ipsorum incides (decet enim, opinor, verum quod est, fateri) nonnullos autem & semidoctos, & propè seruiles. Nam postquam acceptos eos alio colore infecit Philosophia: illi quidem quotquot ad satietatem vsque tincturam imbiberunt, exactè boni probiq; effecti sunt, nullo alieno colore permixti. Et ad suscipiendam te, tales quammaximè apposiri sunt. Quotquot autẽ præ veteri squalore atq; illuuie, minus altè, quãtum medicamenti illius imbuendi vim habet, intrò receperunt: alijs quidem melicres, sed tamen imperfecti, & semialbi, & quasi compuncti, pardaliumq; modo, quod ad colorem attines, variegati euasére,

Sunt

εἰ καὶ μόνον ψαύσαντες ἐκ τοῦ λίβητος ἄκρου τοῦ λαιψηροῦ, καὶ ὑποκισάμενοι τὰς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἶμαι κἀκεῖνοι μιαβεβάφθαι. σὶ μήτοι ἄλλον ὅτι μετὰ τῶν ἀέσων ἢ σατυρικὴ ἔσαι. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, κἄλλη πλησιάσομεν τῇ Ἀττικῇ, ὥστε τὸ μὲν Σούνιον, ἐν ἀριστερᾷ καταλέψομεν, ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀφικόμενοι κἄλλη. καὶ ἐπειδὴ καταβεβήκαμεν, αὐτὸ μὲν ἐντεῦθεν που, ἐπὶ τοῦ πάγου καθῆσθαι, τὴν Πνύκα ὁρῶσα, καὶ σκοπιὰν οὖσα, ἐς τ' ἄγορὰν τὰ παρὰ τοῦ Διός. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς, ῥᾷον ἅπαντας ἐκεῖθεν προσκαλέσομαι. Δίκ. μὴ πρότερον ἀπέλθῃς, ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν, ὅστις οὗτος ὁ πρόσθεν ὄπιθεν, ὁ λιμασταφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λαγωοσκελὴς καὶ τὴν δορὰν σκυλοῦν. Ερμ. τί φῄς, ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώτατον;

Sunt autem etiam [k] *qui cùm solùm attigerint foris lebetem summo digito, ac fuliginis nonnihil sibi illeuerint, abundè putent & ipsi sese tinctos denuò esse. Tibi verò certum est, quòd cum optimis conuersandum erit. Sed interea dum sermones cedimus, iam appropinquamus Atticæ: quare Sunium quidem ad dexteram relinquamus, ad arcem autem iam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem hîc alicubi super arcum sede ad Pnycen aspiciens & expectans, donec ea proclamauero, quæ à Ioue imperata sunt. Ego verò conscensa arce, faciliùs hoc pacto vniuersos ex alto, & vnde exaudire vocem omnes possint, illos aduocabo.* IVST. *Ne antè abieris, Mercuri, quàm dicas qustinam iste sit, qui huc accedit, cornutus videlicet, ac fistulam habens, & hirsuta crura.* MERC. *Quid ais? [l] annon nosti Panà illum, ex Dionysij ministris omnium maximè Bac-*

χικώτατον; οὗτος ᾤκει μὲν τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον· ὑπὸ δὲ τὸν Δάτιδος ἐπίπλουν, καὶ τὴν Μαραθῶνα δὲ, τῶν Βαρβάρων ἀπόβασιν, ἧκεν ἄκλητος τοῖς Ἀθηναίοις, σύμμαχος, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. καὶ νῦν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἰδὼν ἐκ γειτόνων, πρόσεισι δεξιωσόμενος. Πάν. χαίρετε, ὦ Ἑρμῆ, καὶ Δίκη. Ἑρμ. καί. Δίκ. καὶ σύ γε, ὦ Πὰν, μουσικώτατε, καὶ πηδητικώτατε Σατύρων ἁπάντων, Ἀθήνησι δὲ καὶ πολεμικώτατε. Πάν. τίς δὲ ὑμᾶς, ὦ Ἑρμῆ, δεῦρο χρεία ἤγαγεν; Ἑρμ. αὕτη σοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ κήρυγμα. Δίκ. ὁ Ζεὺς, ὦ Πὰν, κατέπεμψέ με, ἀπεκληρώσουσαν τὰς δίκας. σοὶ δὲ πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἔχει; Πάν.

chicum? Hic antea quidem habitabat in Parthenio monte: temporibus autem illis, quibus Datis cum classe aduectus est, & Barbari in Marathonem egressi, vltrò atq; inuocatus venit Atheniensibus auxilium laturus. Et ex eo spelunca hac sub arce velut præmio eius rei accepta. habitat paulùm infra m Pelasgicum, inter aduenas & inquilinos census. At nunc quidem, vt versimile est, ex vicinis nos conspicatus accedit, salutos excepturus. PAN. *Saluete Mercuri, & tu Iustitia.* MERC. *Et tu.* IVST. *Et tu vtique, ô Pan, Musicorum studiosissime, & saltatorum inter omnes Satyros agillime, Athenis autem & bellicosissime.* PAN. *Quid autem rei, Mercuri, est? aut quæ vos huc necessitas appulit?* MERC. *Hæc tibi enarrabit omnia. Ego verò in arcem hinc, & ad præconium faciẽdum abeo.* IVST. *Iupiter, ô Pan, demisit me, vt sortitò distribuerem actiones forenses. At tibi quo pacto res habent Athenis?*

PAN.

Πάν. τὸ μὲν ὅλον, οὐ κατ' ἀξίαν πράττω παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερον τῆς ἐλπίδος, καὶ ταῦτα, τηλικοῦτον ἀπωσάμενος κυδοιμὸν, τὸν ἐκ τῶν βαρβάρων. ὅμως δὲ δὶς ἢ τρὶς τοῦ ἔτους ἀνιόντες, ἐπιλεξάμενοι τράγον ἔνορχιν θύουσί μοι, πολλῆς τῆς κινάβρας ἀπόζοντα· εἶτ' εὐωχοῦνται τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα, καὶ ψιλῷ τιμήσαντες τῷ κρότῳ. πὴν ἀλλὰ ἔχει τινά μοι ψυχαγωγίαν ὁ γέλως αὐτῶν, καὶ ἡ παιδιά. Δί. τὰ ἄλλα δὲ, ὦ Πὰν, ἀμείνους πρὸς ἀρετὴν ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν φιλοσόφων· Πάν. τίνας λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς σκυθρωποὺς ξυνάμα πολλοὺς, τοὺς τὸ γένειον ὁμοίους ἐμοὶ, τοὺς λάλους; Δί. καὶ μάλα. Πάν. οὐκ οἶδα ὅ, τι κὴ λέγουσιν, οὐδὲ συνίημι τὴν τοφίαν αὐτῶν· ὄρειος γὰρ ἔγωγε, καὶ

PAN. *In vniuersum quidem haudquaquam pro dignitate aqud ipsos ago, sed multò deterius quàm sperâram, & hoc, cùm tantum depulerim tumultum illum à Barbaris exortum. Sed tamen bis aut ter quotannis ascendentis, segregato ad hoc hirco aliquo coleato, grauiter ac multùm olente, sacrificant mihi: deinde epulantur carnes illas, me lætitiæ eius velut testem adhibentes, ac tenui quodam honorantes applausi: quanquam me nonnihil animo oblectat risus ipsorum & lusus.* IVS. *In cæteris verò, ô Pan, ecquid meliores, & ad virtutem intenti magis redditi sunt à philosophis?* PAN. *Quós nam istos dicis philosophos? num tetricos illos, ac tristes vultu, congregatos pariter multos, quod ad mentum ac barbam attinet, non dissimiles mihi, loquaces prætereá?* IVST. *Atque admodum.* PAN. *Non sanè intelligo neque quid dicant, neque quæ sit sapientia illorum. In montibus enim versari ego soleo, & affe-*

καὶ τὰ λεμψὰ ταῦτα ῥήματα καὶ ἀσπαστὰ μεμάθηκα, ὦ Δίκη· πόθεν γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς ἢ φιλόσοφος; μέχρι τοῦ πλησίον λαλάμου καὶ τῆς σύριγγος ἐγὼ σοφός· τὰ δ' ἄλλα ἀπόλις καὶ χορωνὶς, καὶ πολεμικὸς, ἐὰν δέῃ καὶ αὐτῶν ἀεὶ λυπρὰ ὀτῶν, καὶ ἀρτιλόγα τινα, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ, καὶ ξένα ὀνόματα. καὶτὰ πρῶτα μὲν, ἀρτίως ἐνάρχονται τῶν πρὸς ἀλλήλους λόγων, προϊόντος δὲ τῆς συνουσίας, ἐπιτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι πρὸς τὸ ὄρθιον. ὅτε ὑπὲρ διαπαντὸς μύωπα, καὶ μεγάλα λέγειν ἐθελόντων, τό, τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ, καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ, καὶ αἱ φλέβες ἐξανίστανται, ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν εἰς σφόδρα τὸν αὐλὸν ἐμπνεῦσι βιάζωνται διαταράξαντες γὰρ οὕτως τοὺς λόγους, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπούμενον

& affectata iſta verba atq; que vrbana haudquaquam didici, Iuſtitia. Vnde enim in Arcadia ſophiſta vel philoſophus foret? Vſque ad tranſuerſum calamum & fiſtulam doctus ego ſum: quod ad cætera attinet, paſtor, & ſaltator, & bellator etiam ſi opus ſit. Sed tamen audio certè illos aſſiduè vociferantes, ad virtutem neſcio quam, & ideas, & naturam, & incorporea quædam commemorantes, ignota mihi ac peregrina nomina. Ac primùm quidem pacificè exordiuntur inter ſe ſermones: cæterùm procedente aliquantum diſputatione, intendunt vocem vſque ad tonum, ſeu modum, quem orthium vocant, vt exinde cùm nimiùm diſtenduntur, atque eloqui magna contendunt, & facies illis rubeſcat, & collum intumeſcat, & venæ extantiores appareant, perinde vt tibicinum ſolent, quando anguſtam tibiam inflare vi quadam coguntur. Conturbatis igitur ſermonibus, & eo quod à principio inſtituerant, confuſaneo relicto,

βέμβρον συγχλαύσδν ἀπίασι λοιδορησάμβροι ἀγκύλοις οἱ πομοὶ, τὸν ἱδρῶτα ἐκ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ λακτύλῳ ἀπιξωμενοι. καὶ οὕτω ὑραστὴρ ἐδοξεν, ὃς ἂν μεγαλοφωνότερος αὐτῶν, ἢ θρασύτερος. πλὴν ἀλλ' ὅ γε πλεῖστος ὁπολὺς, τεθαύμασεν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα, ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων πράγματα σχολῇ, καὶ παρεῖχεν, πρὸς τὸ θράσος καὶ πλὴν βοὴν μεγαλομένοι. ἐμοὶ μὲν οὖν ἀλαζόνες τινὲς ἐδόκουν ἀεὶ τοὺτων, καὶ λίαν ὠμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. ἆ δέ γε δημοφιλές τι ἐνῆν τῇ βοῇ αὐτῇ, καί τι ἀγαθὸν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐπαίνων ἀνιφύναι αὐτοῖς, εἰ ἄρ ἀπεῖν ἔχοιμι. πλὴν ἀλλ' ἔ γε δῆ, μηδὲν ἐποσκλάμενον, τὰληθὲς λιμηνάσθαι (οἷα κῶν ὑφ' ἑπισκοπῆς, ὡς ὁρᾷς) πολλὰς αὖ πομάκεις ἤδη ἐθεασάμην περὶ λείμνιον ὀψίαν. Δέ. ἐπίσχω, ὦ Πὰν, οὐχ ὁ Ερμῆς σοὶ

reliclo, ab eum, conuicianteſ ſibi mutuò plerique, & ſudorem ex fronte incurtuo digito abſtergentes. Atque hic demum vincere viſus eſt, qui ipſorum maximè clamoſus, aut confidentior alijs fuit. Sed tum populus iſte promiſcuus admiratur eos, & maximè ij, quibus alioquin neceſſariæ rei nihil incumbit, aut curæ eſt, qui tum adſtant confidentia atque clamore illorum excitati. Proinde mihi quidem homines quidam arrogantes ob hæc videbantur eſſe, atque ægrè afficiebar propter barbæ ſimilitudinem. Vtrum autem vtile aliquid, atque in commune conducens, clamori ipſorum meſſet, & num quid boni ex verbis illis enaſceretur ipſis, dicere ſanè haudquaquã poſſum. Quanquam ſi conuenit vtiq; depoſito metu quod verũ eſt proferre (nam habito veluti in ſpecula quadã, vt vides) multos ipſorum ſæpenumerò iam conſpicatus ſum circa profundam veſperam. IVST. Suſtine, ô Pan; ánnon Mercurius tibi

Οι κηρύττειν ἔδοξε; Πάν. πάνυ μὲν οὖν. Ερμ. ἀκούετε λεώς, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ δίκῃ καθαγησόμεθα τὴν μετρον, ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, ὁπόσοι γραφὰς ἀπλώκασιν, ἥκειν ἐς Ἄρειον πάγον. ἔνθα ἡ Δίκη ἀκροατηρίοισι τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέσται ταῖς δικαζούσιν. οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Αθλωάων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν, κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. ὁπόσοι δ' ἀθέμιστοι γραφὴν, πρὶν ἀσχολεῖν ἀπέθανον, καὶ τούτοις ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. εἰ δέ τινα ἄδικα δικάσαιτο οἷα τοιαῦτα, ἐφέσιμον ἀγωνιεῖται τῷ δίκῃ. ἡ δ' ἔφεσις, ἐπὶ τὸν Δία. Πάν. βαβαὶ τοῦ θορύβου, ἄνδρες, ὦ Δίκη, ἀνιβόητος· ὡς δὲ σπουδῇ σωθήσονται, ἔκκοντες ἀνέκλητοι πρὸς τὸ ἄναντες ὠθοῦ τοῦ Ἀρείου πάγου· καὶ ὁ Ερμῆς δὲ ἤδη

tibi iam proclamare visus est? PAN. Admodùm igitur. MERC. Audite populus: forum atque iudicium, quod felix faustúmque sit, constituemus hodie, mensis Februarij die septima. Quicunque igitur actiones detulêre, in vicum Martium veniunto. Ibi Iustitia sortietur fora, atque ipsa præstò erit iudicantibus. Iudices ex vniuersis Athenienſibus dabuntur. merces, tres oboli vniuſcuiuſque cauſæ. numerus iudicum, ſecundùm æſtimationem litis. Quotquot autem relictis actionibus priuſquàm iudicio experiri potuêre, fato functi ſunt, & hos Aeacus remittat. Quòd ſi verò quiſpiam iniquè iudicatum eſſe putauerit, appellatione facta denique experietur: ipſa autem prouocatio ad Iouem fiat. PAN Papæ! quantis tumultus! quantum, Iuſtitia, exclamârunt. Vt autem ſerió vndique concurrunt, trahentes ſeſe mutuò per accliue ſurſum verſus Areopagum. Ipſe autem Mercurius quoque

iam

ἤδη πάρεστιν. ὥστε ὑμεῖς μὲν ἀμφὶ τὰς δίκας ἔχετε, καὶ ἀποκληροῦτε, καὶ δακρίνετε, ὥσπερ ὑμῖν νόμος. ἐγὼ δ', ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἀπελθὼν, συρίξομαί τι μέλος τῶν ἐρωτικῶν, ὦ τὴν Ἠχὼ εἴωθα ἐπικερτομεῖν. ἀκροάσεων δ', καὶ λόγων τῶν δικανικῶν ἅλις ἔχοιμι, ὁ σημέραι τ' ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαζομένων ἀκούων τι. Ερμ. ἄγε, ὦ Δίκη, προσκαλῶμεν. Δίκ. εὖ λέγεις. ἀθρόοι γοῦν, ὡς ὁρᾷς, προσίασι θορυβοῦντες, ὥσπερ οἱ σφῆκες περιβοβοῦντες τὴν ἄκραν. Αθ. εἴληφά σε, ὦ κατάρατε. Αλλ. συκοφαντεῖς. Αλλ. δώσεις ποτὲ ἤδη τὴν δίκην. Αλλ. ἐξελέγξω σε, δεινὰ εἰργασμένον. Αλλ. ἐμοὶ πρῶτον ἀπολύρωσον. Αλλ'. ἕπου μιαρὲ πρὸς τὸ δικαστήριον. Αλλ. μὴ ἄγχε με. Δί. οἶσθα, ὦ δράσομεν, ὦ Ερμή. τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἐς τὴν αὔριον ὑπερβαλώμεθα· σήμερον δὲ κληρῶμεν τὰς τοιαύ-

iam adest. Quapropter vos quidem actionibus & iudicijs operam date, sortimini & disceptate pro eo atque legitimum vobis est: ego verò ad speluncā hinc digressus, fistula canam carmen aliquod amatorium,[n] quo Echo soleo probris incessere. Cæterùm auscultationum & orationū iudicialium abundè habeo, quotidiè contendentes ac litigantes in Areopago audiens. MERC. Age Iustitia, aduocemus istos. IVST. Rectè dicis. Conferti siquidem, vt vides, accedunt tumultuantes, & perinde vt vespæ circumstrepentes verticem. ATHEN. Cepi te, ô sceleste. ALIVS: Sycophantem agis. ALI. Dabis tandem iam pœnas. ALIVS: Conuincā te, quòd grauia atque indigna perpetraris. ALI. Mihi primo sortire. ALIVS: Sequere, sceleste, ad Iudicem. ALI. Ne suffoca me. IVST. Scis quid faciamus, Mercuri? Cæteras quidem lites in crastinum reijciamus; hodie autem eas tantùm sortiamur, quæcunque ab ar-

τοιαύτας, ὑπόσαι τέχναις, ἢ βίοις, ἢ ἐπιστήμαις πρὸς ἄνδρας ἀσὶν ἐπηγγελμέναι, καί μοι ταύτας ἀνάδηλον τῶν γραφῶν. Ερμ. μίαν μὲν κατὰ τὴν Ακαδημίας, ὑπὲρ Πολεμῶνος, ἀντιδιαθοδισμῶν. Δίκ. ἐπὰ μὲν δὴ ἀπόλωλεν. Ερμ. ἡ Στοὰ κατὰ τῆς ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐρώμενον αὐτῆς Διονύσιον ἀπέβιασε πόλησι. Δίκ. πῶς ἱκανοί. Ερμ. περὶ Αριστίππου Τρυφὴ πρὸς Αρετήν. Δίκ. πῶς καὶ τούτοις δικασάτωσαν. Ερ. ἀρχιτραμοιβική, δρασμῷ Διογένη. Δίκ. τρεῖς ἀκληρώσω μόνας. Ερ. ἡ γραφικὴ καθ' Πύρρωνα καταπλαξίου, Δίκ. ἐνίκα καινέτωσαν. Ερμ. βούλει καὶ ταύτας ἀκληρῶσαι, ὦ Δίκη, τὰς δύο, τὰς πρώτας, τὰς ἀπαγορευμένας κατὰ τὸν ῥήτορα; Δίκ. τὰς παλαιὰς πρότερον δικάσωμεν· αὗται δὲ εἰς ὕστερον διαδικάσονται. Ερμ. καὶ μὴν ὅμοιαί γε καὶ αὗται, καὶ τὸ ἔγκλημα, ἂν καὶ νεαρὸν ἀπὸ

ab artibus, aut vitis, aut scitè tijs contra homines promulgatæ sunt. Ac mihi has in medium profert actiones. MERC. *Ebrietas contrà Academiam pro Polemone plagij.* IVST. *Sortire septem.* MERC. *Stoa contra Voluptatem, iniuriarũ, quòd amatorem ipsius Dionysium, seductum ab ipsa abstraxerit.* IVST. *Quinque sufficient.* MERC *Pro Aristippo, Mollities contra Virtutem.* IVST. *Etiam his quinque iudicent.* MERC. *Mensaria contra Diogenem, fugæ.* IVST. *Tres sortire solos.* MERC *Pictoria contra Pyrrhonem, vt desertorem.* IVST. *Nouem cognoscant.* MERC. *Visne & has sortiamur Iustitia, duas videlicet istas paulò antè, nosti, contra Rhetorem institutas atque delatas?* IVST. *Antiquiores illas priùs decidamus, hæc autem posteà continuò discep-*

tabuntur. MER. *Atqui similes etiam istæ superioribus sunt, & id quod intenditur, etiam si recens ac nouum, affine tamẽ illis*

ἀλλὰ παραπλήσιον ζῆς πεπαροικληρωμένοις, ὥστε ἐν τούτοις δικαιοῦσθαι ἄξιον. Δί. ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, χαριζομένῳ τῷ δικάσαι, ἀκληρωθῆναι δ' ὅμως, εἰ δοκεῖ, πλὴν ἀπὸ ταύτας μόνας· ἱκαναὶ γὰρ αἱ ἀκληρωμέναι. δὸς τὰς γραφάς. Ερ. ἐπὶ σοὶ καὶ, μακώνιος ὦ Σύρε, διάλογος ὁ αὐτὸς ὑβρεως Δί. τίς δ' οὗτός ἐστιν; οὐ γὰρ ἐγγέγραπται τοὔνομα. Ερ. οὔτως ἀκλήρου ὦ ῥήτορ ὦ Σύρε· λανθάνει γὰρ οὐδὲν καὶ ἄνω τοῦ ὀνόματος. Δί. ἰδοὺ, καὶ τὰς πειρατείας ἤδη Αθλιώνιον ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην ἐλαθεν ἔτι δικασθεῖσαι, πλὴν ἀκλήρου ἕνδεκα τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. Ερ. ἴθι, ὦ δίκη, φέρε, μὴ πολὺν ἀναλίσκωσι τὸ δικαστικόν. Δί. οἱ πρῶτοι λαβόντων τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ τὴν μίσθ· σὺ δὲ τὸ ὕδωρ ἔγχει. πότερα δὲ σὺ

illis est, de quibus modò sortiti sumus: quare inter ea disceptari quoque dignum est. IVS. Videris, Mercuri, indulgere nonnihil petitioni. Sed tamen sortiamur, si tibi videtur: veruntamen duas has solas. Sufficiunt enim hæ de quibus sortiti iam sumus. Cedò ipsas actiones. MER. Rhetorica contra Syrum, malæ tractationis. Dialogus contra eundem contumeliæ. IV. Quis autem Syrus iste est? Neque enim nomen adscriptum est. MER. Ita sortire: contra Rhetorem Syrum. Nihil enim verabit etiam absq; nomine proprio. IV. Ecce externas quoq; iam & peregrinas Athenis in Areopago sortiamur, quas rectiùs fuerat vltra Euphratem disceptatas fuisse. Veruntamen sortire vndecim, eosdemq; viriq; liti. MER. Eia Iustitia, parce nimiùm adeò exhaurire fiscum tot mercede iudicum. IVS. Primi considento Academiæ & Ebrietati iudicaturi. Tu verò aquam infunde. Prior autem

σύ λιγυρὴ μέθη, τί σιγᾷς, καὶ διανύηι μάθε, ὦ Ἑρμῆ, πόσον ἀληθῶν. Ερ. ὁ Διὸς μὰ, φησί, τὸν ἀγῶνα ἀπέβη, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου τὴν γλῶτταν πεπιδυμένην, μὴ καὶ γελῶσα ὄφλωσιν ὧν διήσκεψαι, μόγις δὲ καὶ ἔσπευσα, ὡς ὁρᾷς. Δι. ἀκούσῃ συνήγορον ἀναβιβασάτω τῶν δεινῶν τούτων τινά· πολλοὶ γάρ, οἱ μὰν ἐπὶ τριωβόλῳ διαῤῥαγῆναι ἕτοιμοι. Ερ. ἀλλ' οὐδεὶς ἐθελήσει γε ὦ φαυλότατε συναγορεῦσαι μέθῃ, μᾶλλον δὲ νηνεμονά γε ταύτην ἑαυτὴν ἀξιοῖ. Δι. τὰ ποῖα; Ερ. Ακαδημία ἀεὶ πρὸς ἀμφότερα παρεσκεύασαι τοὺς λόγους, καὶ τοῦτ' ἀσκεῖ, τἀναντία καλῶς διαθέσθαι λέγειν. αὕτη τοίνυν φησὶν, ὑπὲρ ἐμοῦ πρότερα εἰπάτω, ἕτερον ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐρεῖ. Δι. καινὰ μὲν ταῦτα· ἀπὸ δὲ ὅμως, ὦ Ακαδημία τὸν λόγον ἑκάτερον, ἐπεὶ σοι ῥᾴδιον. Α. ἀκούσῃ, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρότερον τὰ ὑπὲρ τῆς μέθης·

dic tu Ebrietas. Quid taces & nutas? Audi, Mercuri, accedens. MERC. Non possum, inquit, certamen hoc perorare, lingua mihi præ mero impedita atque illigata, ne etiam risui me exponam in iudicio. Acgrè autem, vt vides, constitit quoque. IVST. Proinde patronum adducat ex vehementibus ac grauibus istis aliquem. Sunt enim multi qui vel trioboli gratia disrumpi parati sunt. MERC. At nemo certè volet manifestè patrocinari Ebrietati. Verùm æqua vtique hæc postulare videtur. IVST. Quænam? MERC. Academia hæc semper in vtranque parata atque instructa est orationem, idque etiam exercet sese, vt contraria probè possit dicere. Ea igitur, inquit, pro me prior dicat, atque ita deinceps pro se ipsa verba faciat. IVST. Noua quidem hæc. Sed dic tamen Academia orationem vtramque, quandoquidem hoc tibi facile est. ACA. Audite, viri iudices, priore loco illa quæ

μέθης· ἐκείνης γὲ τό γε νῦν ῥηθὲν. ἠδίκηται δ' ἡ ἀθλία τὰ μέγιστα ὑπὸ τῆς Ἀκαδημίας ἐμοῦ ἀνδραποδίσαντος, ὃ μόνον εἶχεν οἰκεῖον, καὶ πιστὸν αὐτῇ, μηδὲν ἀσχολον, ὅλως προσαξειν, οἰόμενον, ἀφαιρεθέντα τὸν Πολέμωνα ἐκεῖνον· ὃς μεθ' ἡμέραν ἐκώμαζε διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης, ψαλτριαν ἔχων, καὶ λαλῶν ἀδολεσχῶν, ἕως εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, καὶ ἁρπαλῶν, καὶ τῷ ἀνθρακὶ τοῖς στεφανοις ἐπιλιθιζόμενος. καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ, μαρτυρεῖ Ἀθηναῖοι ἅπαντες, οἱ μεθυσώποτε νήφοντα Πολέμωνα ἄλλον. ἐπεὶ ὁ λακωνίζων ἐπὶ τὰς Ἀκαδημίας θύρας ἐκώμαζεν, ὥσπερ ἐπὶ πάντας ἀεὶ, ἀνδραποδιζόμενον αὐτὸν, καὶ ἀφ' τῶν χειρῶν τῆς μέθης ἁρπάσασα μετὰ βίας, καὶ πρὸς αὐτῷ ἀγαγοῦσα, ὑποποτεῖν τι ἐκέλευσεν, καὶ νήφειν μετ' ἐπιείκειας, καὶ τοὺς στεφάνους περιέσπασεν, καὶ λέγουσα πίνειν

quæ pro Ebrietate afferuntur. Illius enim est id quod nunc dicitur. Iniuria affecta est misera, vt cùm maximè, à me Academia, mancipio quod solum habebat beneuolum ac fidele, quôdque nihil turpe eorum quæ ipsa imperassèt putabat, spoliata, Polemone illo inquam: qui interdiu cum lasciuia ac petulantia per medium forum ferebatur, psaltriam secum habens, & cantu perstrepens, à summo mane ad vesperam vsque ebrius semper, & crapulæ indulgens, capútque corollis ac floribus implicatum gerens. Atque hæc quòd vera sint, testes sunt Athenienses vniuersi, qui ne vnquam quidem Polemonem sobrium viderunt. Postquam autem infelix ille ad fores Academiæ quoque comessabundus & per lasciuiam illudens accessisset, perinde vt ad omnes solebat: mancipatum illum, atque è manibus Ebrietatis vi ereptum, & ad se adductum, aquam bibere, ac sobrium esse docuit, corollasq; capiti

νειν κατακείμενον, ῥηματια σκολιὰ καὶ δυστυνὰ, καὶ πολλῆς φροντίδος ἀνάμεστα ἐπαίδευσεν. ὥστε ἀντὶ τοῦ τέως ἐπανθοῦντος αὐτῶν ἐρυθήματος ὠχρὸς, ἄθλιος, καὶ ῥικνὸς τὸ σῶμα γεγένηται. καὶ τὰς ᾠδὰς ἁπαλὰς ἀπομαθὼν, ἄσιτος ἐνίοτε, καὶ διψαλέος εἰς μέσην ἑσπέραν, καθηται ληρῶν, ὁποῖα πολλὰ ἡ Ακαδημία ἐγὼ ληρεῖν διδάσκω. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ λοιδορεῖται τῇ μέθῃ, πὸς ἐμοῦ ἐπαρθεὶς, καὶ μυρία κακὰ διέξεισι περὶ αὐτῆς. εἴρηται σχεδὸν τὰ ὑπὲρ τῆς μέθης ἤδη καὶ ὑπὲρ ἐμαυτῆς ἐρῶ, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐμοὶ ῥευσάτω. Δί. τί ἄρα πὸς ταῦτα ἐρεῖ; πλὴν ἀλλ' ἔγχει τὸ ἴσον ἐν τῷ μέρει. Ακα. οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι πάνυ εὔλογα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἃ συνήγορος εἴρηκεν ὑπὲρ τῆς μέθης· εἰ δὲ κἀμοῦ μετ' εὐνοίας ἀκούσετε, εἴσε-

detractas discerpsit. Ac quoties bibendum atque accumbendum fuerat, verba quædam perplexa ac misera, & multa curiositate referta, illi tradidit. Quare pro eo qui antea efflorescebat in illo, rubore, pallidus miser & incuruus corpore factus est, & cantilenis illis vniuersis obliuioni mandatis, sine cibo interdum & sitibundus ad mediam vsq; vesperam sedet, nugãdo videlicet qualia multa Academia ego nugari doceo. Quod autẽ maximum est, etiam cõuiciatur Ebrietati, à me eò inductus, & innumera quædam mala de ea commemorat. Dicta fermè sunt quæ pro Ebrietate adduci possunt. Iam verò & pro me ipsa verba faciam: & exinde peroratum à me esto. IVS. Quid igitur ad hæc respondebit? Veruntamen infunde & huic parem vicissim. ACA. At hoc quidem pacto auditu admodum probabilia videntur, viri Iudices, quæ à patrono pro Ebrietate dicta sunt. Quòd si autem & me eadem beneuolentia audietis, in-

ᾔσεσθε, ὡς οὐδὲν αὐτὴν ἠδίκηκα. τὸν γὰρ Πολέμωνα τοῦτον, ὃν φησιν ἑαυτῆς οἰκέτην εἶναι, πεφυκότα οὐ φαύλως, οὐδὲ κατὰ τὴν μέθην, ἀλλ' οἰκεῖον ἐμοὶ, καὶ τὴν φύσιν ὅμοιον παραπαίσασα νέον ἔτι, καὶ ἀπαλὸν ὄντα, συναγωνιζομένης τῆς ἡδονῆς· ἥπερ αὐτῇ τὰ πολλὰ ξυνυπουργεῖ, διέφθειρεν ἄθλιον, τοῖς κώμοις, τοῖς δὲ ταῖς ἑταίραις πρασχοῦσα ἕκδοτον, ὡς μηδὲ μικρὸν αὐτοῦ τῆς αἰδοῦς ὑπολείπεσθαι. καὶ ἅγε ὑπὲρ ἑαυτῆς λέγεσθαι μικρὸν ἔμπροσθεν ᾤετο, ὑπὲρ ἐμοῦ εἰρῆσθαι νομίσατε. περιήει γὰρ ἕωθεν ὁ ἄθλιος ἐστεφανωμένος, κραιπαλῶν, διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης καταυλούμενος, οὐδέ ποτε νήφων, κωμαίζων ἐπὶ πάντας, ὕβρις τῶν πρόνων, καὶ τῆς πόλεως ὅλης, καὶ γέλως τοῖς ξένοις. ἐπεὶ μέν τοι παρ' ἐμὲ ἧκεν, ἐγὼ μὲν ἔτυχον, ὥσπερ

tis, intelligetis sanè quòd nulla ipsam iniuria affeci. Nam Polemonem hunc, quem seruum illa suum esse ait, natum haudquaquam seruiliter, neque ita vt ebrietatem referret, sed familiarem mihi, & natura similem, præreptum adolescentem adhuc atque tenerum existentem, adiuuante ad hoc Voluptate, quæ illi in plerisque mutuam operam præstat, corrupit miserum, lasciuis comessationibus & meretricibus quasi in deditionem tradendo: ita vt ne paululùm quidem verecundiæ in eo remaneret. Atque ea quidem quæ illa pro se paulò antè dici putabat, pro me dicta esse existimate. Circumibat enim miser ille à primo statim mane coronatus, ac crapula perditus, per medium forum, sonantibus vndique circum ipsum tibijs, nunquam sobrius, lasciuus ac petulans in omnes, dedecus, & contumelia maiorum, & prætereà ciuitatis totius, ludibrium autem peregrinorum ac hospitum. Posteaquam autem ad me venit, ego quidem sorte quadam,

ὥσπερ εἴωθα ποιεῖν, ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν, πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων, λόγους τινὰς περὶ ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης διεξιοῦσα. ὁ δὲ μετὰ τοῦ αὐλοῦ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιστὰς, τὰ μὲν πρῶτα ἐβόα, καὶ σύγχειν ἡμῶν ἐπειρᾶτο τὴν συνουσίαν, ἐπιταράξας τῇ βοῇ. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἡμεῖς ἐπεφροντίκειμεν αὐτοῦ, κατ' ὀλίγον (οὐ γὰρ τέλεον ἦν διάβροχος τῇ μέθῃ) ἀνένηφε πρὸς τοὺς λόγους, καὶ ἀφῄρει τὲ τοὺς στεφάνους, καὶ τὴν αὐλυτρίδα κατεσιώπα, καὶ ἐπὶ τῇ πορφυρίδι ἠσχύνετο. καὶ ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀνεγειρόμενος, ἑαυτόν τε ἑώρα ὅπως διέκειτο, καὶ τοῦ πάλαι βίου κατεγίγνωσκε. καὶ τὸ μὲν ἐρύθημα, τὸ ἐκ τῆς μέθης, ἀπήνθει, καὶ ἢ φανίζετο, ἠρυθρία δὲ κατ' αἰδῶ τῶν δρωμένων· καὶ τέλος ἀχρὰς, ὥσπερ εἶχεν, ἠυτομόλησε παρ' ἐμὲ, οὔτε ἐπὶ καλεσαμένης,

vt consueui facere, patentibus foribus ad amicos qui tum præsentes erant, sermones quosdam de virtute atque modestia faciebam. Ille verò cum tibia & coronis astans, principiò quidem vociferabatur, ac perturbare nos tentabat, conuersationem nostram clamore suo interturbando. At postquam nos nullam illius rationem habebamus, paulatim (neque enim omnino aut extremè vino madefactus erat) resipiscere cœpit ad sermones, & simul auferebat coronas, & tibicinam compescebat, & ob purpuram erubescebat: ac veluti è profundo somno experrectus, cùm seipsum aspiciebat, quo pacto ornatus atque affectus esset, tum vitam superiorem & anteactam damnabat. Et rubor quidem ille ex temulentia contractus deflorescebat, euanescebátque: ipse autem præ pudore eorum quæ fecerat, erubescebat. Postremò ab illa aufugiens, ita vt erat, ad me transijt, neque vocante me,

νης, οὔτε βιαζομένης, ὡς αὐτή φησιν ἐμοῦ, ἀλλ' ἑκὼν, αὐτὸς ἀμείνω ταῦτα εἶναι ἑπολαμβάνων. καί μοι ἤδη καλεῖ αὐτὸν, ὅπως καταμάθητε, ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ. τοῦτον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, παραλαβοῦσα γελοίως ἔχοντα, καὶ μήτε φωνὴν ἀφιέναι, μήτε ἑστάναι ἑπὸ τοῦ ἀκράτου δυναμένον, ἐπέστρεψα, καὶ ἀνένηψα, καὶ ἀντὶ ἀνδραπόδου, κόσμιον ἄνδρα, καὶ σώφρονα, καὶ πολλοῦ ἄξιον τοῖς Ελλησιν ἀπέδειξα. καί μοι αὐτός τε χάριν οἶδεν ἐπὶ τούτοις, καὶ οἱ προσήκοντες ὑπὲρ αὐτοῦ εἴρηκα. ὑμεῖς δὲ ἤδη σκοπεῖτε, ποτέρᾳ ἡμῶν ἄμεινον ἦν αὐτῷ συνεῖναι. Ερ. ἄγε δὴ, μὴ μέλλετε, ψηφοφορήσατε, ἀνάστητε· καὶ ἄλλους χρὴ δικάζειν. Δί. πάσαις ἡ Ακαδημία κρατεῖ, πλὴν μιᾶς· Ερ. πρᾶδοξον οὐδὲν, εἶναί τινα καὶ τῇ μέθῃ τιθέμενον· καθήσατε, οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὴν ἡδονὴν λαχόντες, περὶ τοῦ

me, neq; cogente, perinde vt illa de me ait, sed vltrò ac volens, meliora hæc nostra esse credens. Ac mihi iam ipsum huc aduoca, vt cognoscatis quo pacto à me immutatus atque affectus sit. Hunc ego, viri Iudices, ad me receptum, ridiculè omnino sese gerentem, & neque vocem edere, neq; consistere præ mero valentem, conuerti, ac sobrium reddidi, & ex vili mancipio virum modestum ac temperantem, precióque dignum Græcis effeci. Et mihi nunc ipse gratiam pro ea re habet, & propinqui eius pro ipso. Dixi. Vos autem iam spectate, Iudices. vtri nostrum satius fuerit illum cõuersari. MER. Agite itaq; ne cunctemini, ferte sententiam, atq; inde exurgite: nam & cæteros iudicare oportet. IVS. Omnibus calculis superat Academia, excepto vno. MER. Nihil nouum aut mirum, si quis sit qui & pro Ebrietate ferat. Sedete nunc vos, qui Stoæ contra Voluptatem sortitò electi estis,

τοῦ ἐραστοῦ δικαίζειν. ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ. ἡ καταγραφὸς, ἡ τὰ ποικίλα, οὐ ἤδη λέγε. Στοά. οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὡς πὸς ἐυπρόσωπόν μοι τὴν ἀντίδικον ὁ λόγος ἔσται. ἀλλὰ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ὁρῶ, πὸς μὲν ἐκείνην ἀπεβλέποντας, καὶ μειδιῶντας πὸς αὐτὴν, ἐμοῦ δ' καταφρονοιῶτας, ὅτι ἐν χρῷ κέκρυμαι, καὶ ἀρρένωπὸν βλέπω, καὶ σκυθρωπὴ δοκῶ. ὅμως δ', ἢν ἐθελήσητε ἀκοῦσαί μου λεγούσης, θαρρῶ πολὺ δικαιότερα ταύτης ἐρεῖν· τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ παρὸν ἔγκλημά ἐστιν, ὅτι οὕτως ἑταιρικῶς ἐσκευασμένη τῶν ἐπαγωγῶν τῆς ὄψεως, ἐραστὴν ἐμὸν, ἄνδρα τότε σώφρονα, τὸν Διονύσιον φενακίσασα πὸς ἑαυτὴν περιέσπασε. καὶ ἦν γε οἱ πὸ ἡμῶν δίκην ἐδίκασαν, τῇ Ἀκαδημίᾳ καὶ τῇ μέθῃ, ἀδελφὴ τῆς παρούσης δίκης ἐστίν. ἐξεταζέτε γὰρ ἐν

ad iudicium de amatore ferendum. Infusa est aqua Heus picturata, ac varicoloribus induta, tu iam dic. STOA. Haud equidem ignoro, viri iudices, quàm contra formosam aduersariam oratio habenda mihi sit. sed & vestrûm plerosque video ad illam quidem aspicere, & eidem arridere, me verò contemnere, quòd videlicet ad cutem vsqué tonsa sum, & virile quiddam obtueor, tetricáque ac tristis appareo. Sed tamen si me dicentem audire volueritis, confido equidẽ multò iustiora, quàm hæc, dicturam me esse. Nam hoc ipsum illud est quod in præsentia accuso, quòd ita meretricio modo exornata, aspectus illecebris amatorem meum virum tunc modestũ ac temperantẽ, Dionysium videlicet, fraude circũuentum, ad sese auulsum hinc abstraxit. Et quam præcedentes illi causam iudicauerunt inter Academiam & Ebrietatem, quasi quædam soror præsentis causæ est. Examinabitis enim

ἐν τῷ παρόντι πότερα χοίρων δίκην, νενευκότας κάτω, ἡδομένους δεῖ ζῆν, μηδὲν μεγαλόφρον ἐπινοοῦντας, ἢ ἐν δευτέρῳ τοῦ καλῶς ἔχοντος ἡγησαμένους τὸ τερπνὸν ἐλευθέρους ἐλευθέρως φιλοσοφεῖν, μήτε τὸ ἀλγεινὸν, ὡς ἄμαχον δεδιότας, μήτε τὸ ἡδὺ ἀνδραποδωδῶς παιρουμένους, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ζητοῦντας ἐν τῷ μέλιτι καὶ ταῖς ἰσχάσι; τοιαῦτα γὰρ αὕτη δελέατα τοῖς ἀνοήτοις πετείνουσα, καὶ μορμολυττομένη τῷ πόνῳ, προσάγεται αὐτῶν τοὺς πολλοὺς, ἐν οἷς καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ἀφηνιᾶσαι ἡμῶν πεποίηκε, νοσοῦντα τηρήσασα; οὐ γὰρ ἂν ὑγιαίνων ποτὲ προσήκατο τοὺς παρὰ ταύτης λόγους. καί τοι τί ἂν ἐγὼ ἀγανακτοίην κατ' αὐτῆς, ὅπου μηδὲ τῶν θεῶν φείδεται, ἀλλὰ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν διαβάλλει, ὥστε εἰ σωφρονεῖτε, καὶ ἀσεβείας ἂν δίκην

enim in præsentia, virũ porcorum more in terram deiectos viuere nos deceat, voluptati indulgentes, neq; quicquam generosum in animo cogitantes: an verò posteriore loco, eo quod est delectabile, posito, prælata honestate, liberos liberè philosophari, neq; dolorẽ vt ignauũ quiddam pertimescentes: neque id quod dulce est, mancipiorum more sectantes, felicitatemq; in melle & caricis quærentes. Huiusmodi enim illectamenta hæc stultis obijciens, & labore ceu quadam larua perterrefaciens, plerosque ipsorum ad se illectos adducit, inter quos & miserum illum velut excusso iugo à nobis secedere fecit, cùm ægrotantem tacitè obseruasset. Neque enim rectè valentem ac sanum oratione sua vnquam facilè adduxisset. Quanquam quid ego adeò aduersus illam indignata sim, quando ne ipsis quidem dijs parcere soleat, sed administrationẽ ac prouidentiã illorũ calumnietur? Quare si rectè sapitis, Iudices, etiam impietatis

δίκην λάβοιτε παρ' αὐτῆς. ἤκουον δὲ ἔγωγε, ὡς οὐδὲ αὐτὴ παρεσκεύασθαι ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Επίκουρον ἀναβιβάσεται συναγορεύοντα, οὕτως ἐντρυφᾷ τῶν δικαστηρίῳ. πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνά γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε, οἵους ἂν οἴεται γενέσθαι, τὸν Ηρακλέα, καὶ τὸν ἡμέτερον Θησέα, εἰ πεσθέντες τῇ ἡδονῇ, ἔφυγον τοὺς πόνους· οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκώλυε μεστὴν ἀδικίας εἶναι τὴν γῆν, ἐκείνων μὴ πονησάντων. ταῦτα εἶπον, οὐ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσα. εἰ δέ γε ἐθελήσειε κατὰ μικρὸν ἀπκείνασθαί μοι συνερωτωμένη, τάχιστα ἂν γνωσθείη τὸ μηδὲν οὖσα. πλὴν ἀλλὰ ὑμεῖς γε τοῦ ὅρκου μνημονεύσαντες, ψηφίσασθε ἤδη τὰ εὔορκα, μὴ πιστεύσαντες Επικούρῳ, λέγοντι μηδὲν ἐπισκοπεῖν τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων τοὺς θεούς. Ερ. μετάστηθι. ὁ Επίκουρος ὑπὲρ τῆς ἡδονῆς λέγε.

Επί.

pœnas de ipsa sumetis. Porrò audiui equidem quòd neque orationem ipsa habere parata sit, sed Epicurum istum patronum pro se huc adductura. Adeò scilicet illudit etiam ipsi iudicio. Veruntamen illa certè ipsam interrogate, qualésnam putet fuisse Herculem, ac Theseum nostrum, num etiam illi indulgentes voluptati, laborem euitârint. Nihil enim prohiberet quo minus plena iniustitiæ terra foret, si illi laborem non sustinuissent. Atque hæc dixi, vt quæ non admodum longis orationibus delectari soleam. Quod si vtique voluerit & parumper respondere mihi interrogata, celerrimè cognoscetur quòd nulla sit. Veruntamen vos certè iurisiurandi memores, decernite iam quæ iusta ac pia sunt, haudquaquam Epicuro fidem adhibentes, qui deos dicit nihil eorum quæ apud nos geruntur, attendere. MERCV. Transi hinc. Heus Epicure, pro Voluptate dicito.

EPIC.

Ἐπί. οὐ μακρὰ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. δεῖ γὰρ οὐδὲ πολλῶν μοι τῶν λόγων. ἀλλ' εἰ μὴ ἐπῳδαῖς τισιν ἢ φαρμάκοις, ὅν φησιν ἐραστὴν ἑαυτῆς ἡ Στοὰ τὸν Διονύσιον ἀνατηνάγκασε ταύτης μὴ ἀπέχεσθαι, πρὸς ἑαυτὴν δὲ βλέπειν ἡ ἡδονὴ, φαρμακὶς ἂν εἰκότως ἔδοξε, καὶ ἀδικεῖν ἐκέκειτο, ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐραστὰς μαγγανεύουσα. εἰ δέ τις ἐλεύθερος ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει, μὴ ἀπαγορευόντων τῶν νόμων, τὴν παρὰ ταύτης ἀκδίαν μυσαχθεὶς, καὶ ἣν φησι κεφάλαιον τῶν πόνων, τὴν εὐδαιμονίαν παραγίγνεσθαι, λῦρον οἰηθεὶς, τοὺς μὴ ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους, ἀπέφυγε, πρὸς δὲ τὴν ἡδονὴν ἄσμενος ἐδραπέτευσεν, ὥσπερ δεσμά τινα ἀπορρίψας, τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, ἀνθρώπινα καὶ οὐ βλακώδη φρονήσας, καὶ τὸν μὴ πόνον, ὅπερ

EPIC. *Haudquaquam prolixiùs apud vos, viri Iudices, dicam. Nam multis verbis ne opus quidem mihi est. Verùm si incantationibus aut medicamentis quibusdam Voluptas eum quem Stoa hæc amatorem suum ait, Dionysium videlicet, coëgit ab hac quidem abstinere, ad se autem conuertere sese, venefica meritò visa est, & iniuriam fecisse huic coarguitur, tanquam contra alienos amatores præstigias ac dolos machinata. At si quis liber, in ciuitate libera, legibus non vetantibus, molestiam atque acerbitatem quæ ab hac proficiscitur, perosus, & felicitate quam quasi caput laborum inde prouenire aiunt, pro nugis ac nihilo habita, obliquos & incuruos huius sermones, labyrinthisq́ similes reliquit, ad Voluptatem autem lubens transfugit, verborum istorum retijs tanquam vinculis quibusdam abiectum haudquaquā stolida, sed humana sapiens, laboreq́ ipsum,*

ὅπερ ἐστὶ, πονηρὸν, ἡδεῖαν δὲ τὴν ἡδονὴν οἰηθεὶς, ἀπεκλείειν ἐχρῆν αὐτὸν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίου λιμένι προσνέοντα, καὶ γαληνῆς ἐπιθυμοῦντα, συνωθοῦντας ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸν πόνον, καὶ ἔκδοτον τὸν ἄθλιον παρέχειν ταῖς ἀπρείαις, καὶ ταῦτα, ὥσπερ οἰκέτην, ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν, ἐπὶ τὴν ἡδονὴν καταφεύγοντα, ἵνα τὴν πολυθρύλλητον ἀρετὴν δηλαδὴ, ἐπὶ τὸ ὄρθιον ἱδρῶτι πολλῷ ἀνελθῶν, ἴδῃ, κᾆτα δι' ὅλου πονήσας τοῦ βίου, εὐδαιμονήσῃ μετὰ τὸν βίον. καί τοι τίς ἂν κριτὴς δικαιότερος δόξειεν αὐτοῦ ἐκείνου, ὃς καὶ τὰ παρὰ τῆς Στοᾶς εἰδὼς, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ μόνον τέως τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἰόμενος εἶναι, μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος ἦν, τὸ βέλτιον ἐξ ἀμφοῖν δοκιμάσας, εἵλετο; ἑώρα γὰρ οἶμαι, τοὺς περὶ

ipsum, id quod est, malum, Voluptatem autem suauem ducens: excluderéne eum decebat quasi ex quodam naufragio ad portum enatantem, & serenitatis cupientem, præcipiti capite in laborem impellendo, & ceu dedititium, inopiæ atque egestati miserum illum tradendo, idq; cùm ille supplicis instar ad Voluptatem tanquam ad misericordiæ aram aliquam confugeret? Nimirum, vt passim ac multis iactatam illam virtutem, cum multo sudore in arduum progressus aspiciat, atque exinde per omnem ætatem laboribus exercitatus, demum post vitam peractam felix atque beatus fiat. Atqui quis quæso iudex iustior in hac causa fuerit, quàm ipse ille qui & ea in quibus Stoa versatur, cognouit vt quisquam alius: & cùm antea solum illud quod honestum est, bonum putaret esse, postea quantum malum foret labor, cognito, id quod melius ex vtroque probauit esse, delegit? Videbat enim, opinor, eos qui de tole-

περὶ τοῦ καρτερεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι πόνους, πολλὰ διεξίοντας, ἰδίᾳ δὲ τὴν ἡδονὴν θεραπεύονται, καὶ μέχρι τούτου νεανιευομένους, οἴκοι δὲ κατὰ τοὺς τῆς ἡδονῆς νόμους βιοῦντας, αἰσχυνομένους μὲν, εἰ φανοῦνται χαλῶντες τοῦ τόνου, καὶ προδιδόντες τὸ δόγμα, πεπονθότας δὲ ἀθλίως τὸ τοῦ Ταντάλου, καὶ ἔνθα ἂν λήσειν, καὶ ἀσφαλῶς παρανομήσειν ἐλπίσωσι, χανδὸν ἐμπιμπλαμένους τοῦ ἡδέος. εἰ γοῦν τις αὐτοῖς τὸν τοῦ Γύγου δακτύλιον ἔδωκεν, ὡς περιθεμένους μὴ ὁρᾶσθαι, ἢ τὴν τοῦ Αἴδος κυνέην, εὖ οἶδ' ὅτι μακρὰν χαίρειν τοῖς πόνοις φράσαντες, ἐπὶ τὴν ἡδονὴν ὠθοῦντο ἂν καὶ ἐμιμοῦντο ἅπαντες τὸν Διονύσιον. ὃς μέχρι μὲν τῆς νόσου, ἤλπιζεν ὠφελήσειν τι αὐτὸν τοὺς περὶ τῆς καρτερίας λόγους· ἐπειδὰν δὲ ἤλγησε, καὶ ἐνόσησε, καὶ ὁ πόνος ἀληθέστερον αὐτοῦ καθίκετο, ἰδὼν

tolerandis ac perferendis laboribus multa commemorare solent, priuatim autem Voluptatem colunt, eò quidem vsque iuueniliter sese iactare, domi autem secundum Voluptatis præcepta vitam degere, erubescentes quidem si deprehendantur remittere aliquid de firmitate & contentione, prodereq; professionem suam, patientes autem miserè interea Tantali illud: & vbi latere sese, ac tutò leges transgredi posse confidunt, hiantibus faucibus voluptatem ingurgitantes. Proinde si quis ipsis Gygis annulum daret, vt eo inducto conspici non possint, aut etiam Orci galeam: sat scio quòd laboribus longum valere iussis, ad Voluptatem prosilirent, & cuncti imitarentur Dionysium: qui quidem antea quàm morbo correptus esset, sperare solebat illos de tolerantia sermones multùm sibi profuturos esse. At postquam dolere atque ægrotare cœpit, ac labor re ipsa illum inuasit, animad-

ἑαυτὸν ἀνθρωπον, καὶ τὰναντία λογιζόμενον, καὶ τοῖς ἴσοις ἴσα, καὶ ἓν νῷ ἄνθρωπος ὤν, καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἔχων, καὶ διιστάμενος, ἐκ ὧν ἀνθρώπου ἀνθρώπῳ, ἀλλὰς ὅτι ὃς ἂν ὅπως λέγῃ, καὶ ἡδονῆς καταγορῇ, λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἔκει δ' ἔχει. ἄρυκα. ὑμεῖς δ' ἐπὶ τοῖς ψηφοφορήσατε Στοά. μηδαμῶς, ἀλλ' ὀλίγα μοι συνερωτῆσαι ἐπιτρέψατε. Επί. ἐρώτησον· ἀρκεινοῦμαι γάρ. Στοά. μακὸν ἡγῇ τὸν πόνον; Επί. ναί. Στοά. τῶν ἡδονῶν δ' ἀγαθόν; Επί. πάνυ μὲν οὖν. Στοά. τί δ', οἶσθα ὅ, τι διάφορον καὶ ἀδιάφορον, καὶ πθυγμένον καὶ ἀπροπυγμένον; Επί. μάλιστα. Ερ. ἔ φασιν, ὦ Στοά, συνιέναι οἱ δικασαὶ τὰ δισύλλαβα ταῦτα ἐρωτήματα. ὥστ' ἡσυχίαν ἄγετε, ψηφοφορήσουσι γάρ. Στοά. καὶ μὲν ἐκράτησα ἄρ, ἐ σωπήσατε ἐμ

animaduertens corpus suum diuersam à Stoa philosophiam sequi, & contraria statuere, ibi magis quàm istis credidit: atque ita sibi persuasit, homo cùm esset, etiam corpus humanum habere sese: vixitq; exinde non vi statua illo vtens, sed hoc sciens, quòd quicunque aliter dicit, ac Voluptatem accusat, verbis quidem delectetur, animum autem illuc conuersum habeat. Dixi. Vos autem ob hæc sententiâ ferte. STOA. Nequaquam, sed pauca etiam interrogare mihi permittite. EPIC. Interroga: respondebo enim. STOA. Malúmne putas laborẽ? EPIC. Etiã. STOA. Voluptatem autem bonum? EPIC. Atque admodum. STOA. Quid autem? Scísne quid sit differens, vel indifferens, & promotum, vel reiectum? EPIC. Maximé. MER. Negant se Iudices intelligere, Stoa, dissyllabas istas interrogationes: quare silentium agite. Iã enim sententiã ferẽt. STOA. Atqui vicissem sanè, si interrogassem

ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀναποδείκτων σχήματι. Δί. τίς ὑπερέσχεν; Ερ. πάσαις ἡ ἡδονή. Στοά. ἐφίημι ἐπὶ τὸν Δία. Δία. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ· σὺ δὲ ἄλλους κάλει. Ερ. περὶ Αριστίππου Αρετὴ καὶ Τρυφὴ, καὶ Αρίστιππος δὲ αὐτὸς παρέστω. Αρ. πρότεραν ἐμὲ χρὴ λέγειν, τὴν Αρετήν. ἐμὸς γάρ ἐστιν Αρίστιππος, ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἔργα. Τρυ. οὐ μέτοιον, ἀλλ' ἐμὲ τὴν τρυφήν· ἐμὸς γάρ ὁ ἀνὴρ, ὡς ἔστιν ὁρᾷν ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ τῆς πορφυρίδος, καὶ τῶν μύρων. Δί. μὴ φιλονεικῆτε· ὑπερκείσεται γὰρ καὶ αὕτη ἡ δίκη, ἔστ' ἂν ὁ Ζεὺς δικάσῃ περὶ τοῦ Διονυσίου· παραπλήσιον γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι. ὥστε ἂν μὲν ἡ Ηδονὴ κρατήσῃ, καὶ τὸν Αρίστιππον ἕξει ἡ Τρυφή. νικώσης δὲ αὖ τῆς Στοᾶς, καὶ οὗτος ἔσται τῆς Αρετῆς κεκριμένος. ὥστε ἄλλοι

in tertia figura, eorum videlicet quæ demonstrari non possunt. IVST. Vtra superauit? MERC. Voluptas calculis omnibus. STOA. Prouoco ad Iouem. IVST. Bona sanè fortuna, vt lubet. Tu verò alios accerse. MERC De Aristippo contendentes Virtus atque Mollicies, & Aristippus verò etiã ipse adesto. VIRTVS. Priorem me dicere conuenit, Virtutem videlicet. Meus enim est Aristippus, perinde atque indicant sermones, & opera. MOL. Haudquaquam, sed me potius. Meus enim est homo ille, quemadmodum videre licet ex coronis, & purpura, & vnguentis. IVST. Ne ambitiosè adeò cõtendite. differetur enim & hæc causa eò vsq; dum Iupiter de Dionysio sententiam feret. Non enim dissimile quippiam hoc quoque videtur esse. Quare tum quidem, si Voluptas vicerit, etiam Aristippum Mollicies habebit. Vincente autem contrà Stoa, & hic erit Virtuti condemnatus. Proinde

alij

λοι παρέσωσαν. τὸ μέντοι μὴ λαμβάνειν σοι τὸ δικαστικόν· ἀδίκως γὰρ ἡ δίκη μεμύηκεν αὐτοῖς. Ερ. μάτην ἄρ' ἀνηλγυθότες ὧδε γέροντες ἄνδρες, ἔτω μακρὰν τὴν ἀνάβασιν; Δί. ἱκανὸν, ἂν πρὸ μέσου λάβοιεν. ἄπιτε, μὴ ἀγανακτεῖτε, αὖθις δικάσαι. Ερ. Διογένη Σινωπέα παρεῖναι καιρὸς, καὶ σὺ δίνιον ἢ ἀργυραμοιβικὴ λέγει. Δικ. καὶ μὲν δὴ γε μὴ παύσασθαι ἐνοχλοῦσα, ὦ Δίκη, ἐκ ἔτι δρασμὸν δικάσεται μοι, ἀλλὰ πολλῶν καὶ βαθέων τραυμάτων· ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα πατάξω ὧδε ξύλῳ. Δί. τί τοῦτο; ἀπόφευγε ἡ ἀργυραμοιβικὴ, ὁ δὲ δικάσει, ἐπειγόμενός τε καὶ βάκτρον, ὑμίτριόν τι καὶ ἡ ἀθλία ἔοικε λήψεσθαι. τὸν Πύῤῥωνα κήρυττε. Ερ. ἀλλ' ἡ μὲν γραῦς καὶ πάρεστιν, ὦ Δίκη, ὁ Πύῤῥων δὲ οὐδὲ πάνυ ἀρχὴν ἀνήλυθεν, καὶ ἴσως τοῦτο πράξειεν. Δί. διὰ τί, ὦ Ερμῆ; alij adsunto. Istud autem ne accipiant hi, iudiciale præmium puta. Nam causa hæc incognita & indiscussa manſit ipſis. MERC. Frustráne igitur per longam adeò atque accliuem viam ascenderint viri hi senes? IVST. Abundè est si tertiam etiam partem acceperint. Abite, ne indignemini, aliàs iterum iudicabitis. MERC. Diogenem Sinopensem adesse tempus est. Ac tu itaq; Mẽsaria dic. DIOG. At verò nisi desinat molesta esse, Iustitia, non amplius de fuga mecum apud iudicem aget, sed de multis atque aliis vulneribus. Ego enim quamprimùm adeò fuste hanc contundam. IVST. Quid hoc rei est? profugit Mensaria: ille autem sublato baculo insequitur. Haud mediocre malum aliquod videtur misera illa acceptura esse. ° Pyrrhonem proclama. MERC. At pictoria quidem iamdudum adest, Iustitia: ipse autem Pyrrho principiò ne ascendit quidè huc. Ac videtur hoc facere. IVST. Qua de causa, Mer-

βημῆ; Ερ. ὅτι οὐδὲν ἡγῶνται ἀληθὲς εἶναι. Δι. Συγχωρῶ ἐρήμῃ αὐτὴ καταδικασάτωσαν· τὸν λογογράφον ἤδη καλὰ τὸν Σύραν. καὶ τοι πρώην ἀπηνέχθησαν κατ' αὐτοῦ γραφαὶ, καὶ οὐδὲν ἦσαν ἤδη ἀνεῖσθαι. ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ δοκεῖ, πρότεραν εἶναι τὴν ἐγκωμιαστικὴν τῶν λόγων. βαδέα, ὅσοι συνειλήλυθατε ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν; Ερ. ἀκόντως, ὦ Δίκη. τό, τε γὰρ μῆκος ἄπαντι δοκεῖ, καὶ ξένον, καὶ ἴδιος, ὥσπερ ἔφης, ἐπηγγελμένον, καὶ τὸ ἐλπίζειν ἀκούσεσθαι ῥητορικῆς μὴ καὶ σμικρόν, ἐν ᾧ μίαν κατηγορεμένων, ἀλλοκαμεῖν δὲ πᾶς ἀμφοτέρους τὸν Σύρα, ζοῦ πολλοὺς ἐπάγαγε ὧ δικασταί. ἀλλὰ ἄρξαι ποτὲ, ὦ Ρητορική, τῶν λόγων. Ρη. πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις

Mercurii? MERC. Quia nullum putat iudicium aut forum verum esse. IVST. Proinde contumaciæ ipsum condemnent. At iam scriptorem præfæ orationis Syrum illum accerse. Quanquam nuper adeò actiones contra ipsum hæ delatæ sint, & nihil necesse erat tantopere festinari, atque eas tam statim disceptari: veruntamen quia ita visum est, priorem introduc Rhetoricis causam. Papæ, quàm multi ad audiendum conuenêre? MERC. Meritò, Iustitia. Nam hoc ipsum quòd actio hæc minimè vetus aut obsoleta est, sed noua ac peregrina, heri, quemadmodum ais, primùm intentata: deinde quòd & sperant audituros se esse Rhetoricam quidem atque Dialogum per vices accusantes, vtrisque autem Syrum respondentem, multitudinem tantam ad iudicium contraxit. Veruntamen incipe tandem Rhetorica causam dicere. RHETOR. Principiò quidem, viri Athenienses, deos deasque precor omnes,

πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τι πόλει, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα. εἶθ', ὅπερ δὴ μάλιστα δίκαιον, τοῦτο παρασχεῖν τοὺς θεοὺς ὑμῖν· τὸν μὲν ἀντίδικον σιωπᾶν ἀναγκαίαν, ἐμὲ δ', ὡς πέφυκα, καὶ βουλόμενον, τὴν κατηγορίαν ἅπασαν ποιήσασθαι. οὐχὶ ταυτὰ δή μοι παρίστατο γιγνώσκειν, ὅταν τι εἰς ἀπίπονθα ἐνθυμῶμαι, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους, ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς, οὕτω ῥᾳδίως ἐνοήσετε· τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα ὄψεσθε, ὥστε ὅπως μὴ χαλεπόν τι πείσομαι πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δέον. ἀπὸ γὰρ, ἵνα μὴ μακρὰν προοιμιάζωμαι τοῦ ὄντως πάνυ ἀκριβοῦντος, ἄρξομαι τῆς κατηγορίας. ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῦτον τὸν ἐμοὶ μὲν μειράκιον ὄντα, βάρβαρον ἔτι

vt quanta ipse beneuolentia affectus sum erga hanc ciuitatem, ergaq; vos omnes, tantam à vobis ad præsens certamen hoc consequi possim Deinde, quod est æquum maximè, id vobis in mentem à Dijs immortalibus dari, vt aduersarium quidem silentium agere iubeatis: me verò, quemadmodum constitui, mecumq; ipse deliberaui, accusationem peragere posse faciatis. Cæterùm haudquaquam eadem in mentem venit statuere, quoties ad ea quæ passus sum aspicio, & ad orationem ac verba quæ audio. Nam verba quidem quàm simillima meis, ita ad vos fiet: res autem eò vsque processisse videbitis, vt mihi iam necesse sit spectare ne quid peius etiam ab ipso mihi accidat. At enim vt ne longiore proœmio vtar; aqua iamdudum frustra effluente, accusationem ipsam incipiam. Ego enim, viri Iudices, hunc, cùm admodum adhuc adolescens esset, neq; non barbarè etiamnum

ἔτι πλὴν φωνῆς, καὶ μονονχὶ
λάνδυν ἐνδεδυκότα, ἐς τὸν
Ἀσσύριον τρόπον, περὶ πλὴν
Ἰωνίαν ἰοῦσα, πλανόμενον
ἔτι, ἢ ὅτι χρήσαιτο ἑαυτῷ, ἢ
ἅμα τε παραλαβοῦσα ἐπαίδευ-
σα καὶ ἐπιδεᾶ ἐμοὶ ὑμα
θὴς εἶναι, καὶ ἅτε ὁρᾶν εἰς
ἐμὲ (ὑπέπτηξά τι γὰρ ἔτι τότε,
καὶ ἐθιρά πευε, καὶ μόνῳ ἐ-
θαύμαζον) ἀφεῖπε τὸν
ἄνδρα, ὁπόθεν ἐμνήσανόν μι
πλούσιοι ἢ καλοὶ, καὶ καμπροὶ
τὰ προγονικὰ, ὧν ἀχαρίστο
τέτῳ ἐμαυτῇ ἐνεγγύησα πέ-
νητι ἢ ἀφανεῖ, καὶ νέῳ, πρὸς
καὶ ὀλίγα ἐπουρήσαντα μέ-
νῃ, πολλὰς καὶ θαυμασίους λό-
γους. εἶτα ἀγαγοῦσα αὐτὸν ἐς
τὰς φυλέτας τὰς ἐμὰς, πα-
γγράψα, καὶ ἀσὸν ἀπέφηνα,
ὅσα τὰς ὀλιγαρτόβολας ἐγ-
γυᾶς ἀφανίζεσθαι. δόξαν δ'
αὐτῷ πλεονεκτεῖν, ἐπιδεξο-
μένῳ τὸν γάμον πλὴν ὑποείαν,
ἀλλ' ὅτι πλειόνων ἄξιος, ἀπὸ
πάντα-

etiamnum loqueretur, ac tantum non Candyn indutus, Assyriorum more incederet, circa Ioniam inuentũ, errabundum adhuc, & quid de se ipso statueret, nescientem, ad me receptum educaui: & quia videbatur mihi ingenio admodum prompto, & ad discendum apposito esse, meis fixis in me oculis intueri (nam & verebatur adhuc tum me, & colebat, ac solam in admiratione habebat) relictis cæteris quotquot nuptias ambibant meas, diuites atque formosi, & quod ad maiores attinet, etiam illustres, ingrato huic me ipsam despondi, pauperi videlicet, & obscuro, & adolescenti: dote haudquaquam exigua insuper allata, multis & admiratione dignis orationibus. Post hæc adducto eo ad contribules meos, nomen eius in tabulas tacitè retuli, ac ciuem reddidi: vt ij quâ à spe desponsationis meæ excideram, exinde suffocarentur. Porrò cum ipsi visum esset terrarum orbẽ circumuagari, felicitatis cõiugij passim ostẽtare: ne tum quidẽ à tergo relicta

πανταχοῦ ἐπομένη, ἄνω καὶ κάτω περιηγόμην, καὶ κλεινὸν αὐτὸν, καὶ ἀοίδιμον ἐποίουν, κατακοσμοῦσα καὶ περιστέλλουσα καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας μέτρια, ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἀπαλλημῆσαι ἐθελήσαντι αὐτῷ τὸν Ἰώνιον συναλέπλευσα καὶ τὰ τελευταῖα, μέχρι τῆς Κελτικῆς συναπάρασα, ἐνοπορεῖσθαι ἐποίησα. καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ πάντα μοι ἐπείθετο, καὶ συνῆν μοι, μηδεμίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ' ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐπεσιτίσατο, καὶ τὰ πρὸς τὴν εὐδοξίαν εὖ ἔχειν αὐτῷ ὑπέλαβε, τὰς ὀφρῦς ἐπάρας, καὶ μεγαλαφθονήσας, ἐμοῦ μὲν ἠμέλησε, μᾶλλον δὲ τέλεον εἴασεν· αὐτὸν δὲ τὸν γενειήτην ἐκεῖνον, τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὴν διάλογον, φιλοσοφίας ἡδὺν εἶναι λεγόμενον, ὑπεραγαπήσας μάλα ἐρωτιμῶς,

sum, sed quoquouersum sequens, sursum atque deorsum circunducebar, clarumque ipsum ac celebrem faciebã, ornando pariter & componendo. Atque ea quidem quæ in Græcia & in Ionia acciderunt, mediocria sunt: postquam autem & in Italiam proficisci statuit, vnà cum eo Ionium mare traieci: & postremò vsque in Galliam vnà progressa, ditescere ipsum feci. At in longum quidem vsque per omnia mihi obtemperabat & conuersabatur mihi, ne vnam quidem noctem extra lectum à nobis diuertens. At vbi iam abundè viaticum sibi comparâsse visus est, & quantum ad famam & existimationem attinet, rectè sibi omnia habere credidit: adductis supercilijs, & elatum præ se animum ferens, me quidem neglexit, imò verò prorsus missam fecit: ipsum verò barbatum illum, ex habitu conspicuum, Dialogum videlicet, quem philosophiæ filium esse perhibent, suprà quàm decet amando, atque admodum amatoriè prosequendo, na-

κῶς, πρεσβύτερον αὐτοῦ ὄντα τούτῳ σύνεστι. καὶ οὐκ αὐσχύνεται, τὴν μὲν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ ἄνετον τῶν ἐν ἐμοὶ λόγων συντεμὼν, εἰς μικρὰ δὲ καὶ κομματικὰ ἐρωτήματα κατακλείσας ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ λέγειν ὅ, τί βούλεται μεγάλῃ τῇ φωνῇ, βραχεῖς τινας λόγους ἀναπλέκων, καὶ συλλαβίζων, ἀφ' ὧν ἀθρόος μὲν ὄπαιυος, ἢ κρότος πολὺς οὐκ ἂν ἀπαντήσειεν αὐτῶν, μελίαμα δὲ παρὰ τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὄρων, καὶ μακρὰ ἐπινεῦσαι τῇ κεχαλῇ, καὶ ἐπιστενάξαι τοῖς λεγομένοις. τοιούτων ἠράσθη ὁ γενναῖος, ἐμοῦ καταφρονήσας· φασὶ δὲ αὐτὸν μηδὲ πρὸς τὴν ἐρώμενον τοῦτον εἰρήνην ἄγειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐκεῖνον, οἶμαι, ὑβρίζειν. πῶς οὖν οὐκ ἀχάριστος οὗτος, καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ κακώσεως νόμοις; ὃς

do, natu quàm ipse est, grandiorem: cum eo nunc consuetudinem habet. Neq; pudet ipsum libertatem quidem hanc orationis meæ, qua veluti laxatis habenis soluta ac libera fertur, concidere, in paruas autem & perbreuia commata tractandas quæstiones seipsum includere. Ac pro eo quod licitum ipsi fuerat, quodcunque libuisset, plena ac sonora voce eloqui, breues quasdam sententiolas inter se implicare, & quasi per syllabas numerare. Vnde sanè conferta quidem laus aut multus applausus haudquaquam obuenerit ipsi, irrisio verè auditorum nonnulla, & attollere manum, intra fines tamen, & longè annuere capite, & ingemiscere dictis. Tales nimirum sunt quibus generosus iste amacus me contempsit. Aiunt autem ipsum ne cum isto quidem amasio suo pacem agere, sed & erga illum contumeliosè, opinor, se gerere. Quomodo igitur non ingratus, atq; obnoxius ijs quæ e mala tractatione sancitæ sunt legibus censendus fuerit,

ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετὴν, παρ' ἧς τοσαῦτα εἴληφε καὶ δι' ἣν ἔνδοξός ἐστιν οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε, καὶ καινῶν ὠρέχθη πραγμάτων, καὶ ταῦτα νῦν, ὁπότε μόνην ἐμὲ θαυμάζουσι, καὶ ἐπιγράφονται ἅπαντες προστάτην ἑαυτῶν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀντέχω, τοσούτων μνηστευόντων, καὶ κόπτουσιν αὐτοῖς τὴν θύραν, καὶ τοὔνομα ἐπιβοωμένοις μεγάλῃ τῇ φωνῇ, οὔτε ἀνοίγειν, οὔτε ὑπακούειν βούλομαι· ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲν πλέον τῆς βοῆς κομίζοντας. οὗτος δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπιστρέφεται πρὸς ἐμὲ, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐρώμενον βλέπει, τί, ὦ θεοὶ, χρηστὸν παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν; ὃν τοῦ τρίβωνος οὐδὲν ὁρᾷ πλέον ἔχοντα. εἴρηκα, ὦ ἄνδρες δικασταί. ὑμεῖς δὲ, ἢν εἰς τὸν ἐμὸν τρόπον τῶν λόγων ἀπολογεῖσθαι θέλῃ, τοῦτο μὴ ἐπιτρέπετε, ἄγνωμον γὰρ, ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾷν. κατὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ἐρώμενον, τὴν Διάλογον, οὗτος ἀπολογείσθω,

qui legitimè quidem nuptâ, à qua tanta accepit, & per quam nobilis & clarus adeò est, ita ignominiosè reliquit, ac nouas atque alienas res appetiuit, idq; nunc, quando solam me cuncti mirantur, & veluti præsidem suum, scripto testantur? At ego quidem repugno tot procis ambientibus me: & pulsantibus ianuam illis, ac nomine inclamantibus me voce elata ac magna, neque aperire volo, neque etiam exaudire. Video enim illos nihil ampliùs clamore isto hinc auferre. Iste verò etiam ne sic quidem ad me reuertitur, sed ad amasium illum suum respicit: & quid tandem boni, ô dij, ab eo accepturum se sperans, quem præter pallium habere videt ampliùs nihil? Dixi, viri Iudices. Vos autem si meo iste orationis atq; verborum modo respondere voluerit, ne permittite. Iniquum enim foret meam contra me machæram acui. Sed iuxta amatum à se Dialogum illum respondeat, si potest.

γάσω, ἢν λύωνται. Βρ. τοῦτο μὴ ἀπόθανον· ὑγρὸν οἷόν τι, ὦ Ρητορικὴ, μόνον αὐτὸν ἀπολογήσῃ κατὰ σχῆμα τοῦ διαλόγου, ἀλλὰ ῥᾴδιον καὶ αὐτὸς ἀπάτω. Συ. ἐπεὶ καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες, ἡ ἀντίδικος ἠναγκάκτησεν, εἰ μακρῷ χρώμενος τῷ λόγῳ, καὶ αὐτὸ τὸ λελύσθαι λέγων παρ' ἐκείνης λαβών· πολλὰ μὲν ἐκερῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δ' ἐφάλαια δ' αὐτὰ ἐπιλυσάμην τῶν κατηγορηθέντων, ὑμῖν ἀφελέσθαι σκοπῶν περὶ ἁπάντων. πάντα γὰρ, ὅσα δίκης ἐγκαλοῦσα περὶ ἐμοῦ, ἀληθῆ ὄντα διηγήσατο. τὴ γὰρ ἐπαίδευσα, καὶ συναπολύμην, καὶ ἐς τὰς Ἐλλήνας ἐνέγραψε, καὶ κατὰ γε τοῦτο χάριν ἂν ἀπέλειπον τοῦ γάμου. διὰ ἃς δ' αἰτίας ἀφεῖπον αὐτῷ, ἐπὶ τοῦτο τὸν Διάλογον ἐφαπόμην, ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ μὴ μνήμην τῆς χάριτος ποιήσησθε ψυδόμενον ὑπολάβοιτε.

test. MERC. At hoc quidem non persuadebit, Rhetorica. Neque enim fieri potest vt hic solus iuxta formam & morem dialogi respondeat, sed perpetua oratione ipse quoque dicat. SY. Posteaquam, viri Iudices, hoc quoque malè habet aduersariam, longiore paulò oratione vtar, ipso quoque eo quod dicere possum, abilla accepto, multa quidē verba apud vos haud quaquam faciam: capita verò ipsa dissoluendo, eorum de quibus ille me accusauit, vobis vniuersum negotium exinde inspiciendum ac perpendendum relinquam: omnia enim quæcunque modò de me narrauit, ita vt sunt, ac verè narrauit. Nam & educauit me, & mecum à quocunque abij profecta est, & Græcorum ciuitati adscripsit: eóque certè nomine etiam gratiam lubens egerim nuptijs istius. Cæterùm ob quas causas relicta ea ad Dialogum hunc diuerti, de eo quæso, viri Iudices, vt me paulisper audiatis. Ac me cōmodi alicuius gratiā nihil quic-

βοῆτι, ἐγὼ γάρ, ὁρῶν ταῦτα οὐκ ἔτι σωφρονοῦσαν, οὐδὲ ἐμμενοῦσαν ἐπὶ τῷ κοσμίῳ σχήματι, οἷόν ποτε ἐσχηματισμένην αὐτὴν ὁ Παιανιεὺς ἐκεῖνος ἠγάγετο, κοσμουμένην δὲ καὶ τὰς τρίχας ἀναπλεξαμένην εἰς τὸ ἐπιτήδειον, καὶ φυκίον ἐντριβομένην, καὶ τὸ ὄφθαλμῷ ὑπογραφομένην, ὑπόπλουν τε ἅμα καὶ παρηφυκαπον, ὅποιον τὸν ὀφθαλμὸν φέροι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ, καθ' ἕκαστα δὲ τὴν νύκτα, ὁπῇ σφῶν ἀπὸς ἡμῶν ἐνεπίμπλατο μεθυόντων ἐρασῶν, κωμαζόντων ἐπ' αὐτὴν, καὶ κοπτόντων τὴν θύραν, ἐνίων δὲ καὶ ἀσθιάζεσθαι σὺν ὀδυρμῷ κόσμῳ τολμώντων· αὕτη δὲ ἐγέλα, καὶ ἥδετο τοῖς θρομβώδεσι. καὶ τὰ μὲν πολλὰ παρεκύπτεν ἀπὸ τῶν σίφωνος, ᾀδόντων ἀκόσμα παρακέλευσμα τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἐρωτικὰς ἢ καὶ παρανοίγουσα τὰς θυείδας, ἵνα οἱ ὁμοῦ ναθῶν, ἀσίλλαινε, ὥστε μοιχοῦ τοὺς αὐτῶν. ὅπερ ἐγὼ μὴ quam falsi dicere existimetis. Ego enim cùm viderem hanc haudquaquam amplius temperantem esse, neq; etiam in eo modesto habitu permanere, quo olim ornatam ipsam Pæanensis ille duxerat, comptam autem, & capillos meretricio more collocantem, præterea fuco illitam, & genas cerussa quoque pingentem: suspicari statim cœpi, ac tacitè observare quorsum verteret oculum. Ac cætera quidem missa facio: singulis autem noctibus angiportus quidem noster replebatur amatoribus temulentis, & lasciuè erga illam petulanterq; multa agentibus, ac fores pulsantibus, quibusdam verò etiam vi intrò sese citra omnem modestiam ferre audentibus. Hæc autē videbat, & ijs quæ agebantur, delectabatur, ac plerunq; vel de tecto prospiciebat, canentes illos aspera voce cantilenas quasdam amatorias auscultans: vel etiam apertis clàm foribus dum me latēre ista putat, lasciuè se gerebat, & stuprabatur ab illis. Quod cū ego ferre

ρίαν γράψασθαι μὲν αὐτῷ μοιχείας οὐκ ἐδοκίμαζον, ᾧ γε τότε νῷν δὲ οἰκοῦντι τῷ Διαλόγῳ τῷδε ἐπιθέσθαι, ἠξίουν καταδιαιτᾶσθαι παρ' αὐτόν. ταῦτα δ' ἔφην, ἀξιῶν αὐτὸν ἐμοὶ μὲν χάριν ἄγειν· εἰ δέ τι καὶ μηδὲν αὐτῷ διαφέρω ἐγὼ πρᾶξαι, καλῶς ἔχει μοι, ἀνδρὶ ἤδη τετταράκοντα ἔτη γεγονότι· θορυβῶν μὲν ἐκείνων, καὶ δίκῶν ἀπαλλαχθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ἀπραμβάτους, μὴ τυράννων καταγνώσεως, καὶ ἀσεβείας ἐπαίνους ἐφιγόντι, εἰς δὲ τὴν Ἀκαδημίαν, ἢ εἰς τὸ Λύκειον ἐλθόντα, ὧν βούλεσθε τούτῳ Διαλόγῳ συμπότην, πρῖμα συναγωνιούμενον ποθ' ἕξων ἐκεῖ, ἤδη ποθ' ὑμᾶς δ' ἐπορκοῦν τῷ ψήφῳ ἐνίσχειν. Δι. τίς λαρατᾶ; Ερ. πολλοὶ ἐσθ', πλὴν μίας. Δι. ῥᾴστα δὴ ἴσως ἐστίν, ὃ πλὴν ἐναντίαν

ferre non possem, accusare quidem ipsam adulterij non placebat: ad Dialogum autem hunc in vicino habitantem accedens, rogabam vt is me recipere vellet. Atque hæc illa sunt, Iudices, quibus ego tanta iniuria Rhetoricam affeci. Quanquam etiam si nihil tale ab ipsa commissum esset: tamen, puto, deceret me, virum iam propè quadraginta annos natum, à tumultibus quidem istis & causis agendis desistere, ac viros iudices pati quiescere, cùm Tyrannorum accusationibus, tum optimatium laudibus euitatis: in Academiam autem vel Lycéum ingressum, cum optimo hoc, Dialogo videlicet, vnà deambulare, paulatim ac sensim cum eo disputando. Multa adhuc habens, Iudices, quæ dicere poteram, in præsentia quiescam. Vos autem sententiam iurijurando iusto consentaneam proferte.

IVST. Vter vincit? MER. Omnibus calculis Syrus, excepto vno. IVS. Apparet rhetorem fuisse aliquem, qui con-

τίαν θέμενος, ὁ Διάλογος ἐπὶ τ αὐτῶν λέγε· ὑμεῖς δὲ περιμείνατε, διπλασίονα ἀπεισόμενοι τὸν μισθὸν ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις. Δια. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μακρὸς μὲν ἀπτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ἂν ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, ὥσπερ εἴωθα. ὅμως δὲ, ὡς νόμος ἐν τοῖς δικαστηρίοις. οὕτω ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν, ἰδιώτης πανταπασι, καὶ ἄτεχνος τῶν τοιούτων ὤν. καί μοι τοῦτο ἔστω πρὸς ὑμᾶς τὸ προίμιον. ἃ δὲ ἠδίκημαι, καὶ πρὶ ἐβρεισμαι πρὸς τούτου, ταῦτά ἐστιν, ὅτι με σεμνὸν τέως ὄντα, καὶ θεῶν πέρι, καὶ φύσεως, καὶ τῆς τῶν ὅλων περιόδου σκοπούμενον, ὑψηλὸν, ἄνω που τῶν νεφῶν ἀροβατοῦντα, ἔνθα ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται. κατασπάσας αὐτὸς, ἤδη κατὰ τὴν ἀφίδα πετόμενον, καὶ ἀναβαίνοντα ὑπραίνω τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ πτερὰ σαυτρί-

trarium tulit. Heus Dialoge, sub ijsdem Iudicibus dic tu quoq; Vos autem sedentes manete, duplicem accepturi mercedem, pro vtraque videlicet lite. DIA. Ego verò, viri Iudices, longiorem quidem proferre orationem apud vos haudquaquam statueram, sed breuibus verbis, vt consueui, rem expedire: veruntamen vti lex est in iudicijs, ita peragam accusationem: quanquam imperitus planè, atq; istarum rerum indoctus sim. Atque hoc ad vos exordium peractum mihi sit. Quæ verò per iniuriam & contumeliosè ab hoc passus sum, ea ita se habent. Nam me, cùm grauis antea ac venerandus essem, ac de dijs pleraque, & natura, & vniuersi huius ambitu considerarem, sublimis supra nubes alicubi per aërem incedens, vbi magnus ille per cœlum Iupiter alatum currum agens fertur: abstractum inde ipse, cùm iam in summa conuexitate volarem, atque vltra cœlum ascenderem, & alis confractis.

συντρίψας, ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐποίησε· καὶ τὸ μὲν τραγικὸν ἐκεῖνο. καὶ σωφρονικὸν πρόσωπεῖον ἀφεῖλέ μου, κωμικὸν δ' ἄλλο, καὶ σατυρικὸν ἐπέθηκέ μοι, καὶ μικροῦ δεῖν γελοῖον. εἶτά μοι ἐς τὸ αὐτὸ φέρων, συγκαθεῖρξέ μοι τὸ σκῶμμα, καὶ τὸν ἴαμβον καὶ κυνισμὸν, καὶ τὴν Εὔπολιν καὶ τὴν Ἀριστοφάνην, δεινοὺς ἄνδρας ἐπικρτομῆσαι τὰ σεμνὰ, καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα. τελευταῖον δὴ, καὶ Μένιππόν τινα, τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν, ὡς δοκεῖ, καὶ κάρχρον ἀνορύξας, καὶ τοῦτον ἐπεισήγαγέ μοι, φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κυνὰ, καὶ τὸ δῆγμα λαθραῖον, ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἔδακνε. πῶς οὖν οὐ δεινὰ ὕβρισμαι, μηκέτ' ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος δακείμενος, ἀλλὰ κωμῳδῶν καὶ γελωτοποιῶν, καὶ ὑποθέσεις ἀλλοκότους ὑποκεινόμενος

ctis, æqualem & eiusdem conditionis cum multitudine promiscua fecit. Ac tragicam quidem illam atque modestam personam abstulit mihi: comicam verò aliã, atq; satyricam quandam imposuit, ac tantùm non ridiculam. Deinde in eundem locum ad me adducta, conclusit mecum Conuiciũ, Iambum, Cynicam petulantiam: præterea q Eupolin & Aristophanẽ, vehementes videlicet viros ad exagitandũ grauia illa, & ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra sunt. Postremò autem r & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodum latratu facili ac prompto, vt videtur, deinde mordaci atque aspero quoque effosso, hunc quoq; ad me introduxit, terribilem reuera canem, & morsu latenter inuadẽtem, eo nimirum quòd etiã ridendo pariter mordeat. Proinde quomodo non graui contumelia affectus videar, qui neq; familiari ac proprio habitu ampliùs conspicior, & comœdias agendo, ac risus ciendo, argumentaq; aliena tractando, quasi quendam histrionem

illi

νόμῳ σὺ αὐτῷ; τὸ γὰρ πάντων ἀδοκητότατον, ὁρᾶσίν τινα παράλογον καινοτομίαν, καὶ ὅτι ξένος εἰμί, ὅτι ἐπὶ τῶν μετρίων βέβηκα, ἀλλὰ καὶ ὑποκύψας ταύρῳ λίπω, σαυθητόν τι, καὶ ξυνὸν φάσμα τοῖς ἀπέσοι λοκῶ. ΕΡ. τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς, ὦ Σύρε; ΣΥ. ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν ἀγῶνα ἕξειν ἀγωνίζομαι παρ' ὑμῖν. πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἤλπιζε τις Διάλογον, ἢ τοιαῦτα ἐρᾶν περὶ ἐμοῦ, ὃν πάλαι βωμολόχον ἐγὼ σκυθρωπὸν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα, καὶ ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, καὶ ταύτῃ ἀδύσωπον ἔνιοι δοκοῦντα, ὁ πάντῃ δὴ ἀδολὸν, ὅλως τοῖς πολλοῖς ἀνεπαισμύλον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν ἐς ἀνθρώπινον ἦθος τρόπον, μετὰ τοῦ κόσμου καὶ πολιτικῆς, ἀρβυλίδας, καὶ μανδύαν καταναγκάσας, ἁλίσκεσθαι τοῖς ὁρῶσι πρόσκοπον. ἐπὶ πᾶσι δὲ,

illi me gero? Nam quod omnium absurdissimum est, temperatura quadam aliena ac noua mixtus sum, & neque pedestris amplius sum, neque in sublimibus incedo: sed planè Centauri modo compositum quiddam ac peregrinum spectrum auditoribus appareo. MER. Quid igitur ad hæc dices, Syre? SYR. Inexpectatum equidem, viri iudices, certamen hoc apud vos sustineo. Quid uis enim citiùs putâram Dialogum, quàm hæc de me dicturum esse. Quem ego susceptum tetricum adhuc plerisque apparentem, & præcontinuis interrogationibus præfractum ac durum, eóque nomine venerabundum quidem aliquid præ se ferentem, haudquaquam tamen omnino suauem, aut etiam multitudini acceptum, principiò quidem ipsum per terram incedere ad humanum hunc morem assuefeci: posteà autem squalore isto multo abstersо, & ridere ipso coacto, suauiorem ac gratiorem aspicientibus exhibui. Supra omnia

ἀ, τὴν κωμῳδίαν αὐτῶν παρέσχεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο, πολλὴν οἱ μηχανώμενος τὴν εὔνοιαν πρὰ τῶν ἀκουόντων. οἱ τέως τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν αὐτῷ δεδιότες, ὥσπερ τὸν ἐχῖνον, λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐφυλάττοντο. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ὅπερ μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ ἰσχνὰ ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ καθήμενος πρὸς αὐτὸν σμικρολογοῦμαι, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον εἰργάσατο, τῆς ἀμιγοῦς, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης. οὐσίας ἐνέχεεν εἰς τὸν κρατῆρα, ἐν ᾧ πάντα ἐκβάννυτο, καὶ εἰ ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, κολακείας τὸ τέτρτον· χαίρει γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ τοιαῦτα λεπτολογῶν, καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι. καὶ τὸ φρόντισμα ἡδὺ αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονεῖ, ἢν λέγηται, ὡς οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστι συνιδεῖν, ἃ περὶ τῶν ἰδεῶν ὀξυδορκεῖ. ταῦτα δηλαδὴ

omnia autem Comœdiã cum ipso coniunxi, ac per hoc multam illi beneuolentiam apud auditores conciliaui: qui antea spinas in eo istas metuentes, perinde vt Echinum, in manus accipere ipsum fugiebant. Cæterùm noui ego quod maximè ipsum malè habet, nempe quòd non tenuia illa atque exilia sedendo cum eo argutari soleo, sit ne anima immortalis videlicet, & quot heminas Deus quando mundum fabricauit, sinceræ & eodem modo sese habentes substantiæ in craterem illum, in quo vniuersa miscendo temperabat, infuderit: & num Rhetorica politicæ particulæ imago, adulatoriæ pars quarta sit. Delectatur enim nescio quo pacto huiusmodi argutias disputando, perinde vt illi qui ex psora libenter fricantur. Ac cogitatio ista & cura, dulcis ipsi videtur: ac magnificè se effert si dicatur quòd non cuiusuis hominis sit ea intelligere, quæ ipse de ideis subtiliter & acutè speculatur. Huiusmodi videlicet

ἀλλ' οὐ παρ' ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τὰ πέδας ἐκεῖνα ζητᾷ, οὐ ἀφορᾷ πρός, τὰ πρὸς τοῖν ποδοῖν οὐχ ὁρῶν. ἐπεὶ τί γε ἄλλων ἕνεκα ἂν ἄρ, οἶμαι, μέμψαιτό μοι, ὡς θοιμάτιον τοῦ τὸ Ἑλληνικὸν περιεσπάσω αὐτῷ, βαρβαρικὸν μεταλλάξας, οὐ ταῦτα, βαρβαρικὸν αὐτὸς ἂν δοκῶν. ἠδίκουν γὰρ ἄν, τὰ ξιαῦτα εἰς αὐτὸν παρανομῶν, οὐ τὸν πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτῶν. ἀφροσύνημα, ὡς δοκῶ μοι. ὑμεῖς δ' ὁμοίαν τῇ πολλοὶ τῶν ψῆφον ἐνίκατε. Βρ. βαβαὶ, δίκαια ὅλως λέγεις. ὁ δὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πολλὰ, δέκνυσι ὁμοφόρος ὤν, ἀμείνων, τοῦ ἔθος ὄν, οὐ πᾶσι τοῖς τετυφλωμένοις οὕτως φέρει, οὐ μὲ παύσασθ' φθονοῦντες τοῖς ἀεὶ σοῖς. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ, κεῖνον δὲ τὰς λοιπὰς δικάζομεν.

licet à me quoque poscit, & alas illas quærit, ac sursum aspicit: illa interim quæ ante pedes sunt, non videns. Nã cæterorũ certè causa haudquaquam, puto accusauerit me, quòd veste hac Græca detracta, barbaricam ipsi induerim, & hoc, cùm barbarus ipse videar esse. Iniuriam enim feciſſem, si legibus præteritis in ipsum talia commiſiſſem, ac patrio vestitu graſſatorum more spoliaſſem. Respondi, Iudices, quantum posſibile mihi fuit. Vos autem similem priori sententiam quæso ferte. MER. Papæ omnibus decem vincis. Nã ipse ille prior ne nunc quidem eadem cum cæteris sentit. Nimirum cõsuetudo hæc illius est, atque omnibus perforatũ calculum ferre solet, nec facilè deſierit optimis quibuſque inuidere. Sed vos quidem nunc abite bona cum fortuna: in craſtinum autem & de reliquis cognoſcemus.

GILBER.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a HOMERO cæco.] *Thersites in Mortuorum dialogis Homerum vocauit cæcum: id quod negat Lucianus lib. 2 Verarum historiarum. Sunt contrà, qui scribunt, eum adeò pauperem fuisse, vt luminibus ægritudine amissis, non esset illi vnde sumptus puero à quo duceretur, impenderet. Herodotus cum Plutarcho id nominis à cæcitate sortitum fuisse scribunt. ὅμηρον enim cæcum appellãt Cumani. b* Iuncto curru totũ diem.] *In dialogo Mercurij & Solis, è Ioue mandato Mercurius Solem admonet ne tribus continuis diebus currum agat, nec luceat.*

c Lumen exhibens.] *Lunam ait splendere παῖς κωμάζων.*

d Nolo enim dicere.] *Alludit ad ea quæ de Cræso scribit Herodotus lib. 1. e* Aut somnum ad omnes volantem.] *Qualis Deus sit Somnus & Somnium vide 2. Iliad. vbi volatilis singitur, quod Virgil. in Aeneid. sæpe imitatus. Et lib. 6. vbi Aeneas apud inferos complecti voluit patrem Anchisen, de somnio sic meminit:*

Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno:

Item lib. 5. cùm narrat quomodo Palinurus deceptus à somno, è prora in mare decideri t, somnusq; recesserit:

Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.

De ratione somniorum vide Luciani Somnium siue Gallũ. Homerus in Odyss. 19. fingit duas esse portas somniorum, per quas exeuntia efferunt se hominibus. Alteram eburneam, cuius somnia vana & ἄσημα sunt: alteram verò corneam, cuius somnia vera esse dicuntur. Id Virgilius lib. 6. Aeneid. imitatus est. Vide de eo primum librum Macrobij in Scipionis somnium, cap. 3. vbi ex Porphyrio de poëtis Somnij disputat. Extant quorundam commentarij cùm Græci, tum Latini de Somnijs. f Tu verò filia.] *Phurnutus, Iouem Iustitiæ patrem creditum ait, ea ratione, quòd sit princeps & imperator vniuersorum, quodque quæcunq; reges facerent, vt iusta & æqua putarentur. Eadem ratione Anaxarchus Sophista apud Arrianum in quarto Histo. antiquos ait Ioui assistentem iustitiam fecisse, quam interpretationem Arrianus non satis probat. g* Assidens iuxta deas.] *Apocration scribit, Athenienses*

vocare

vocare Erinnyes, συμνὰς θεὰς, quasi dicas deas castas & incorruptas. Paus. in Corinth. ait, Semnas à Sicyonijs, Eumedici ab Atticis. In Attica tamen etiam: Iuxta Dearum, inquit, templum, quas σεμνὰς vocant. Sophocles de his multa, præcipuè in fabula Oedipi Epicolono. Has vocat Hesiodus in Theogonia, Erinnyes. Semnis deis oues prægnantes immolabant, & melicratum. Philemon poëta Comicus diuersas Eumenidas & Semnas fecit in fabulis. h Filius ille Sophronisci.] *Socratem Sophronisci lapicidæ fabri & Phænaretæ obstetricis filium, Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum, reum postulârunt Anytus & Melitus, quòd corrumperet iuuentutem, deos contemneret, nouas superstitiones introduceret, Athenienses veneno sustulerunt. Melitum damnatum capitis, Anytum & cæteros accusatores in exilium actos, ex Laërtio, Platone & Themistio, in sermone εἰς τὴν αὐτοῦ πατέρα, scimus Socrati æream statuam, quæ in Pompeo poneretur, à Lysippo factam, esse decretam, ciuitatem lustratam, palæstras & gymnasia, velut in publico ciuitatis luctu, clausa, &c. Occidistis, occidistis sapientissimam & innocentissimam lusciniam Musarum. Vide ea quæ annotauimus in Parasito, ex Aeschine, & Fugitiuis & Ioue confutato.* i Ne gallo quidem Aésculapio.] *Cum dracone etiam gallum attributum legimus propter vigilantiam, de quo ipsi res sacra fiebat. quin & Socrates apud Platonem moriturus, sumpto veneno, cùm puer illi detexisset, quòd illi iam frigerent præcordia: Debemus, inquit, ô Crito. hoc summis viribus egerat, vt Socrates vitæ suæ consuleret. adeò inerat illi viro natiua quædam vis vrbanitatis, vt moriens etiam iocaretur. Nam hanc ferunt illi fuisse supremam vocem.* k Qui quum solum attigerint foris lebetem.] *ψαῦσαι λέβητος, non multùm abest, quod dixit Cornel. Tacitus in Dial. cùm ait: In cortina esse. Id contrarium est, quod Græci δεῦσοποιὸν vocant. Quæ enim in cortina siue lebete sunt, nondum penitùs imbiberunt fucum. At herculè, inquit, peruulgatis iam omnibus cùm vix in cortina quisquam assistat, qui elementis studiorum, etsi non instructus, vt certè imbutus sit.* l Annón nosti Pana.] *De Pane in Icaromenippo & in epigrãmate eiusdem Luciani de Echo & Pane dictum est. In deorũ cõcilio dicitur caprarius*

vius homo. *Solitudine delectatur, & maximè loca maritima colit, ideoque ἀλίπλαγκτος & à Græcis appellatur, & Echonẽ amare existimatur. Mare autem πολύηχον est: i. vocale & clamosum.* m Pelasgicum.] *Locus in arce Athenienſi fuit hoc nomine, cuius & Ariſtophanes meminit.* n Quo Echo.] *Iactat hic Pan amorem ſuum, cùm erga alias Nymphas, tum præcipuè erga Echo: & conuenit hoc. cùm enim in ſcopulis & ſyluis degat, non habet cui loquatur, cui accinat, aut ἐπικωμάζοι, præter ſolam Echo. Nemo enim alius audit, aut illi reſpondere poteſt. Ouid. lib. 13. Metam. de Echo.*

Inde latè ſyluis nulloque in monte videtur,
Omnibus auditur, ſonus eſt qui viuit in illa.

o Pyrrhonem proclama.] *Hic ex pictore philoſophus, huius meminit Laërt. libr. 1 & lib. 9. autor Scepticorum ſectæ, qui ſemper aſſenſum retinebant, ſemper ſe dubitare præ ſe ferentes. De quibus idem Lucianus in Vitarum auctione ſub finem. Extant Sexti philoſophi Pyrrhoniarum hypotypoſeõn libri tres Græcè & Latinè, quibus in tres philoſophiæ partes ſeuerißimè inquiritur. Lucianus noſter in Icaromenippo & in vitarum auctione.* p Scriptorem proſe.] *Intellige Lucianum Rhetorem ex Samota Syriæ ciuitate natum. Syria autem maioris Aſiæ regio eſt, iuxta Iudæam, quæ hodie Syria vocatur, de qua Strabo libr. 16. Plin. libr. 5 cap. 12. & 22. Pomp. Mela lib. 1. capite 11. Volaterr. lib. 11. cap. 1. qui varia & diuerſa nomina recitat, & tandem doctiſsimè ſuo ordine deſcribit.* q Eupolin.] *Eupolis Athenienſis priſcæ comœdiæ ſcriptor, claruit Apollodoro principe Athenis, Olympiade 86. & fuit vitiorum hominum acerbiſsimus impugnator. habuit canem Moloſſum genere, qui in Ephialtem ſeruum, qui Eupolidis fabulas ſurripuerat, acerrimo impetu mordicusque comprehenſum interfecit.*

r Et Menippo.] *Menippus Cynicus fuit philoſophus dicax & feſtiuus, cuius Laërt. meminit in Philoſophorũ vitis, quemq; ſubinde pro ſuo decoro dialogis aliquot loquentem introducit noſter Lucianus, & ab eo Satyram Menippeam cognominauit Varro, quam Gellius lib. 1. cap. 17. citat.*

ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙ. ΜΑΓΝΗΤΟΣ. RHETORVM præceptor.

Bilibaldo Birckeimero interprete.

ARGVMENTVM.

INsectatur hoc scripto Lucianus corruptam, suorum temporum eloquentiam, & affectatum dicendi genus eorum, qui se maximè facundos esse, atque egregiè perorare existimant, cùm verba quædam ex vltima vetustate repetita, & vix ipsi Euandri matri intellecta, orationi passim admiscent, aut verius infarciunt: quales fuerunt nostra ætate non pauci, cùm apud Germanos alicubi, tum præcipuè apud Italos, quibus maximè ea cura fuit ita loqui, vt à nemine intelligerentur. In quorum gratiam & superioribus annis dialogus ille, qui Volscorum & Oscorum titulo ferebatur, editus apparet. Cæterùm ipsa oratio didascalica est. Duas enim vias ad eloquentiam consequendam adolescenti, à quo (vt fingitur) ad id impulsus fuerat, præscribit: priorem quidem asperam ac duram, & vix longo tempore peragendam, cæterùm veram ac rectam, quam non modò ad eloquentiam, verùm ad omnem virtutem parandam ingredi opus est ei, qui volet vel mediocrem laudem assequi. Alteram autem planam & expeditam, sed quæ ad improbitatem & petulantiam, non virtutem, perducat: quam ipse ironica quadam epitrope commendat, ac adolescenti obeundam proponit, scilicet ad temporum suorum morem alludens: quibus vt quisque indoctissimus & impudentissimus erat, ita pro præcipuo ac summo habebatur. Vtrique autem viæ doctorem quendam addit: alterum videlicet, ea quæ recta sunt, & ad ipsam rem pertinent, monentem: alterum autem quæ ad arrogantiam, improbitatem & temeritatē spectant, verius q; rabulam ac sycophantam aliquem, quàm oratorem efficiunt, docentem: qui primò quidem, quæ de se ipso afferre conueniat discipulum, præcipit: deinde qui-

de quibus maximè studere publicè, primum in affectandis verbis, & componenda oratione, deinde inter agendum, & in foro, & in frequentia hominum: post hæc priuatim quoq;, & domi inter suos idem debeat, docet. Quæ omnia eiusmodi sunt, vt mores ac vitia illorum temporum planè referant, quemadmodum cùm ex aliis plerisque, tum ex Quintiliano multis in locis idem animaduertere licet, qui ipse quoque huiusmodi affectatores & arrogantes non semel perstringit. Exemplum autem talis oratoris, qualem hic describit, suprà in Lexiphane expressum habes, & hodie in multis coràm & ob oculos videre licet.



Ρεῖας, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ἐμαυτὸν γένοιο, ἢ τὸ σεμνότατον τουτὶ καὶ πανδημονὶ ὄνομα σοφιστὴς αὐτὸς ἐν δόξῃς. ἀβίωτα γὰρ ἔναι σοι φῂς, εἰ μὴ τοιαύτην τινὰ πλὴν δεινότητα περιβάλοιο ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἅπασιν ἐπ' ἐμοὶ ἀνυπόστατον, καὶ θαυμαζόμενα πᾶς ἀπάντων, καὶ ἀπροσκόπτως, καὶ πειστέα σου ἅπασι δοκοῦντα· καὶ δὴ τὰς ἐπὶ τοῦτο ἀγούσας ὁδοὺς, ἅττινες ποτ' εἰσὶν, ἰδίας ἐπιθυμεῖς. ἀπὸ οὐδὲν ῥᾴονος, ὦ παῖ, καὶ μάλιστα, ὁπόστην τινὰ αὐτὸς ὦν, ὁρᾷς σεμνόν τε ἀεί σων, καὶ ἃ δὴ ὄθῳ ἄν



Ciscitaris, ô adolescẽs, quòn̄ a paclo rhetor euadere, et vetustissimum illud, ac oppidò quàm honorificum nomen Sophista ipse esse censẽri possis. Tibi enim viuendũ esse negas, ni talem in dicendo vim quandam assequaris, vt b inexpugnabilis ac intolerabilis existat, omnesq; in admirationem & venerationem rapiat, ac Græcis res celeberrimæ famæ esse videatur. Ideò vias illuc perducentes, quæ nam tandem sint, addiscere cupis. Atque nulla inuidia, fili mi: præcipuè cùm quispiam adolescens adhuc existens, optima desiderat, ignarus tamen

ἂν ταῦτα ἐκπορίσαιτο, ἱερόν τι χρῆμα, τὴν συμβουλὴν οὖσαν, καθάπερ νῦν σὺ, τοῦτο αἰτοίη προσελθών. ὥστε ἄκουε τόγε ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάνυ θαῤῥῶν, ὡς μάλιστα δεινὸς ἀνὴρ ἔσῃ γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ, ἢν τὸ μετὰ τοῦτο ἐθελήσῃς αὐτὸς ἐμμένειν, οἷς ἂν ἀκούσῃς παρ' ἡμῶν, καὶ φιλοπόνως αὐτὰ μελετᾷν, καὶ προθύμως ἀνύειν τὴν ὁδὸν, ἔστ' ἂν ἀφίκῃ πρὸς τὸ τέρμα. τὸ μὲν οὖν θήραμα οὐ σμικρὸν, οὐδὲ ὀλίγης τῆς σπουδῆς δεόμενον, ἀλλὰ ἐφ' ὅτῳ καὶ πονῆσαι πολλὰ, καὶ ἀγρυπνῆσαι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι ἄξιον. σκόπει γοῦν, ὁπόσοι τέως μηδὲν ὄντες, ἔνδοξοι καὶ πλούσιοι, καὶ νὴ Δί' εὐγενέστατοι ἔδοξαν ἀπὸ τῶν λόγων, ὅμως δὲ μὴ δέδιθι, μηδὲ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐλπιζομένων ἀποδυσπετήσῃς, μυρίους τινὰς τοὺς πόνους προπονήσειν οἰηθείς. οὐ γάρ σε τραχεῖάν τινα, οὐδὲ ὄρθιον,

vnde hæc hauriat, sitq; res sacra quædam consiliũ, quemadmodum tu iam accedens, hoc expostulet. Igitur ex me audi, & admodùm confide, quòd in perquàm eloquentem euadas virum, ita vt ea quæ deceant, & cognoscere & explicare possis, si tute interim memor esse illorum, quæ à nobis audieris, assiduóque labore exercere, & alacriter viam capessere volueris. Ita enim ad optatum peruenies terminum. Cæterùm huius rei adeptio minimè est exigua, neque mediocri indiget studio, sed pro qua multos labores multasq; vigilias subire, ac quicquid euenerit, sustinere decet. Considera igitur quotnam hucusque, cùm nullius essent momenti, ob sermonem clari & opulenti, ac per Iouem nobilissimi quoque apparuêre. Atqui ne timeas, neque ob speratorum magnitudinem desperes, infinitos quosdam labores subeundos existimans. Siquidem minimè per asperam quandam aut arduam

ὄρθιον, καὶ ἱδρῶτα μεταλὺ ὑμᾶς γε ἄξομεν, ὡς μίσους αὐτῆς ἀναστρέψαι καμόντα, ἐπὰ ἀδείαν ἀφ' ἡμῶν τῶν ἄλλων, ὅσοι πλὴν σωμάτων ἐκείνων ἠγοιῶται, μακρὰν καὶ ἀνάντη, καὶ καματηράν, καὶ ὡς τὸ σολὺ ἀπηνοσμένην· ἀλλὰ τόγε παρ' ὑμῶν ἐξαίρετον τῆς συμβολῆς, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡδίστην τε ἅμα καὶ ἐπιτομωτάτην, καὶ ἐπιτηδειοτάτην καὶ κατάντη, σὺν πολλῇ τῇ θυμηδίᾳ καὶ τρυφῇ, διὰ λειμώνων ἀνθῶν, καὶ σκιᾶς ἀκεβῆς σχολῇ, καὶ βάδην ἀνιὼν, ἀνιδρωτὶ ἐπισύσῃ τῇ ἄκρᾳ, καὶ ἀγρώσεις οὐ καμών. καὶ νὴ Δί' ὀνωχήσῃ, κατακείμενον ὑπνους, ὁπόσοι πλὴν ἑτέραν ἐφάπτονται, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπισκοπῶν ἐν τῇ πορείᾳ τῆς ἀνόδου, ἔτι κατὰ δυσβάτων καὶ ὀλισθηρῶν τῶν λειμνῶν πόλις ἀνίπτοντας, ἀπροσκοπτοντας ἐπὶ λειφανὶῷ ἐνίοτε, καὶ πολλὰ πράγματα λαμβάνοντας περὶ πραγέως τῆς πέτρας. σὺ δὲ τε πολλοῦ ἄνω ἱστράγωμεν, ἀναλαμόνι-

arduam sudoríue plenam nos perducemus, vt ex ipsa media lassus regredi cogaris, quandoquidem nil ab aliis differimus, qui per consuetam illam deducunt, longam, inuiam, laboriosam, & vt plurimùm desperatam: sed consilij nostri præcipuum hoc est, vt per iucundissimam pariter ac compendiosissimam facilémque & acclíuem viam, cum multa animi voluptate delicijsq; inter florida prata vmbrásque amœnas deambulans, otio ac gressu placido absque sudore in summo consistas vertice, illinc q; citra laborem venari, & per Iouem discumbens quoque conuiuari possis, ac illos qui per aliam incedunt viam, in ascensus cliuo ab edito despicias: quin per confragosa & lubrica præcipitia vix surrepentes, ac nonnunquam in capita deuolutos, multaq; vulnera cautium asperitate accipiétes. Tu verò pridem antea in summo co-

δαιμονέστατος ἔσῃ, ἅπαντα ἐν βραχεῖ, ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ, παρὰ τῆς ῥητορικῆς, μονονουχὶ καθεύδων λαβών. ἡ μὲν δὴ ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη, ἀλλὰ πρὸς φιλίου Διὸς μὴ ἀπιστήσῃς, εἰ ῥᾷστά τε ἅμα καὶ ἥδιστά σοι ταῦτα ἐπιδείξειν φαμέν. εἰ γὰρ Ησίοδος μὲν, ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ελικῶνος λαβὼν, αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη, καὶ ἤδε θεῶν καὶ ἡρώων γένη, κατόχος ἐκ Μουσῶν γενόμενος· ῥήτορα δὲ, ὃ πολὺ ἔνερθε τῆς ποιητικῆς μεγαληγορίας ἐστὶν, ἐν βραχεῖ κατασταῦσαι ἀδύνατον, εἴ τις ἐκμάθοι τὴν ταχίστην ὁδὸν, ὡς ἔγωγε καὶ διηγήσασθαί σοι βούλομαι Σιδωνίου τινὸς ἐμπόρου ἐπίνοιαν, δι' ἀπιστίαν ἀτελῆ γενομένην, καὶ τῶν ἀκούσαντι ἀνόνητον. ἦρχε μὲν γὰρ ἤδη Αλέξανδρος Περσῶν, μετὰ τὴν ἐν Αρβήλοις μάχην, Δαρεῖον καθηρηκώς· ἔδει δὲ πανταχόσε τῆς ἀρχῆς διαθεῖν τοὺς γραμ-

ronatus, felicissimus eris, breui vniuersa quotquot in Rhetorica sunt bona, tantùm non dormiendo accipiens. Atqui promissio hæc admodum magna est, verùm per hospitalem Iouem ne diffidas, si facilè pariter & iucundissimè tibi hæc ostendi posse asserimus. Etenim si Hesiodus cùm pauca ex Helicone folia sumpsisset, confestim poëta egregius ex pastore euasit, atque Musarum numine afflatus, deorum & heroum genus decantauit: cur rhetorem, qui multò infra poëtices est magniloquentiam, in breui creare impossibile erit, si quis compendiosissimam didicerit viam? quemadmodum & ego tibi enarrare volo Sidonij cuiusdam mercatoris consilium, quod ob incredulitatem imperfectum remansit, ac audienti inutile. Imperabat iam Alexander Persis, postquam Darium in Arbelis pugna deuicerat, ac oportebat vndique per imperium nuncios emittere,

γραμματοφόρους, τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Αλεξάνδρου κομίζοντας. ἐκ Περσῶν δὲ πολλὴ ἐς Αἴγυπτον ἐγίγνετο ἡ ὁδός· ἐμπεριϊέναι γὰρ ἔδει τὰ ὄρη, εἶτα δὲ τῆς Βαβυλωνίας εἰς τὴν Αραβίαν ἐλθεῖν, εἶτα ἐρήμην πολλὴν ἐλάσαντας, ἀφικέσθαι ποτὲ μόλις ἐς Αἴγυπτον, εἴκοσι μηκίστους ἀνδρὶ εὐζώνῳ σταθμοὺς τούτους διανύσαντα. ἤχθετο οὖν Αλέξανδρος ἐπὶ τούτῳ, διότι Αἰγυπτίους τι παρακινεῖν ἀκούων, οὐκ εἶχε διαταχέων ἐκπέμπειν τοῖς σατράπαις τὰ δοκοῦντα οἱ περὶ αὐτῶν. τότε δὴ ὁ Σιδώνιος ἔμπορος· ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ὑπισχνοῦμαι δείξειν ὁδὸν οὐ πολλὴν ἐκ Περσῶν εἰς Αἴγυπτον. εἰ γὰρ τις ὑπερβαίη τὰ ὄρη ταῦτα, ὑπερβαίη δ' ἂν τριταῖος, αὐτίκα μάλα ἐν Αἰγύπτῳ οὗτός ἐστι. καὶ εἶχεν οὕτω· πλὴν ὅγε Αλέξανδρος οὐκ ἐπίστευσεν, ἀλλὰ γόητα εἶναι τὸν ἔμπορον ᾤετο. οὕτω τὸ παράδοξον τῆς ὑποσχέσεως εἴπιστον ἐδόκει τοῖς πολλοῖς.

emittere, qui Alexandri ferrent edicta. Erat verò ex Persis longissima in Aegyptum via. siquidem montana circumire oportebat: hinc Arabiam per Babyloniam intrare, inde longis emensis desertis, vix tandem in Aegyptum perueniebatur statiuis viginti prolixis viro expedito. Ferebat id ægrè Alexander, quoniam Aegyptios nonnihil tumultuari audiebat, nec habebat quo pacto quæ sibi agenda viderentur, Satrapis annunciare posset. Tum mercator Sidonius: Ego, rex, inquit, viam haud longam ex Persis in Aegyptum me tibi ostensurum polliceor. etenim si quis montana hæc superabit (transgredietur autem triduo) confestim in Aegypto erit. Et sic se res habebat: verùm Alexander non credidit, sed deceptorem esse mercatorem existimabat. Ita quamplurimis promissiones admirãdæ incredibiles videntur.

ἀλλὰ μὴ σύ γε πάθης τὸ αὐτό· εἴσῃ γὰρ πειρώμενος. ὡς οὐδέν σε κωλύσει ῥήτορα δοκεῖν μιᾶς, οὐδ' ὅλης ἡμέρας, ὑπερπεταθεύτα τὸ ὄρος ἐκ Περσῶν ἐς Αἴγυπτον. ἐθέλω δέ σοι πρῶτον, ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα γραψαίμενος τῷ λόγῳ, ἑκατέραν ἐπιδεῖξαι τὴν ὁδόν. δύο γάρ ἐστον; αἳ πῶς τὴν ῥητορικὴν ἄγετον ἧς ἐρᾷν οὐ μετρίως μοι δοκεῖς, καὶ δῆτα ἡ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω, πάνυ καλὴ καὶ εὐπρόσωπος, τὸ τῆς Αμαλθείας κέρας ἔχουσα ἐν τῇ δεξιᾷ, παντοίοις καρποῖς ὑπερβρύον· ἐν θατέρᾳ δέ μοι δόκει τὸν πλοῦτον παρεστῶτα ὁρᾷν χρυσοῦν ὅλον ὄντα, καὶ ἐπέραστον· καὶ ἡ δόξα δὲ καὶ ἡ ἰσχὺς παρέστωσαν, καὶ οἱ ἔπαινοι περὶ πᾶσαν αὐτὴν, ἔρωσι μικροῖς ἐοικότες, πολλοὶ ἁπανταχόθεν περιπλεκέσθωσαν ἐκπετόμενοι, εἴ που τὸν Νεῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον, αὐτὸν μὲν κείμενον ἐπὶ κρακοδείλου

Sed ne id tibi accidat, caue: etenim experientiâ cognosces, quòd nil prohibebit te Rhetorem censeri vnius, nec totius quidem diei, montem ex Persis in Aegyptum transgressum. Proinde Rhetorices primò imaginem sermone describere, & quemadmodum [c] *Cebes ille, vtranque viam tibi ostendere volo. Etenim duæ sunt, quæ ad Rhetoricam perducunt, quam haud mediocriter mihi amare videris. Illa itaque in eminenti residet solio, admodum formosa, ac aspectu eleganti: in dextrâque* [d] *Amalthéæ retinet cornu, fructibus omnifarijs refertum. Ex altera autem parte adstantes mihi diuitias aspicere videtur, penitùs aureas, ac perquàm amabiles: iuxta quas gloria quoque & vehementia consistunt: ipsam verò laudes permultæ, pusillis Amatoribus similes, ac vndique confertæ circumuolitant, instar Nili, si quandoq; illum depictum vidisti. Crocodilo*

κοδείλου τινὸς ἢ ἱπποποτάμου, οἷον οἱ πολλοὶ γράφουσιν ἐν αὐτῷ, μικρὰ δέ τινα παιδία παρ' αὐτὸν παίζοντα, πήχεις αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι· τοιοῦτοι καὶ περὶ τὴν ῥητορικὴν οἱ ἔπαινοι. πρόσει δὴ σὺ ὁ ἐραστὴς, ἐπιθυμῶν δηλαδὴ ὅτι τάχιστα γενέσθαι ἐπὶ τῆς ἄκρας, ὡς γαμήσειάς τε αὐτὴν ἀνελθὼν, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἔχοις, τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τοὺς ἐπαίνους· νόμῳ γὰρ ἅπαντα γίγνεται τοῦ γεγαμηκότος. εἶτα ἐπειδὰν πλησιάσῃς τῷ ὄρει, τὸ μὲν πρῶτον ἀπογιγνώσκεις τὴν ἄνοδον, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιόν σοι εἶναι δοκεῖ, οἵα ἡ Αορνος ἐφάνη τοῖς Μακεδόσιν, ἀπόξυρον αὐτὴν ἁπανταχόθεν ἰδοῦσιν, ἀτεχνῶς οὐδὲ ὀρνέοις ὑπερπτῆναι ῥᾳδίαν, Διονύσου τινὸς, ἢ Ηρακλέους, εἰ μέλλοι καθαιρεθήσεσθαι, δεομένην. ταῦτά σοι δοκεῖ τὸ πρῶτον. εἶτα μετ' ὀλίγον ὁρᾷς δύο τινὰς ὁδοὺς, μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἀτραπός ἐστι στενὴ, καὶ ἀκανθώδης καὶ τραχεῖα, πολὺ τὸ δίψος ἐμφαίνουσα καὶ ἱδρῶτα· καὶ ἔφθη γὰρ

dilo alicui, vel equo fluuiatili, quales multi sunt in eo, insidentem: paruulos autem puellos, Peches illos Aegyptij vocant, circa ipsum lusitantes: tales & circa rhetoricam laudes. Tu verò amator accedis, desiderans scilicet quamcelerrimè in summum euadere, vt tibi ascendenti nubat, ac omnia ea possideas, diuitias, gloriam, laudes. lege etenim cuncta nubentis fiunt. Inde cùm monti appropinquas, sub initium de ascensu desperabis, resq; tibi similis esse videbitur, quemadmodum e Aornos Macedonibus apparet, vndique aspicientibus prærupta, & vix auibus transuolatu facilis, Dionysio aliquo, aut Hercule, si complanari debeat, indigens. & ita tibi sub initium videbitur. Inde paulò pòst duas quasdam vias cernes, vel potius altera semita est, angusta, spinosa & aspera, multum sitis ac sudoris præ se ferens, quam iam

ἤδη Ἡσίοδος, εὖ μάλα ἐπο-
δείξας αὐτὴν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ
δεήσῃ. ἡ ἑτέρα δὲ, πλατεῖα
καὶ ἀνθηρὰ, καὶ ὄνυδρος τοι-
αύτη, οἵαν μικρῷ πρόσθεν εἶ-
πον, ἵνα μὴ καὶ τὰ αὐτὰ λέ-
γων πολλάκις, ἐπέχω σε ἤδη
ῥήτορα εἶναι δυνάμενον.
πλὴν τόγε τοσοῦτο προσθή-
σειν μοι δοκῶ, ὅτι ἡ μὲν τρα-
χεῖα ἐκείνη καὶ ἀνάντης, οὐ
πολλὰ ἴχνη τῶν ὁδοιπόρων
εἶχεν, εἰ δέ τινα πάνυ πα-
λαιὰ καὶ ἔγωγε κατ' ἐκείνην
ἄθλιος ἀνῆλθον, τοσαῦτα
καμὼν, οὐδὲν δέον. ἡ ἑτέρα
δὲ, ἅτε ὁμαλὴ οὖσα, καὶ ἀγ-
κύλον οὐδὲν ἔχουσα, πόρ-
ρωθέν μοι ἐφάνη, οἷά ἐστιν,
οὐχ ὁδούσαντι αὐτῷ. οὐ γὰρ
ἑώρων νέος ἔτι ὢν τὸ βέλ-
τιον, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖ-
νον ἀληθεύειν ᾤμην, λέγοντα
ἐκ τῶν πόνων φύεσθαι τὰ ἀ-
γαθά· τὸ δ' οὐκ εἶχεν οὕτως.
ἀπονητὶ γοῦν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς
μειζόνων ἀξιουμένους εὐμοι-
ρίᾳ τῆς αἱρέσεως. τῆς τῶν λό-
γων καὶ ὁδῶν. ἐπὶ δ' οὖν εἰς τὴν
ἀρχὴν

antea [f] *Hesiodus perquàm egregiè ostendit, ita vt nihil mei indigeas. Altera verò lata est, florida, ac manantibus aquis irrigua, & penitùs talis, qualem paulò antè dixi, ne eadem sæpiùs repetens, te qui iam Rhetor esse posses, detineam. Tantũ hoc addendum videtur, quòd aspera illa & ardua, non multa viatorum retinet vestigia: & si aliqua, valde vetusta. per illam ego miser ascendi, tantum laborans, cùm haud necesse esset. Altera verò vndiq; plana, ac nil cõfragosi habens, qualisnam sit, à longè tantũ mihi apparuit: non tamen per illam incessi. Haud enim cùm adhuc iuuenis essem, quid optimum foret cernebam, sed poëtam illum vera loqui existimabam, dicentem,* [g] *Ex laboribus germinare bona. Illud verò minimè sic se habebat. multos enim video absque labore maiori dignitate euectos, felici sermonum & viarum electione tantùm. Cùm verò ad ingressum perue-*

ἐρχὴν ἀφικόμενος, εὖ οἶδα ὅτι ἀπορήσεις, καὶ ἤδη ἀπορεῖς, ὁποτέραν καὶ τραπητέον. ὡς οὖν ποιήσας ἤδη, ῥᾷστα ἐπὶ τὸ ἀκρότατον ἀναβήσῃ, καὶ εὐδαιμονήσεις, καὶ γαμήσεις, καὶ θαυμαστὸς πᾶσι δόξεις, ἐγώ σοι φράσω· ἱκανὸν γὰρ, τὸ ἑαυτὸν ἐξαπατηθῆναι, καὶ πονῆσαι, σοὶ δὲ ἄσπορα καὶ ἀνήροτα φυέσθω πάντα, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Κρόνου. εὐθὺς οὖν πρόσεισί σοι καρτερός τις ἀνὴρ, ὑπόσκληρος, ἀνδρώδης τὸ βάδισμα, πολὺν τὸν ἥλιον ἐπὶ τοῦ σώματος δεικνὺς, ἀῤῥηνωπὸς τὸ βλέμμα, ἐγρηγορὼς, τῆς τραχείας ἐκείνης ὁδοῦ ἡγεμὼν, λήρους τινὰς ὁ μάταιος διεξιὼν, πῶς σὲ ἕπεσθαι οἱ παρακελευόμενος, ὑποδεικνὺς τὰ Δημοσθένους ἴχνη καὶ Πλάτωνος, καὶ ἄλλων τινῶν, μεγάλα μὲν, καὶ ὑπὲρ τοὺς νῦν, ἀμαυρὰ δὲ ἤδη, καὶ ἀσαφῆ τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου. καὶ φησὶν εὐδαιμονά σε ἔσεσθαι, καὶ νόμῳ γαμήσειν τὴν ῥητορικὴν, εἰ κατὰ τοῦ-

perueneris, rectè noui te hæsitaturum, quin iam dubitares ad quamnâm sit vertendum. Quid igitur iam tibi faciundum sit vt facilè ad summum ascendas, fortunatus euadas, & nubas, omnibusque admirabilis videaris, ego tibi expediam. Satis enim est me ipsum deceptum esse, & laborasse: h tibi verò circa sementem & arationem, tanquam Saturni seculo, cuncta prouenient. Confestim igitur tibi se obuium feret vir quidam robustus, prædurus, gressu virili, multum solis in corpore ostendens, aspectu masculo, vigilator, asperæ illius viæ dux, nugas quasdam vanas prædicans, vt se sequaris cohortans, Demosthenis, Platonis, & aliorum quorundam vestigia demonstrans, magna quidem, & super præsentia, verùm iam obscura, & vtplurimùm à tempore obliterata. Addet te beatum fore, ac lege Rhetoricam tibi nupturam,

τὰ τούτων ὁδεύσειας, ὥσπερ ῥ ἐπὶ τῶν καλῶν βαίνοντες· εἰ δὲ κἂν μικρόν τι παραβαίνοις, ἢ ἔξω τῆς εὐθείας, ἢ ἐπὶ θάτερα μᾶλλον κλιθείης τῇ βάσει, ἐκπεσεῖσθαί σε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, καὶ ἀδούσης ἐπὶ τὸν γάμον. εἶτά σε μελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἕωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ηγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα καὶ Νησιώτην, ἀπεσφιγμένα καὶ νευρώδη καὶ σκληρὰ, καὶ ἀκριβῶς ἀρτεταμένα ταῖς γραμμαῖς. πόνον δὲ, καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ὑδατοποσίαν, καὶ τὸ ἀλιπαρὲς, ἀναγκαῖα ταῦτα, καὶ ἀπαραίτητα φήσει· ἀδύνατον γὰρ εἶναι, ἄνευ τούτων διανῦσαι τὴν ὁδόν. ὃ δὲ πάντων ἀνιαρότατον, ὅτι σοι καὶ τὸν χρόνον πάμπολυν ὑπογράψει τῆς ὁδοιπορίας, ἔτη πολλὰ, οὐ κατὰ ἡμέρας, οὐ κατὰ τριακάδας, ἀλλὰ κατὰ Ολυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν,

nupturam, si per illa incesseris, veluti eos qui ad bona pergunt. at si parumper transgrediaris, vel extra rectum tramitem, aut incessu aliquorsum magis declines, te à vera via & ad nuptias deducente aberraturum. Inde te priscos illos viros imitari iubebit, inutilia sermonum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustæ sunt constructionis Hegesij, & quæ circa Cratetem, Nesiotem quoque, seuera, neruosa & dura, diligenterq; à literis amputanda. Laborem autem, vigilias, & puræ aquæ vsum, squalorem quoq;, hæc cuncta necessaria & ineuitabilia dicet. Etenim impossibile esse absque illis viam perficere. Et quod omnium molestissimum, perlongum tempus ad perficiendum iter tibi præscribit, annos multos, non per dies, neque triennalia, sed per integras numerans Olympiades, ita vt priusquam

audiens

ἀειθμῶν, ὡς προαποκαμεῖν τὸν ἀκούοντα, καὶ ἀπαγορεῦται, πολλὰ χαίρειν φράσαντα τῇ ἐλπιζομένῃ ἐκείνῃ εὐδαιμονίᾳ. πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ μισθὸς ὀλίγους ἀπαιτεῖν τῶν τοιούτων κακῶν, ἀλλὰ οὐκ ἂν ἡγήσαιτό σοι, εἰ μὴ μεγάλα πρότερον λάβοι. ὁ μὲν ταῦτα φήσει, ἀλαζὼν, καὶ ἀρχαῖος ὡς ἀληθῶς, καὶ Κρονικὸς ἄνθρωπος, νεκροὺς εἰς μίμησιν παλαιοὺς προτιθεὶς, καὶ ἀνορύττειν ἀξιῶν λόγους πάλαι κωτορωρυγμένους, ὥς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιοῦ υἱὸν, καὶ ἄλλον Ατρομήτου τινὸς γραμματιστοῦ ζηλοῦν ἀξιῶν· καὶ ταῦτα ἐν εἰρήνῃ, μήτε Φιλίππου ἐπιόντος, μήτε Αλεξάνδρου ἐπιτάττοντος, ὅπου τὰ ἐκείνων τέως ἐδόκει χρήσιμα, οὐκ εἰδὼς ὁποία νῦν κεκαινοτόμηται, ταχεῖα καὶ ἀπράγμων, καὶ ἐς τὸ εὐθὺ τῆς ῥητορικῆς ὁδός. σὺ δὲ μήτε πείθεσθαι, μήτε προσέχειν αὐτῷ, μή σε ἐς τραχηλίσῃ πουπαραλαβὼν, ἢ τὸ τελευταῖον προγηράσαι τοῖς πόνοις

audiens laborem subierit, & defatigatus fuerit, felicitati illi speratæ longum valere dicat. Insuper ob hæc mala haud paruam expetet mercedem: sed neque dux esse incipiet nisi magna priùs acceperit. Et hæc tibi dicet superbus, & verè antiquarius ac Saturnius homo, mortuos, vetustos ad imitationem proponens, sermonesque pridem defossos eruere dignum ducens, ac si maximum esset bonum, gladiorum fabri, & alium Atrometi cuiusdam grammatistæ filium imitari: & hæc in pace, neque Philippo ingruente, neque Alexandro cogente, quo tempore illorum sermones vtiles sunt visi: ignorans quænám sint nunc innouata, celeritas, laboris euitatio, & via ad Rhetoricam perquàm cõpendiosa. Tu verò haud acquiescas, neque illi mentem adhibeas, ne te suscipiens alicubi præcipitet, vel demum priusquam tot labores

νοις παρασκευάσῃ. ἀλλὰ εἰ πάντως ἐρᾷς, καὶ τάχιστα ἐθέλεις τῇ ῥητορικῇ συνεῖναι, ἐκμάζων ἔτι, ὡς καὶ σπουδάζοιο πῶς αὐτοῦς, ἴσθι τῷ μὲν δασεῖ τούτῳ, καὶ πέραν τοῦ μετρίου ἀνδρικῷ μακρὰ χαίρειν, λέγε ἀναβαίνειν αὐτὸν, καὶ ἄλλους, ὁπόσους ἂν ἐξαπατᾷν δύνηται, ἀνάγειν καταλιπὼν ἀσθμαίνοντας, καὶ πολλῷ ἱδρῶτι συνόντας. πῶς δὲ τὴν ἑτέραν ἐλθὼν, εὑρήσεις πολλοὺς καὶ ἄλλους, ἐν τούτοις δὲ καὶ πάνσοφόν τινα, καὶ πάγκαλον ἄνδρα, δασεσαλευμένον τὸ βάδισμα, ἐπικεκλασμένον τὸν αὐχένα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα, μήρων ἀπρηνέοντα, τῷ δακτήλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενον, ὀλίγας μὲν ἔτι, οὔλας δὲ καὶ ὑακινθίνας τὰς τρίχας εὐθετίζοντα, πάναβρόν τινα Σαρδανάπαλον, ἢ Κινύραν, ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα, τὸν τῆς τραγῳδίας ἐπέρασον ἐκεῖνον ποιητήν. λέγω δὲ ὡς

res exhaurias, in senium perducat. Sed si omnino amore flagras, ac celerrimè Rhethoricæ congredi desideras adhuc vigens, ita vt illi diligentem operam impendere possis, aspero huic homini; & vltra mediocritatem virili, longè dic valere: ipsum verò ascendere, & alios quotquot decipere potest, secum ducere permitte, vt tandem anhelantes, & multo sudore perfusos destituat. Ad alteram verò perueniens viam, alios quoque multos inuenies, inter quos perquàm sapientem quendam ac perpulchrum virum, [l] incessu molli, ceruice infracta, vultu effœminato, voce suaui, vnguenta spirantem, ac [k] summo digito caput scalpentem, capillos quidem paucos adhuc, intortos tamen & hyacinthinos componentem, perquàm [l] delicatum Sardanapalum quendam, vel [m] Cinyram, aut [n] Agathonem ipsum, lepidum illum tragœdiæ poëtam. Hæc ideo refero,

ἢ ἐκ τούτων γνωρίσοις αὐτὸν, μηδὲν οὕτω βεβαίωσον μῆμα, καὶ φίλον Ἀφροδίτῃ καὶ Χάρισι βλαπτόθοι. καίτοι φημὶ; κἂν ἐμοὶ μόνῳ γάρ τι προσελθὼν εἴποι τι, τὸ Ὑμήττιον ἐκεῖνο ἀνοίξας στόμα, καὶ τὴν σαυτοῦ φωνὴν ἀφείς, μάθοις ἂν ὡς ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τις ὢν, οἷ ἀρούρης καρπὸν ἔδομεν, ἀλλά τι ξένον φάσμα, βρόσιμον ἀμβροσίᾳ τρεφόμενον. τοῦτο τοίνυν προσελθὼν, καὶ παραδοὺς σαυτὸν αὐτίκα μάλα ῥήτορα ἴσως, καὶ πολιτικὸν, καὶ ὡς ὀνομάζει αὐτὸς, βασιλικὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀρυσὶ διδασκήσει, τὰ τέθριππα ἐλαύνειν τοῦ λόγου· διδάξεται γάρ τι παραλαβὼν τὰ πρῶτα ῥητορικά. μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀπάτω πρὸς σέ· γελοῖον γάρ, ὑπὲρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκειτλὼ ἴσως τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ σωτρίψω που πρὸς τὸν ἅρμα, ὃν ὑποκείσομαι, φαῦλος ἂν τοιγαροῦν πρὸς σὲ, ἢ δὲ

fero, vt ab ijs eum cognoscas signis, ac res tam diuina, Veneriq; & Gratijs amica minime te lateat. Sed cur hæc dico? etenim si ad cæcutientem te accedens, solum quid proloquutus fuerit, Hymettium os illud aperiens, & consuetam vocem tantùm emittens, quamprimùm intelliges eum non ex nobis quempiam, qui terræ fructu pascimur, esse, sed spectrum peregrinum, rore vel ambrosia enutritum. Ad hunc itaq; si accesseris, teq; ipsum tradideris, confestim Rhetor eris egregius ac conspicuus, & vt ipse vocat, rex in sermonibus citra laborem constituêris, orationis moderans quadrigas. etsi enim susceperis te, prima illa docebit: sed potiùs ipse te alloquatur. Siquidem ridiculum, pro tanto rhetore me verba facere, malum forsitan talium tãtorũq; mimũ, ne alicubi cadens, heroa quẽ repræsentare conor, atterã. Te igitur cõpellabit, comam interim

ᾧ δὲ πως ἀσπασάμενος, ὁ-
πόσον ἔτι λοιπὸν τοῦς κόμης,
καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυ-
ρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλὸν, οἷον
εἴωθεν Αὐτοθαίδα τὴν κωμι-
κὴν, ἢ Μαλθάκην, ἢ Γλυκέ-
ραν τινὰ μιμησάμενος τῶν πο-
σηνεῖ τοῦ φθέγματος. ἄγροι-
κον γὰρ τὸ ἀῤῥενωπὸν, καὶ οὐ
πὸς ἁβροῦ καὶ ἐρασμίου ῥήτο-
ρος. φήσει δ' οὖν πάνυ με-
τειάζων ὑπὲρ ἑαυτοῦ· μῶν σε,
ὦ ἀγαθὲ, ὁ Πύθιος ἔπεμψε
πρός με, ῥητόρων τὸν ἄριστον
πεσειπών; ὥσπερ ὅτε Χαι-
ρεφῶν ἤρετο αὐτὸν, ἔδειξεν
αὐτῶν, ὅστις ἦν ὁ σοφώτατος
ἐν τοῖς τότε. εἰ δὲ μὴ τοῦτο,
ἀλλὰ κατὰ κλέος αὐτὸς ἥ-
κεις, ἀκούων ἁπάντων ὑπὲρ
ἐκπεπληγμένων τὰ ἡμέτερα,
καὶ ὑμνούντων, καί τε θηπότων
καὶ ὑποπεπτηχότων. αὐτίκα
μάλα εἴσῃ πὸς οἷόν τινα δαι-
μόνιον ἄνδρα ἥκεις. πεσδο-
κούσεις δὲ μηδὲν τοιοῦτον ὄψεσθαι
οἷον τῶν δὲ ἢ τῶν δὲ παραλαβεῖν,
ἀλλ' εἴ τις ἢ Τιτυὸς ἢ Ὦτος ἢ
Εφιάλτης, ὑπὲρ ἐκείνους πά-
νυ

interim quæ adhuc residuæ est, demulcens, subridensque iucundum illud & tenerum, quemadmodum assueuit, comicam Thaidem, vel Malthacen, aut Glyceram in emittenda voce imitatus. Siquidem rusticana est virilitas, & minimè ad molliciem & blanditias rhetoris apta. Dicet igitur de seipso perquàm modestè loquens: Num, ô præclare, te Pythius ipse ad me misit, rhetorum optimum dijudicans, quemadmodum Chærephonti olim perquirenti ostendit quisnam ex tum viuentibus sapientissimus esset? At si non ideo, sed propter gloriam aduenis, quoniam audieris nostra omnia esse perquàm ornatissima, decantata, stupenda & mirè expolita: confestim intelliges ad quàm diuinum accesseris virum: expectabis autem nihil tale visurum, sicuti hoc vel illud accipere: verùm si quis Tityus, aut Otus, seu Ephialtes, longè super illos tibi

res

ὐν φανῆτά σοι τὸ πρᾶγμα ὑπερφυὲς καὶ τεράστιον· ὡς τοὺς γε ἄλλους ζωοῦτον ὑπερφωνοῦντα εὑρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλητὰς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μηλίδας, καὶ οἱ χοροὶ τοὺς ἐνδιαλύσαντας. ἐπὰ δὲ καὶ ῥήτωρ αὐτὸς ἐθέλεις γενέσθαι, καὶ τοῦτο οὐκ ἂν παρ' ἄλλου ῥᾳδίως μάθοις, ἕπου μόνον ὡς ἐπιστίον μάλιστα, οἷς ἔγωγε ἅπαν, καὶ ζήλου πάντα, καὶ τοὺς νόμους, οἷς ἂν ἐπιτάξω χρῆσθαι, ἀκριβῶς μοι παράφυλαττε. μάθημα δὲ κἄλυ προχόρει, μηδὲν ὀκνήσας, μηδὲ αἰσθηθεὶς, ἃ μὴ προεπιλέσθης ἐκεῖνα τὰ πρώτης ῥητορικῆς, ὁπόσα ἡ ἄσκησις προπαίδεια τοῖς ἀνοήτοις καὶ ματαίοις, μετὰ πολλοῦ καμάτου ὁλοσχερῆ, οὐδὲν γὰρ αὐτῶν δεήσει, ἀλλ' ἀνιπτοποσὶν, ἡ παροιμία φησὶν, ἔμβαινε, οὐ μόνον ἔξων δεῖ τοῦτο, οὐδ' ἂν τὸ κοινότατον, μηδὲ γράφειν τὰ γράμματα ἄλλως. ἄπορον γὰρ τι περὶ πάντα ταῦτα ὁ ῥήτωρ λέξω δὲ πρῶτον μέν, ὁπόσα καὶ αὐτὸν σε οἴκοθεν ἐ-

res videbitur immensa & admiranda: me etenim tantum alios vocalitate excellere inuenies, ὁ quantum tuba fistulas, cicadæ apes, chorique eos qui remisse cantare assuetuerunt. Postquam verò & ipse rhetor euadere cupis, idque haud facilè ab alio addiscere potes; solum ô gloriolæ studium ea quæ dico sequere, ac omnia imitare: leges quoque quibus te uti iubeo, mihi diligenter obserua, quin potius nil cunctatus iam accede: neque admireris si ante rhetoricam prius ea non didiceris, quæ alia præexercitatio multo labore stultis & vanis inculcat hominibus (nullius enim eorum indigebis) sed Pillotis pedibus (inquit paræmia) irrue: nil minus ideo habiturus, neque sit tritissimum illud literas scribere ignoraueris. Etenim tlira hæc omnia aliud quid rhetor est. Primùm igitur referam quódnam te domi digres-

χοντα ἥκειν ἐφόδια πρὸς τὴν πορείαν, καὶ ὅπως ἐπισιτίσασθαι, ὡς ἂν τάχιστα διανύσαι δυνηθείης· ἔπειτα καὶ αὐτὸς, ἃ μὲν πρῴόντι ἐπιδεικνὺς κατὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ καὶ παραινῶν, πρὶν ἥλιον δῦναι, ῥήτορά σε ὑπὲρ τοὺς πάντας, ἀποφανῷ, οἷος αὐτός εἰμι, ἀναμιφιλέκτως τὰ πρῶτα, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα τῶν λέγειν ἐπιχειρούντων ἔχων. κόμιζε τοίνυν τὸ μέγιστον μὲν, τὴν ἀμαθίαν, εἶτα θράσος ἐπὶ τούτοις, καὶ ἄλλως δὲ τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν, αἰδῶ δὲ, ἢ ἐπείκειαν ἢ μετριότητα, ἢ ἐρύθημα οἴκοι ἀπόλιπε· ἀχρεῖα γὰρ, καὶ ὑπεναντία τῶν πράγματι. ἀλλὰ μὴν καὶ βολὴν ὅτι μεγίστην, καὶ μέλος ἀναίσχυντον, καὶ βάδισμα, οἷον τὸ ἐμὸν. ταῦτα δὲ ἀναγκαῖα πάνυ, καὶ μόνα ἐστὶν ὅτε ἱκανά. ἡ ἐσθὴς δὲ ἔστω εὐανθὴς καὶ λευκὴ, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα. καὶ ἡ κρηπὶς Αττικὴ, καὶ γυναικεῖα, τὸ

sum viaticum ad peragendum iter afferre oporteat, qualiterq; commeatum instruere, vt illud perquam celerrimè perficere possis. Inde ego ipse quædam procedenti per viam ostendens, nonnulla verò admonens, ante Solis occasum rhetorem te supra omnes, qualis ipse sum, efficiam, indubitāter prima, media & nouissima eorū, qui declamare conantur, possidēs. Igitur quod maximum est, ignorantiam affer: dein temeritatem, audaciam prætereà, & impudentiam: verecundiam autem, mãsuetudinem, mediocritatem & erubescentiam domi relinque. inutilia enim sunt, & negotio perquàm contraria. Prætereà clamorem validissimum. ac cātum turpem, incessum quoq; qualis meus est. Siquidem hæc valde sunt necessaria, & sola quodammodo sufficiunt. Vestitus aūt sit conspicuus & candidus, opus Tarētini operis, vt corpus transpareat. Crepida verò attica & muliebriter effi-

τὸ πολυσχιδὲς. ἡ ἐμβὰς Σικυωνία, λίνοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα. καὶ ἀπόλουθοι πολλοί, καὶ βιβλίον ἀεί. ταῦτα μὲν αὐτὸν χρὴ συντελεῖν, τὰ δ' ἄλλα, καθ' ὁδὸν ἤδη προϊὼν, ὅρα, καὶ ἄκουε. καὶ γὰρ σοι τοὺς νόμους διέξειμι, οἷς χρώμενόν σε ἡ ῥητορικὴ γνωσεῖ, καὶ προσήσεται, οὐδὲ ἀποσφαγήσεται, καὶ σκοτακιεῖ, καθάπερ ἀτέλεστόν τινα, καὶ κατάσκοπον τῶν ἀπορρήτων, ἀλλὰ σχήματος μὲν τὸ πρῶτον ἐπιμεληθήναι χρὴ μάλιστα, καὶ ἀμύρφου τῆς ἀναβολῆς. ἔπειτα πυκνὰ δεῖ σου, ἃ οὐ πλέω γε τῶν ἕκοσιν, Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξαι πολλὰ, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμεμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας ἔχειν γλώττης τὸ ἄρα καὶ μᾶτα, καὶ μὰν καὶ ἀμηχέπη, καὶ δῶτε, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ καθάπερ τι ἄλυσμα ἐπίπασον αὐτῶν. μελέτω δὲ μηδὲ τῶν ἄλλων, ἐὰν ἀνόμοια τούτοις, καὶ ἀσύμφυλα καὶ ἀσαφῆ.

ἡ πορ-

effigiata. Solea Sicyonia, ligamentis albis decorata. Sectatores verò quamplurimi, libellusq; semper. Hæc te ipsum conferre oportet: at reliqua per viam iam procedens vide & audi. etenim iam tibi leges enarrabo, quibus si vsus fueris, rhetorica te cognoscet, & accedet, mimmequè auertetur, aut quapiam afficiet contumelia tanquam haud initiatum, & arcanorum speculatorem quendam. Proinde formæ ac vestitus decori permaximam curam adhibere oportet. inde quindecim, vel non vltra viginti, & Attica quædam feliciter verba, hæcq; diligenter exercens, in summa lingua prompta habe, vtpote, quippe, nempe, quoniam quidem, igitur, vtique, & heus optime, ac talia: in omniq; sermone illa tanquam condimentum quoddam inspergе. Aliorum nulla tibi sit cura, si his sint dissimilia, inconuenientia & inconcinna.

ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ καὶ ἀνθοῦσα, λῷον σισύρα τῶν παχέων τὸ ἱμάτιον ἢ μιτρὶς δι', ἀπόρρητα καὶ ξένα ῥήματα, καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἀρημένα, καὶ ταῦτα συμφορήσας ἀπτόξευε, προσχαρίζομενος ἐς τοὺς προσομιλοῦντας. οὕτω γάρ σε ὁ λεὼς ὁ πολὺς ἀφθόλεψονται, καὶ θαυμαστὸν ὑπολήψονται καὶ τὴν παιδείαν ὑπὲρ αὐτοὺς, εἰ ἀφελιγίσασθαι μὲν, τὸ ἀφύσασθαι λέγοις, τὸ δὲ ἥλιον θέρεσθαι, ἀλιθέρασθαι, τὸν ἀραβῶνα δι', προτίμιον, τὸν ὄρθρον δι', ἀπροσωφίς. ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸς ποίει καινὰ καὶ ἀπόκοπα ὀνόματα, καὶ ἀνομαζέτω τὸν μὲν ἁρμίδιον σιδηροῦν, ἄνδρα δεινὸν, ὀλκίδιον καλῶν, τὸν σιωπητὸν σοφόν, τὸν ὀρχηστὴν δι', χαρίεσσαν. ἂν σολοικίσας δι', ἢ βαρβαρίσας, ἐν ἔστω φάρμακον, ἢ ἀναισχυντία, καὶ πρόχειρον ἀεὶ ὄνομα οὔτε ὄντος οὔτε γινομένου ποτὲ, ἢ ποιητοῦ ἢ συγγραφέως, ὃς

Tantummodo purpura sit pulchra ac florida, licet pallium ex crassioribus conjunctum sit pellibus. Deinde vbi obsoleta & peregrina, ratoque ab antiquis vsitata collegeris verba, hæc expedite in eos cum quibus conuersaris iacularе. ita enim te populus ille magnus venerabitur, & admirandum suspiciet. Doctrinam igitur quæ eorum exuperat intellectum, experiam, tanquam experitia habitam nominabis. Diluubata nugatoria, pro valde dices antigerio, pro cito toper, pro bestia similem bilutum. Nonnunquam tu quoq; noua effinge, & monstrosa compone nomina. nam poëtam versificem appello, præstantem, venerabilem venerando habilem, certamina agonismata. Cùm verò solœcismum vel barbarismum commiseris, vnum tibi sit remedium impudentia, confestimq; in promptu sit nomen poëtæ

cuiusdam vel scriptoris qui nec est nec fuit vnquam: vt

cùm

ξ ρ οὕτω λέγεις ἱκανὸς ἱκανὸς σοφὸς ἀνὴρ, καὶ πάνυ φορτικῶς τὸ ἀπρόσταλον ἀπωκεισθωμένον. ἀλλὰ καὶ ἀναγίγνωσκε τὰ παλαιὰ μὴ μόνον, μηδὲ ἔτι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης, ἢ ὁ Χαιρώνειος ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων, ἀλλὰ τοὺς τῶν πρὸ ἡμῶν ὀλίγον λόγους, ἃ ἄς φασι τοὺς παλαιοὺς μελέτας, ὡς ἔχεις, ἀπ' ἐκείνων ἐπισιτισάμενος, ἐν καιρῷ καταχρῆσθαι, καθάπερ ἐκ ταμιείου προαιρῶν. ἐπειδὰν δὲ καὶ ἄλλη λέγῃς, καὶ οἱ παρόντες ἐπιδείκνυσι τινὰς ὑποθέσεις, καὶ ἀφορμὰς τῶν λόγων, ἅπαντα μὲν, ὁπόσα ἂν ἢ λυσιτελῇ, λέγεσθαι, καὶ ἐκφαυλίζεσθαι, ὡς οὐδὲν ὅλως ἀνθρώπων αὐτῶν· ἐλομένων δὲ, μὴ μελήσας λέγε, ὅπως ἐπίμικρὸν ῥῆμα γλῶττάν ἔλθῃ, μηδὲν ἐκείνων ἐπιμεληθῇς ἐστὶ πρῶτον, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι πρῶτον, ἱερὸς ἐν παιδὶ πρόσκοπος, καὶ τὸ δεύτερον, μετὰ τοῦτο, καὶ τὸ τέλος, μετὰ ταῦτα. ἀλλὰ τὸ πρῶτον

cùm ita dixeris, vir sapiens esse censearis. Vocem verò data opera altissimè tolle. Proinde vetusta minimè perlegeris, aut neglegas, neque figulus nugator Isocrates, vel gratiarum expers Demosthenes, aut Plato frigidus scripta reliquêre: sed orationes eorum qui paulò ante nos fuêre, & quas hasce exercitationes appellant, vt illis instructus, ac tanquam ex penu depromens, habeas quibus in tempore abuti possis. Postquam verò orandum erit, præsentesque argumenta quædã ac sermonum occasiones subiecerint, vniuersa ea quotquot sunt, cum indignatione dicantur, vilipendanturque, tanquam nil penitus ex his virile existat. De illis verò quæ iute elegeris, caue mediteris, sed quicquid verbi in linguam venerit, effutias. Quin nec hoc tibi curæ sit, vt primum quemadmodum primum est, debito proferas tempore, secundumque idem,

ac tertium post illud: verùm quicquid primum inciderit,

τον ἱππεα ὸν, πρῶτον λεγέσθω· καὶ ἢν οὕτω τύχῃ, περὶ ζώματα μὴ κνημὶς, περὶ τὴν κνήμην δὲ ἡ πόρυς. πάλιν ἄπειγε, καὶ σώφρων, καὶ μὴ σιώπα μόνον. κἂν περὶ ὑβρεσού τινος ἢ μοιχοῦ λέγῃς Ἀθηναίοις, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, καὶ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις λεγέσθω. ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος ὧν ὅπως ἄν τι ἄνευ γένοιτο· καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλεέσθω, καὶ ὁ Ἑλλήσποντος περαιούσθω, καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Περσικῶν βελῶν σκιάσθω, καὶ Ξέρξης φευγέτω, καὶ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω, καὶ τὰ Οθρυάδου γράμματα ἀναγινωσκέσθω, καὶ ἡ Σαλαμὶς, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, καὶ αἱ Πλαταιαὶ, πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνά. καὶ ἐν μίσπασι ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόματα ἐμπολαξέτω, καὶ ἐπανθείτω, καὶ σωρὸς τὸ ἄλλα, καὶ τὸ λίπουθον κἂν μυδαλμοῦ αὐτῶν ᾖ· καλὰ γὰρ δὴ καὶ ἁκῆ λεγόμενα. ἢν δὲ πῆ καὶ ἅσσα λαρὸς ἔνα λοκῇ, primum quoque dicatur: & si ita euenerit, tocrea capiti, tibiæ verò adapietur galea. præterea accelera, & vndique connecte: solummodò ne taceas. Quòd si de contumelioso quodam vel mœcho Athenis verba facies, quæ apud Indos ac Ecbatana gerantur, referas. In omnibus verò sit Marathon & Cynægirus, sine quibus nil fiat: semperque Athos nauigetur, & Helespontus pedibus teratur, & sol à Persarum sagittis obumbretur, & Xerxes fugiat, & Leonides admirationi existat, & Othryadæ literæ legantur, & Salamis, & Artemisium, & Plateæ, multa hæc & inculcata. In omnibus verò pauca illa verba immisceantur, & tanquam flosculi interspergantur, assiduèque in ore sit vtique illud, & quoniam quidem igitur: etiam si illis minimè indigeas. pulchra etenim sunt etiã fortuitò prolata. Proinde & aliquando canendi tempus est videtur, omnia

ἡδονῆ, πάντα ἀδίκως, καὶ μέλη γινέσθω. ἐὰν ποτε ἀρχαίους πράγματα ᾄδικοῦ, τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ὀνομάσας ἐμμελῶς, πλημμελῆ εἶναι οἷον τὴν ἁρμονίαν· τὸ δὲ οἴμοι τῶν ἀκουόντων, πολλάκις, καὶ ὁ μηρὸς πατασσέσθω, καὶ παρύγγιζε, καὶ ἐπιχρέμπτου τοῖς λεγομένοις, καὶ βάδιζε, μεταφέρων τὴν φωνήν. καὶ ἢν μέν σε μὴ ἐπαινῶσιν, ἀγανάκτει, καὶ λοιδόρου αὐτοῖς. ἢν δὲ ὀρθοὶ ἐξάκωσιν, ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἤδη πρὸς τὴν ἔξοδον ἔστω μοι, καὶ θέασθαι ἐλθὼν, καὶ ὅλως, τυραννὶς τὸ πρᾶγμα ἔσω. ὅπως δὲ καὶ τὸ πλῆθος θαυμάζωσι τῶν λόγων, ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀρξάμενος, ἢ καὶ νὴ Δία, ἀπὸ τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας γάμων, ἢν δοκῇ, καταβίβαζε τὸν λόγον ἐπὶ τὰ νῦν καθεστῶτα. οἱ μὲν γὰρ συνιέντες, ὀλίγοι, οἱ μάλιστα μὲν σιωπήσονται διὰ εὐνομοσύνην· ἢν δὲ καὶ λέγωσί τι, προφθόνου αὐτὸ δόξει φανῆναι. οἱ πολλοὶ δὲ τῷ σχήματι καὶ φωνῇ, καὶ βαδίσματι, καὶ τῷ ἐπιπηδᾶν τοῖς λεγομένοις, καὶ τῷ ἐπιμελῶς ἐσθῆτα ἔχειν, καὶ τῷ ἐπιτρίβειν τὸν ἀγῶνα, καὶ τῷ ἐπιδείκνυσθαι τὸν ἀγωνιστὴν, καὶ τῷ ἐπιτρέχειν τοῖς ἀγωνιζομένοις, καὶ τῷ ἐπιβοᾶ

καὶ περίπατον, καὶ μέλος, καὶ κρηπῖδα, καὶ τὸ ἄλλα σε ἐκεῖνο θαυμάσονται, καὶ τὸν ἱδρῶτα ὁρῶντες καὶ τὸ ἄθυμα, οὐκ ἔξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ πάνυ λαμπρόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. ἄλλως τε καὶ τὸ ταχὺ τοῦτο, οὐ σμικρὰν ἔχει τὴν ἀφέλειαν, καὶ θαῦμα παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὥστε ὅρα μή ποτε γράψῃς, ἢ σκιψάμενος παρέλθῃς· ἔλεγχος γὰρ σαφὴς ταῦτα. οἱ φίλοι δὲ σπλάτοσαν ἀεί, καὶ μισθὸν τῶν λεπτῶν ἀπαιτήσουσιν, ἔ ποτε ἀλαθεύσῃ σε παπαπεσόμενον χάρα ὁρίσονται, καὶ παρίντες τοῦ εὑρεῖν τὸ λεχθησόμενον ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν ἐπαίνων σφαλείμασι. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε μιλίτω σοι, ἢ χορὸν ἔχειν οἰκεῖον καὶ συνάδοντα. ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν τοῖς λόγοις· μετὰ ταῦτα δέ, προοίσεται σε θορυφορήσασαν, ἐγκαλυμμένον αὐτῇ, καὶ περὶ ὧν ἔφης, μεταξὺ σφαλαμβάνοντα. καὶ εἴ τις ἐντύχοι, θαυμάσια ὑπὲρ σαυτοῦ

ambulationem, & cantum, & crepidas, & vtique illud tuum admirabitur. Præterea sudantem te & anhelantem cernens, nil prohibebit quin te perquàm eptum quendam in sermonibus certatorem esse credat. Proinde celeritas illa haud paruã defensionem habet, admirationemq; apud multos: ideo caue, ne aliquando scribas vel meditatus procedas. Siquidem id manifestæ est redargutionis. Amici verò semper applaudãt, ac cœnarum precium exoluant, siquando te à memoria excidisse intelligant, manus porrigentes, & inter laudes tuas spatium præbentes, vt rursus inuenire possis quod dicendum erat. Siquidem hoc tibi præcipuè curæ sit, A vt chorum habeas domesticum, tibiq; concinentem. Et hæc tibi in sermonibus obseruãda erunt: deinverò vbi processeris, ille te stipans, satellitum vices expleat, de quibus dicis, interim conferat. Quòd siquis obuiam factus fuerit, admiranda

φωνῶν πίγκι, καὶ ὑπερπαίρθι, καὶ ἐπαχθὴς γίγνου ἀκροωμένοις. τί γὰρ ὁ Παιανιεὺς πρὸς ἐμὲ, καὶ πῶς ἐναίσιμος μοι τῶν παλαιῶν ὁ ἀγὼν; καὶ τὰ τοιαῦτα. ὃ δὲ μέγιστον, καὶ πρὸς τὸ εὐδοκιμῶν ἀναγκαιότατον ὀλίγου δεῖν παρέλιπον, ἁπάντων καταγέλαστα τῶν λεγόντων καὶ ἧττον μέτριος ἁλῶναι ἕτερος, ἀλλόφρια, καὶ ὐκ ἑαυτοῦ λεκτέα δοκάτω. ἢν δ' μετρίως ἐνέχθῃ. πάντα ἔσται ἐπιτήδεια. καὶ ἐν τοῖς ἀκροάσεσι μετὰ πάντας ἀσίκαιρα, ἐπίσημον γάρ· καὶ σιωπησάντων ἁπάντων, ξένον τινὰ ἔπαινον ἐπιπεῖν, τὰς ἀκοὰς τῶν παρόντων ἐπισρέφοντα καὶ ἐνοχλοῦντα, ὡς ναυτίᾳν ἅπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ τῶν ὀνομάτων, καὶ ἐπιφράττεσθαι τὰ ὦτα. ἐπισκέπτεσθαι δὲ μὴ πολλάκις πλὴν ἀπραγμονεῖν γάρ· μηδ' ἀναγκάζειν, πλὴν ἄπαξ, ἢ δὶς τὸ πλεῖσον. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὰ πολλὰ,

randa de te ipso referas, ac summis te laudibus extollas, grauemq; te illi ostendas. quid enim Β Pæanensis in mei est comparationem? & vinam mihi cum veteri quopiam certamen foret? & alia huiusmodi. Proinde, quod maximum est, & ad existimationem perquàm necessarium, paulò minùs prætermiseram. omnia quæ dicuntur, irride: & si quispiam benè loquutus fuerit, aliena & non sua ostentare videatur. Quòd si vel mediocriter contràniti voluerit, omnia carpantur. Præterea in auditoria post cunctos ingredi oportet: id enim insigne est. omnibusque tacentibus, peregrinam quãdam laudem, præsentium auditum auertentem & interturbantem, inchoare: adeò vt omnes tantorum nominum onere nauseent, ac aures obstruant. Interim manum haud frequenter

moueas: nam id facilu facile. neque præterquam semel, vel vt plurimùm bis assargas. Subsanna autem quàm

πολλὰ καὶ δῆλος γίγνου μὴ ἀρεσκόμενος τοῖς λεγομένοις. ἀμφιλαφεῖς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμψεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα, τὰ δὲ ἄλλα χρὴ θαῤῥεῖν. ἡ τόλμα γὰρ καὶ ἡ ἀναισχυντία, καὶ τὸ ψεῦσμα πρόχειρον, καὶ ὅρκος ἐπ' ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσι, καὶ φθόνος πρὸς ἅπαντας, καὶ μῖσος καὶ βλασφημία, καὶ διαβολαὶ πιθαναί· ταῦτά σε ἀοίδιμον ἐν βραχεῖ καὶ περίβλεπτον ἀποφανεῖ. τοιαῦτα μὲν τὰ φανερὰ, καὶ τὰ ἔξω· ἰδία δὲ πάντα πράγματα ποιεῖν σοι δεδόχθω, κυβεύειν, μελύσκεσθαι, λαγνεύειν, μοιχεύειν, αὐχεῖν τε, κἂν μὴ ποιήσῃς, καὶ πρὸς ἅπαντας λέγειν, καὶ γραμμάτια ἑποδεικνῦναι ἑπὸ γυναικῶν δῆθεν γραφέντα· καλὸς γὰρ εἶναι θέλε, καί σοι μελέτω, ἑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι δοκεῖν. ἐς τὴν ῥητορικὴν γὰρ καὶ τοῦτο ἀνοίσουσιν οἱ πολλοί. ὡς διὰ τοῦτό σου καὶ ἄχρι τῆς γυναι-

plurima, & palàm ostende minùs tibi placere quæ dicuntur. Abundè autem reprehensionum occasiones C Sycophanticis aures suppeditabunt. at in reliquis considere oportet. etenim audacia, & impudentia, mendacium quoque promptum, ac semper D in labijs summis periurium, & inuidia erga cunctos, odium quoque & blasphemia, nec non calumniæ frequentes, hæc te in breui celebrem & conspicuum reddent. Et talia quidem sint, quæ manifestè ac palàm fiant: priuatim verò res omnes perpetrare videaris, ludere, inebriari, scortari, mœchari, iugulare quoque: & si non facis, coram omnibus tamen te facere iactita, literasq; aliquando à mulieribus conscriptas ostende. Nam & pulcher esse velis, præcipuáque tibi sit cura, vt à fœminis celebrari videaris. Nam per hãc viam quamplurimi ad Rhetoricam vsque ascenderunt. Ideò & tu quoque per illam Ead

gynæ-

γυναικωνίτιδ' ἀνδρὸς δοκιμῶν-
τος. καὶ τὸ δεῖνα δι μὲν ἀφ-
θὰς, λάθρᾳ πρὸς ἀνδρῶν ἐ-
πὶ ᾧτινιοῦν ἑρᾶσθαι δοκοίης,
καὶ ταῦτα γνωστήτης, ἢ καὶ
νὴ Δία φαλακρὸς ἤδη ὤν·
ἀλλ' ἴσως οἱ καὶ ἐπὶ τούτῳ
σωόντες, λῷ δι μὴ ὦσιν, οἱ
εἰκῆ ταῦτα ἐπαινοί· τοιαῦτα γὰρ
ἐν τῷ τοιούτου πρὸς τὴν ῥητο-
ρικὴν χρήσιμα παραγίγνεται,
πλέων ἡ ἀναισχυντία καὶ
θρασύς. ὁρᾷς, ὡς λαλίστρια
ἡ γυνὴ ἅπασι, καὶ λοιδορουμέ-
νη πεισσῶν, καὶ ὑπὲρ τοὺς
ἄνδρας, ἐπὶ τὰ ὅμοια πρά-
σσεις· διοίσεις τῶν ἄλλων.
καὶ μὴν καὶ πιπτοῦσθαι καὶ
μάλιστα μὴν τὰ πάντα, εἰ δι
μὴ, πάντως ἐκεῖνα. καὶ αὖ-
τὸ δὴ τὸ σῶμα πρὸς ἅπαν-
τα ἥδιστα ἀσκηνήτω, καὶ ἡ
γλῶττα ὑπηρετείτω, καὶ πρὸς
τοὺς λόγους, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα,
ὁπόσα ἂν διώνηται· διώναται δ'
ἐπισολοικίσαι μόνον, δεῖ βαρ-
βαρίσαι, δεῖ λυπῆσαι, ἢ ὑπιορ-
κῆσαι, ἢ λοιδορῆσθαι, ἢ βλα-
βέντα καὶ ψεύδεσθαι, ἀπὸ
καὶ

gynæceum vsque clarescere poteris. Atque istud ne vereare, etiamsi à viris ob aliud quiddam amari videaris, & hoc barbatus, aut etiã per Iouem caluus iam existens: sed adsint qui etiam ob id tecum consuetudinem habeant. At si nemo alius fuerit, vel serui sufficient. Nam hinc multa ad Rhetoricam vtilia oriuntur: augetur impudentia & temeritas. Cernis etenim vt F loquaciores sunt fœminæ, impotentiusq; ac supra viros conuicijs debacchantur. Quòd si itaque & tu similia patiêris, alijs longè præstabis. Iam verò & volsum esse maximè oportet per omnia. Quòd si non, illa prorsum vtique. Et ipsum autem os quoque ad cuncta libenter tibi diducatur, & lingua sermonibus & reliquis quantum potest, subseruiat. potest autem non solùm solœcismum & barbarismum committere, nugari peierare, cõuiciari, criminari, mentiri: sed & aliud

quid

καὶ νύκτωρ τί ἄλλο ἀποτελεῖν, καὶ μάλιστα, ἢ πρὸς οὕτω πολλοὺς τοὺς ἔρωτας μὴ δαρκέσῃς. πάντα αὐτήγε ἐπιστάσθω, καὶ γονιμωτέρα γιγνέσθω, καὶ μηδὲν ἀπεστρεφέσθω. ἢν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς (δύνασαι δὲ οὐδὲν γάρ ἐν αὐτοῖς βαρὺ) θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαι οὐκ εἰς μακρὰν σε ἄριστον ῥήτορα καὶ ἡμῖν ὅμοιον ἀπεστελεσθήσεσθαι. τὸ μετὰ τοῦτο δὲ, οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν, ὅσα ἐν βραχεῖ παρέσται σοι τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῆς ῥητορικῆς· ὁρᾷς γὰρ ἐμὲ, ὃς πατρὸς μὲν ἀφανοῦς, καὶ οὐδὲ καθαρῶς ἐλεύθερον ἐγενόμην, ὑπὲρ Ξόιν καὶ Θμοῦιν δεδουλευκότος, μητρὸς δὲ ἀκεστρίας, ἐπ' ἀμφοδίου τινὸς, αὐτὸς δὲ τὴν ὥραν οὐ παντάπασιν ἀδόκιμον εἶναι δόξαις, τὸ μὲν πρῶτον, ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρέφεσθαι, συνῆν τινι κακοδαίμονι, καὶ γλίσχρῳ ἐραστῇ. ἐπεὶ δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ῥάστην οὖσαν κατεῖδον, καὶ διεκπεράσας, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐγενόμην (ὑπῆρχε γὰρ μοι, ὦ φίλη Ἀδράστεια, πάντα

quid peragere noctu, & maximè quando vnus tam multis amatoribus non sufficies. Nam cuncta facere noscat, vt expeditior reddatur, & penitùs à re nulla abstineat. Hæc, fili mi, si rectè didiceris (poteris siquidem, nihil enim ex his graue) confidenter polliceor te haud longo tempore rhetorem præstantissimum, nobisq; similem euasurum. G Quæ verò sequuntur, haud me dicere oportet, quãta tibi bona breui à Rhetorica aderunt H Cernis etenim me, qui è patre sordido, nec penitùs libero, quiq; super Xoni & Thmuin seruitutem seruierit, natus sum, matre verò sartrice, in biuio quodam: ipse verò forma non omninò illiberali esse visus. sub initium ob victus penuriam, cum infelici, suaui tamen conuersabar amatore. At postquam viam hanc quàm facilis esset conspexi, & transgrediens in summũ pueni, siquidem, ô amicabilis Adrastia, omnia

πάντα ἐκεῖνα, ἃ προεῖπον ἐ=
ρόδα, τὸ θράσος, ἡ ἀμαθία,
ἡ ἀναίσχυντία) πρῶπον μὲν,
οὐκ ἔτι ποτεινὸς ὀνομάζο-
μαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ
Λήδας παισὶν ὁ μώνυμος γε-
γένημαι· ἔπειτα δὲ γραῒ συνοι-
κήσας, τὸ πρῶτον τὴν ἐγα-
σριζόμην πρὸς αὐτῆς, ἐρᾷν
προσποιούμενος γυναικὸς ἑβδο-
μηκοντούτιδος, τέτταρας ἔτι
λοιπὸς ὀδόντας ἐχούσης, χρυ-
σίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους.
πλὴν ἀλλά γε δὰ τὴν πε-
νίαν, ὑφιστάμην τὸν ἆθλον,
καὶ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα τὰ ἐκ τῆς
βροῦ φιλήματα, ὑπερήδιστα
μοι ἐποίει ὁ λιμός. εἶτα ὀλίγου
δεῖν κληρονόμος, ὧν εἶχεν,
ἁπάντων κατέστην, εἰ μὴ κα-
τάρατός τις, οἰκέτης ἐμήνυ-
σεν, ὡς φάρμακον εἴην ἐπ'
αὐτὴν ἐωνημένος. ἐξασθεὶς δὲ
ἐπὶ κεφαλὴν, ὅμως οὐδὲ τότε
ἐπόρησα τῶν ἀναγκαίων. ἀλ-
λὰ καὶ ῥήτωρ δοκῶ, κἂν ταῖς
δίκαις ἐξετάζομαι, προδιδοὺς
τὰ πολλὰ, καὶ τοὺς δικαστὰς τοῖς
ἄνου-

omnia quæ iam enumeraui, viatica, abundè mihi suppetebant, audacia, ignorantia, impudentia. Primùm igitur haud ampliùs desiderabilis appellor, sed iam Iouis & Ledæ filijs cognomine similis sum effectus. Dein cum anu mihi contubernium fuit, quam primò ventis causa amare simulabam, mulierem septuagenariam, quæ adhuc dentes quatuor, & illos auro colligatos habebat. Veruntamen ob paupertatem certamen sustinebam, ac frigida illa ex sepulchro oscula, perquàm suauissima mihi fames reddebat. inde parùm abfuit, quin omnium bonorum, quæ possidebat, hæres euasissem, nisi execrandus quidam illi indicasset famulus, quòd ob eam tollendam venenum comparâssem. In caput igitur præceps eiectus, minimè tamen necessarijs interea carui. Sed & rhetor esse videor, ac in iudicijs me ostento, multa prodens, ac iudices corrumpendo

fatuis

ἀνοήτοις καθυπισχνούμενος. καὶ ἡ πῶμαι μὲν τὰ πλεῖστα, οἱ φοίνικες δὲ, ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανωμένοι· τούτοις γὰρ ἐπὶ τοὺς δυστυχεῖς χρῶμαι τοῖς δελέασιν. ἀλλὰ καὶ τὸ μισεῖσθαι πᾶς ἁπάντων, καὶ ἐπίσημον εἶναί με, ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τοῦ τρόπου, καὶ πολὺ πρότερον τῶν λόγων, καὶ τὸ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, τοῦτον ἐκεῖνον τὸν ἀκρότατον ἐν πάσῃ κακίᾳ λεγόμενον, οὐ μικρὸν ἔμοιγε δοκεῖ. ταῦτά τοι παραινῶ, νὴ τὴν πάνδημον, πολὺ πρότερον ἐμαυτῷ παραινέσας, καὶ χάριν ἐμαυτῷ οὐ μικρὰν ἐπισπασάμενος. εἶεν, ὁ μὲν γεννάδας, εἰπὼν ταῦτα, πεπαύσεται. σὺ δὲ, ἢν πεισθῇς τοῖς εἰρημένοις, καὶ δὴ παρεῖναι νόμιζε, οἷπερ ἐξαρχῆς ἐπόθεις ἐλθεῖν· καὶ οὐδέν σε κωλύσει ἑπόμενον τῷ νόμῳ, ἔν τε τοῖς δικαστηρίοις κρατεῖν, καὶ ἐν τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν, καὶ ἐπέραστον εἶναι καὶ γαμεῖν, οὐ γραῦν τινα τῶν κωμικῶν, καθάπερ ὁ νομοθέτης καὶ διδάσκαλος, ἀλλὰ καλλίστην

fatuis cōcilio hominibus. Vt plurimùm verò succumbo, fores tamen obiter viridi coronantur palma. his enim illecebris erga infelices vtor. verùm ab omnibus odio haberi, & morum prauitate longè priùs quàm sermonum esse insignem, ac digito demonstrarier, En ille qui cunctis flagitijs præcellere fertur, non parua mihi res esse videtur. Hic te admonere volui, longè priùs per Venerem me ipsum admonens, ac gratiam haud mediocrem mihi ipsi referens, & egregiè quidem. Generosus itaque hæc dicens cessabit: 1 Tu verò si dictis acquiesces, iam illic esse puta, quò sub initium peruenire desiderabas, nec quicquam tibi impedimento erit, si leges has obseruaueris, quò minùs in iudicijs excellas, apud multitudinem clareas, acceptus quoque sis: & tibi nubat, nan vetula quædam comica, quemadmodū legislatori & præceptori illi tuo, sed

mulier

γυναῖκα, τὴν ῥητορικὴν, ὡς τὸ τοῦ Πλάτωνος ἁρμάτιον πλουσίως κεκοσμημένην φέρουσαν, μᾶλλον πρέπειν σοὶ σαυτῷ ἐστὶν, ἢ ἐκείνῃ περὶ τοῦ Διός. ἐγὼ δὲ (ἀγεννὴς γὰρ καὶ δειλός εἰμι) ἐκποδὼν ὑμῖν τοῖς νέοις, καὶ παύσομαι τῇ ῥητορικῇ ἐπιπολάζων, ἀσύμβουλος ὢν τοῖς αὐτῇ τὰ ἡμίτριβα μᾶλλον ἢ ἥδη πεπαυμένοις. ὥστε ἀκουτὶ ἀνακηρύττεσθε, καὶ θαυμάζεσθε, μόνον τοῦτο μεμνημένοι, ὅτι μὴ τοῦ τάχους ἡμῶν ἐπιτατικοί, ἀλλὰ πυθόμενοι φαυλότερον, ἀλλὰ τοῦ ῥᾴστου καὶ ἁπλουστέρου τὴν ὁδὸν.

mulier pulcherrima, Rhetorica ipsa, ita vt cum Platonis curru illo alato veharis, magis te deceat de te ipso loqui, quàm illum de Ioue. Ego verò (nam degener sum & timidus) è via vobis decedam, ac circa Rhetorices superficiem nauigare desinam, ignarus quo pacto vestra cum illa conueniant. quin potiùs iam desino. Verùm citra pulueris victores declarati, & admiratione dignissimi, hoc solùm reminiscamini, quòd non festinatione illa vestrâ celeriores apparentes victores euasissitis, sed quia ac facilioren & promiorem viam declinâsitis.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a O ADOLESCENS.] Ironicῶς Rhetorem instituis.

b Inexpugnabilis ac intolerabilis.] *In Græco* ἄμαχον καὶ ἀνυπόστατον δοκεῖς, *pro* ἄμαχος, ἀνυπόστατος, δοκῶν.

c Cebes ille.] *Cebes Thebanus philosophus fuit, discipulus Socratis: quem scripsisse Dialogos tres, qui inscribuntur* Πίναξ: id est, *septima, Φρόνιμος & πίναξ:* id est, *tabula, authores sunt Laërtius in secundo, & Suidas in Collectaneis. sed iniuria temporis, aut hominum incuria potiùs, præter vitiosa nihil extat. Opusculum est morale, & vile omnibus, & præcipuè adolescentibus: in quo vitæ humanæ conditio graphicè depingitur, ac velut in speculo ostenditur iter ad virtutem*

virtutem arctum, arduum, & labore sudoreq; reefertum, eúmque qui ad eam conscendere voluerit, abstinentem in primis & constantem fore necessarium esse, ac tandem vbi ad eam peruenerit, perpetua felicitate fruiturum. Ediuersò semitam, quæ ducit ad vitta, latam quidem esse & planã, & voluptatum plenã: cæterùm tandem in præcipitium atq; æternã miseriam & infortunium perducere. d Amalthéæ retinet cornu.] *De Amalthéa apud autores in hunc modum narratur fabula: Rhea Iouem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus nymphis, Adrastea & Isda, Melissei filiabus: Hæ nutricauerunt illũ capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerat Amalthéa. Eam capram Iupiter iam adultus in sidera retulit, vocaturq́ue à Græcis αἶξ κεραίνιος, capra cœlestis. Huius alterum cornu Nymphis nutricibus dedit, videlicet officij præmium: hanc adijciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu suppullularet. Hinc translatum est adagium, Αμελθείας κέρας, vbi rerum summa suppetit copia. Citatur ab eodem Luciano de Mercede seruientibus.* e Aornos Macedonibus.] *Aornos in India petra est, quam nulla superuolat auis, propter frigora, & altitudinem. De ea quoque Lucianus in Hermotimo.* f Hesiodus perquàm egregié.] *Hesiodus 1. Georg. ait, asperam esse ad virtutem viam, cacumen verò molle. Cuius celeberrima verba hic referam:*

τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι νάει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα *Id est,*

Omninò vitium facile contingere cuiuis.
Est via ad id breuis, & vicina in sede moratur.
Contrà virtutem sudoribus vndique diui
Præsepsêre: & longus ad hanc perq; ardua callis,
Asper & est primùm: sed vbi alta cacumina victor
Contigeris, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Eodem pertinet:

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni.

de qua

de qua carmen extat elegans Virgil. Et Euangelicum illud de via arcta quæ ducit ad vitam. Item de duplici via apud inferos: quarum altera ducit ad campos Elysios, altera ad malam rem. Neque quicquam tritius eo est quod dicit Aristoteles lib. Moralium Nicomachicorum 2: περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετή. Id est, Et ars & virtus circa id versatur quòd est difficilius. Plures huiuscemodi sententias Erasmus noster adscripsit in Prouerbio: Difficilia quæ pulchra. Vide etiam quæ in Somnio seu vita Luciani annotauimus. g Ex laboribus germinare.] Quæ ad hanc sententiam faciunt, in vnum coniecit Erasmus noster in Prouerbijs: Cura siue exercitatio potest omnia: Cum Minerua manum quoque moue &: Dij facientes adiuuant. Non enim cessantibus ac inertibus, sed industrijs parata est gloria, cùm dij labore sua munera vendant. Stobæus Sermone 27. de assiduitate & diligentia, ex Euripide simile carmen citat, nisi quòd pro φύεσθαι ibi legitur αὔξεται. h Tibi verò citra sementem & arationem.] Id est, seminandi arandique laborem, tanquam Saturni seculo cuncta prouenient: hoc est, citra studium. Poëtæ indicant, Saturno regnante aureum seculum fuisse, quo omnium rerum erat plena tranquillitas. Non furor sæuiebat, non auaritia hominum fluctibus vitam commiserat, & cessantibus rastris inarata & grauida terra fruges præbebat, ociosa erat & secura vita mortalibus, & sine vicissitudine temporum veris gratia fruebatur. De ætatibus lege Hesiodum primo Oper. & dier. & Aratum in Φαινομένοις. à quibus multa transtulit Ouid. in 1. Metam. Hoc adagio vtitur idem Lucian. in Phalarid. 2. & in Parasito. Hom. Odyss. 9. i Incessu molli, ceruice infracta.] Delicijs effœminatum hominem describit, nimirũ solicitũ, ne comã studiosè compositam perturbet. k Summo digito caput scalpentẽ.] De molli & effœminato dicit. Idem est quod in Cæsare dixit Plutarch. vno digito caput scabere. l Delicatum Sardanapalum quendam.] Fuit enim Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex Nini, Persicæ religionis, delicijs vsque adeò effœminatus, vt inter eunuchos & puellas ipse puellari cultu desidere sit solitus. Cuius cognomen ob insignem hominis molliciem abijt in prouerbium. m Cinyram.] Pindarus in Nemeis, & Plato lib. de Legib. 2. meminerunt

Cinyræ prædiuitis : item Suidas in dictione καταγηράσκω.
n Agathonem ipsum, lepidum.] *Agathonis poëtæ tragici, splendidi & liberalis, meminit Aristophanes in Thesmophoriis, cuius carminum molliciem multis modis deridet. Meminerunt etiam illius Suidas & Plato, in cuius epinicijs celebrat illud nobile conuiuium.* o Quantum tuba fistulas.] *Idem sic in Muscæ encomio: sed tantò volat his suauius musca, quantò sunt tuba & cymbalis tibiæ dulciores.* p Illotis pedibus.] Id est, *nullis bonis disciplinis instructus ad Rhetoricum munus accede. Idem in Demonactis vita, hoc prouerbio vsus est, de quo Erasmus noster.* q Attica quædam.] *Contra vanos elegantiæ affectatores. Hic τὸ articulus materialiter sumptus præponitur.* r Obsoleta & peregrina.] *De verbis obsoletis, priscis & peregrinis, vide nostrum Erasmum lib. 1. De verborũ copia. Obsoletum autem est omnino abrogatum & obscurum verbum: peregrinum, barbarum, & tamen pro Latino vsurpatum: nouum est, ab aliquo probo & recepto autore nuper inuentum & fictũ. Cæterùm plurima huiuscemodi verba Pompeius, Perottus & Marcellus annotárunt in suis Dictionarijs. Eos igitur adeat qui volet.* s Nugator Isocrates.] *Hic* λῆρος *substantiuum pro* ληρώδης *adiectiuo.* t Ocrea capiti, tibiæ verò à daptetur galera.] *Id est, Omnia præposterè fiant. Nam vt Apuleius inquit: Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Hoc adagio vtitur in Commentario De errore compellationis.* u Res tyrannica.] *Crudelis, sæua & violenta.* x Iliacis.] *Troianis. Ilium enim regia Priami fuit, quæ & Troia, à nomine regionis minoris Asiæ cognominata: ab Ilo, Trois regis filio, Ilium.* y A Deucalionis.] *Deucalion Prometheo, Pyrrha eius coniunx Epimetheo fratribus nati, quos ferunt in fabulis, iactu saxorum genus humanum post diluuium reparasse* z Prętereà sudantem.] *Admonitio lepida.* A Vt chorum habeas.] Id est, *conducticios laudatores. Cicer. in 3. Verrina, præconium mercenarium: in 2. de Oratore, domesticum præconium appellat.* B Pęaniensis.] *Quid per hanc dictionem sit intelligendum, nemo facilè diuinabit. Est tamen qui Platonem intelligit, & fortasse rectè: quum* παιανιεὺς *tribus quædam Atheniensis fuerit.* C Sycophanticis.] *Sycophantæ quamuis*

pu-

pusillà de causa litem mouent, & quæuis calumniantur. Plutarchus de curiositate ostendit, Sycophantæ nomen hinc natum, quod cùm lege cautum esset, ne quis Athenis ficos efferret, quidam obseruatos nonnullos qui furtim exportabant, detulerunt. Hinc populari toco sycophantæ vocati παρὰ τὸ σῦκος φαίνεσθαι. *quòd ficus proderent. Sunt qui putant* ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τὰς σύκους: hoc est, *ab edendis ficub. dictos, quod hinc euenisse dicitur. Quidam Græcorũ olim duos seruos habuit, quorũ alter domi semper paratas clàm ficus absumens, in sociũ suum in sontẽ culpam postea coram domino reijciebat. Herus virumq; seruorum tepidam aquam bibere iubens, tandem sycophantem deprehendit. Hinc Græca origine nata dictione, erraticum, cauillatorem, mendacem dolosúmve significamus.* D In labijs summis periurium.] *Hic loquendi modus quomodo à Græcis vsurpetur, annotauimus in amatorio dialogo Musarij & Matrij. & in Apologia pro Mercede conductis.* E Ad gynæceum.] Id est, *ad mulierum conclaue, & (vt ita dicam) senatulum.* F Loquaciores sunt fœminæ.] *Mulier, animal naturâ loquax. Plautus in Aulul.* Nam multùm loquaces meritò omnes habemur. *Idem in Cist.* Largiloquæ exemplo sumus, plus loquimur quàm fas est. *Eurip. in Phœnissis:*

Φιλόψογον δὲ χρῆμα θήλειον ἔφυ.
Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
Πλείους ἐπεισφέρουσιν, ἡδονὴ δέ τις
Γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν. *Id est,*
Mulieres naturâ sunt ad vituperandum pronæ.
Quòd si exiguam dicendi ansam nactæ fuerint,
Plurima adijciunt. Volupe enim est
Mulieribus, nihil sani inuicem loqui.

G Quæ verò sequuntur.] *Cohortatio à spe.* H Cernis etenim me.] *A' proprio exemplo.* I Tu verò si dictis.] *Huc vsque locutus est Rhetor: loqui nunc incipit Lucianus.* K Ego veró. nam.] *Conqueritur Lucianus de se ipso.*

ΙΠΠΙΑΣ Η ΒΑ-
λανεῖον

HIPPIAS, SEV
Balneum.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

BAlneum Hippiæ deſcripturus, principiò ipſum artificem à cognitione artium atq; peritia commendat. Orditur autem à loco communi, ita videlicet proponens, eos eſſe potiſsimùm laudandos artifices, qui non ſolùm verbis prolixè polliceri, aut de ſcientijs diſputare ſoleant, ſed qui ipſo opere hoc quod profitentur, præſtare poſsint. hunc locum exemplis aliquot illuſtrat, deinde ad præſens inſtitutum accommodat. Proinde, inquiens, etiam mechanici artifices maximè laudandi illi ſunt, qui non verbis tantùm opera aliqua deſcribunt, aut promittunt, ſed qui re ipſa illa quam optimè atque artificioſiſſimè extruunt: qualis & Hippias hic vnus eſt, id quod opus ab eo, nempe balneum extructum, comprobat. atq; ex inde ipſum balneum deſcribit, ſitum, elegantiam, proportionabilitatē operis, deinde & vtilitatem & opportunitatem omnium cellarum, & lauandi in eo vſum commendans.



Ὧν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγε φημιδεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι μὴ λόγους μόνον δεξιοὺς παρέσχοντο ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἑκάστων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις



Os[a] ego viros ſapientes cũprimis laude celebrandos eſſe exiſtimo, quicunque non orationes ſolùm magna induſtria elaboratas, ac ſingulis de rebus memoriæ proditas poſteris reliquerunt, ſed operi-

ἔργοις ὁμοίοις τὰς τῶν λόγων ἐποσχίσας ἐπισφοανῦ. καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅ γε νοῦν ἔχων, ὁ τὰς ἄσεις ὑπὲρ τῆς τέχνης ἐπῆν ἀλωμένης μετασκευάζοντα νοσοῦν, ἀλλὰ τὰς πράξας τε καὶ αὐτὸν μεμελετηκότας. ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τὸ δεξιὸν μὲν ῥυθμοῦ καὶ ἁρμονίας ἐπισταμένος, ὁ καὶ ψάλαι καὶ διδάσκων αὐτὸς ἀλωάμενος. τί γὰρ ἄν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀείσους δοκοῦντας, ὅτι τὰ πολέμου μόνον καὶ παραινέσαι ἦσαν ἀγαθοί, ἀλλὰ καὶ πολεμήσαι τ' ἄλλων, καὶ χερὸς ἔργα ἐπιδείξασθαι; οἷον τὸν παλαιὸν, Ἀγαμέμνονα, καὶ Ἀχιλέα, τὸ δεύτερον δὲ, τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἡμῶν γεγονότας. πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; ὅτι γὲ

operibus quoque non dissimilibus ea quæ orationibus ampliter & magnificè pollicitiis sunt, cõfirmárunt. Quippe ægrotus, cui quidè pectus sapit, non eos accersit medicos, qui super arte multa luculentè & excellenter disputare nouerunt, sed qui vsu medendi illiam diu multumq; exercuerunt. Potior autem & maioris precij habendus est, vt mea fert opinio, musicus qui psallendi & pulsandæ citharæ peritia exornatus est, quàm is qui tantùm rhythmos & concentuum harmoniam iudicare nouerit. Quorsum enim attinet bellorum atque exercitus duces, tibi enumerare non iniuriâ optimos & præstantissimos hominum opinione iudicatos, quod eorum virtus nedum in instruenda acie, & militum animis tempestiua oratione accedendis & inflammandis eluxerit, sed quòd in prælijs quoque fortissimè dimicando optimè se gesserint, ac manu non secus quàm lingua prompti, memorabilia facinora ediderint: cuiusmodi ex vetustis illis Agamemnonem & Achillem, ex paulò autem recentioribus Alexandrum & Pyrrhum fuisse cognouimus?

οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος, ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ λαμπροὶ γενόμενοι, καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης, καὶ πράγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον· ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι, σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον, ἢ σοφοὶ καλοῖντο. τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν Ἀρχιμήδην γενέσθαι, καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον, τὸν μὲν Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, καὶ τὴν Μέμφιν ἄνευ πολιορκίας, ἀπεστροφῇ καὶ διαιρέσαι τοῦ ποταμοῦ, τὸν δὲ τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος πρὸς αὐτῶν ἑπόσχόμενος Κροίσῳ ἄβροχον διαβιβάσειν, τὸν στρατὸν ἐπινοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἀλυπεριήγαγεν, οὐ μηχανικὸς οὗτος γενόμενος,

b *Quorsum verò ista percensui? Non quòd alia ratione historiam edere statuens, harum rerum mentionem fecerim, sed quòd ex mechanicis quoque eos laude & admiratione non indignos putem, quicunque visendis operibus aliquam ingenij famam sibi parauerunt, eademq; opera artis suæ egregia monimenta post se reliquerunt: quandoquidem illi qui solis semet orationibus exercuerunt, multò iustius* c *Sophistarum quàm sapientium appellationem meruerunt. Talem multorum relatu percepimus fuisse Archimedem, ac* d *Sostratum illum Cnidium: quorum alter de Ptolemæo subiugato victoriam reportauit, ac Memphim sine obsidione, fluminis intercepti auersione occupauit: alter singulari artificio hostium triremes absumpsit incendio. Thales quoque Milesius ante illos Cræso Lydorum regi pollicitus exercitum sicco pede se traiecturum, sua industria in vnius noctis spacio Alys fluuij alueum à tergo, exercitus deriuatū circunduxit, tametsi è mechanicorum numero non fuerit: verùm alioqui magna intellig-*

ἔοικε δὲ, καὶ ἐπινοῆσαι καὶ συντεῖναι πιθανώτατος· τὸ γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ πάνυ ἀρχαῖον, ὃς οὐ μόνον τετεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβῆναι αὐτοῖς εἰς αὐτὸν λέγεται. ἐν δὲ τούτοις καὶ Ἱππίᾳ τούτῳ, τῷ καθ' ἡμᾶς, μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς λόγοις μὲν παρ' ὅντινα βούλει, τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγυμνασμένου, καὶ σωφρονεστάτου ὀφθῆναι, καὶ ἐρμηνεῦσαι σαφεστάτου. τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχόμενος, καὶ τῶν τότε τεχνῶν πολὺ ἐπισχεῖν ἀφηλιούμενος, ἐν τοιούτοις μὲν ἐπισχεῖν, ἐν οἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι κυτύχησαν, ἰκανὰ δὲ τὸν γνόμενον ἐπὶ τῆς δοθείσης, φασὶν, ἀνθρώπου τὸ πρίγωνον ἀκριβῶς συνταμέσθαι. καίτοι γε ἄλλων ἕνεκα, ἔν τι τῆς ἐπιστήμης ἔργον ἀντιμόμενος, ἐν ἐπαίνῳ ἀνθρωπίνης, εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν.

intelligentia & singulari ingenij acumine præditus. Etenim [e] quod de Epéo fertur, cōmentum peruetus est, qui non tantùm Achiuis equi machinam fabricasse, sed vnà cum Græcorum optimatibus in eam conscendisse perhibetur. [f] Inter hos & Hippiæ huius, quem nostra memoria vixisse constat, meminisse æquum puto, viri dicendi facultate & studio ita exercitati, vt cum quouis ex priscis illis & veteribus optimè conferri possit, præterea qui ingenij acrimonia atque intelligentia multùm præcelluerit, quíq; interpretando multa perspicuitate vsus sit. Cæterùm opera ipsis orationibus longè præstantiora exhibebat, & quæ arte sua pollicitus fuerat, re ipsa absoluta reddidit: neque verò in talibus saltem professionibus, in quib. illi, q ætate eum præcesserūt, feliciter floruerunt, sed iuxta geometricā quoq; rationē proposita (quod aiunt) linea triangulum rectè potuit describere. [g] Atqui aliorū quisq; vnum quiddam ab arte decerptum & singulare opus exercuit, in quo parata sibi hominum opinione aliquis esse visus est.

ὁ δὲ μηχανικῶν τι ἦν τὰ πρῶτα καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται, ἢ ὅμως ἑκάστων τούτων ὅσους ἐντυχὼν ἐδήλωσεν, ὡς ἐν αὐτὸ μόνον ἐπισάμενος. πῶς γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀναπλάσεων καὶ καταπλήρωσεως θεωρίαν, ἔτι δὲ καὶ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, ἐν ὀλίγῳ χρόνου ἂν εἴη ἐπαινέσαι. ἃ δὲ ἐναλλὼξ ἐπὶ τὸν αὐτὸν τὸν ἔργων κατεπάγλου, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν. ἡ μὲν γὰρ κατάθεσις, καὶ ὡς καθ' ἡμᾶς βίῳ πάνυ πολλὴ, βαλανείου κατασκευὴ, περίνοια δέ, καὶ ἐν ᾧ κοινῷ τόπῳ συνέσεως θαυμασή. Τόπος μὲν ὢν ἐπίπεδος, ἀπὸ πάνυ πρόσαντες καὶ ὄρθιος, ὃν παραλαβὼν κατὰ βάθρα ἐς ὑπερβολὴν ταπεινὸν, ἰσόπεδον θαλάττῃ ἀπέφηνε, λιμηνίδα μὲν λιβαδοτάτην

Porrò ille primùm rebus mechanicis perpolitus, ne dimẽsionum quidẽ geometricarũ rudis fuit, nec ab harmonicis & musicis alienus apparuit: ac vnumquodq; ex illis vna eademq; opera ita perfectè cognitũ demonstrauit, quasi in eo solo cognoscendo elaborasset. Multi verò temporis res esset, eius laudare industriam circa radiorũ & repercussionum ac speculorum expressionem. Prætereà quanta in Astronomia cognitione excelluerit, in qua omnes eos qui annis eum anteierunt, pueros esse ostendit. h Sedenim quæ nuper ipse vidi opera illius industria elaborata, quæq; mihi spectanti stuporem & admirationem incussêrunt, ea nunc in præsens referre nõ grauabor. Est enim argumentũ cõmune, & in nostra memoria admodum frequens, i balnei substructio: solertia autem, & in communi illo argumento singularis admirationis spectatur industria. k Locus erat prorsus in æquali deformatus planitie, declivis & arduus, quẽ ille occupans ex vtraq; parte magnopere humilem, virinque soli altitudine æquauit, firmamentumq; munitissi-

om.

ἅπαντι τῶν ἔργων βαλλόμενος, καὶ θεμελίων θέσει τὴν τῶν ἐπιτιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πάνυ ἀρτόμοις, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν συνεχομένοις τὸ ὅλον κρατυνάμενος. τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα, τῶν τε τοῦ τόπου μεγέθει σύμμετρα, καὶ τῶν εὐλόγῳ τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα, καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα. πυλῶν δὲ ὑψηλὸς, ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιος μᾶλλον, ἢ ὄρθιος πρὸς τὴν τῶν ἀνιόντων εὐμάρειαν. εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐκδέχεται κοινὸς οἶκος, εὐμεγέθης, ἱκανὴν ἔχων ἀκολούθοις καὶ ὑπηρέταις διατριβήν· ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων. βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις. εἶτ' ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, περιττὸς μὲν, ὡς πρὸς τὸ λουτρόν·

omni futuro operi subijciens, fundamentorum positione substruendi ædificij certitudinem confirmauit: fastigijs verò magnopere præruptis & præcisis, & ad firmiorem coniunctionem complicatis, totum opus consolidauit. Cæterùm quæ substructa sunt, loci magnitudinem mensuræ quantitatę non excesserunt, sed ædificij proportionibus conuenientissimè atque decentissimè responderunt, lucis vbique infusæ rationem constanter custodientia. Portarum altitudo latos ingressus retinens, supina magis quàm erecta ad ingredientium conuenientiam informata fuit. Ingredientem verò statim domus communis excipit, sufficientem exhibens pedisequis & ministris conuersandi amplitudinem. Porrò ad læuam cameræ sunt ad delicias exercendas substructæ. Proinde & ista in balneo decentissimè sunt obseruata. Amœni & luce multa illustrati recessus. deinde domus illorum, quam quidem longè præstantiorem quàm vt la-

τρόν. ἀναγκαῖος δὲ, ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ἐποδοχήν. μετὰ δὲ τοῦτον, ἑκατέρωθεν δεξιοκεῖς τοῖς ἀπαλυομένοις ἀπαθέσεις. καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, Λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος, καὶ εἰκόνου ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τοῦς ἀρχαίας ἐργασίας· ἡ μὲν ὑγείας, ἡ δὲ Ασκληπιοῦ. εἰσελθόντας δὲ ἐποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνεῖ τῇ θέρμῃ πραπαντῶν, ἐπιμήκης, ἀμφιστρόγγυλος. μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, εὖ μάλα φαιδρὸς, ἀλείψασθαι πρεπνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ἐπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος, οἴκων ἁπάν-

uacro conueniat dixeris: pernecessariam tamen ad melioris notæ homines & opulentiores suscipiendos. Post hanc vtrinque sufficientes exuentibus ad reponendum vestitum habitationes. Ac media domus & fastigio excelsissima, & iucundo lumine amœnissima, tres aquæ frigidæ piscinas in se complectitur, Lacæno lapide exornata. Sunt etiam in illa statuæ geminæ ex albo lapide antiqui operis & artificij, altera quidem Sanitatis, altera verò Aesculapij. Ingressos autem excipit domus sensum ac gradatim tepescens, calore non insuaui occurrente: quæ in longum porrecta, ac circumcirca orbiculatim extructa est. Post hanc ad dextram habitatio est magnopere amœna & elegans, copiam delicatis & voluptuosis vnctionibus exhibens, ex vtraque parte habens aditus & ingressus lapide Phrygio ornatissimè decoratos, à palæstra ingredientes suscipiens. Quæ deinde hanc consequitur habitatio, omnes

ἁπάντων λάμπει, σὺν αἷ τε καὶ ἐγκαθέδραι πεποίκιλται, καὶ ἐμβραδυῶσα ἀβλαβέστατα, καὶ ἐγκυκλίων ὠφελιμώτατα. Φρυγίου δὲ καὶ αὐτὸς ἐς ὑποφαῦσιν ἄκραν ἀπείληφεν· ἐξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται διάδρομος, νομάδι λίθῳ πεποικιλμένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος, λάμπει, φωτός τε πολλοῦ ἀναπίμπλησι, καὶ ὡς πορφύρα ἀνθεμοειδὴς, πᾶς καὶ οὗτος θερμὰς πύλας παρέχεται. λουομένῳ δέ σοι, μὴ τῶν ἀπὸ τούτων οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχέως τὸν ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλ' ἤρεμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα, ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πομπῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ, ὕψει πρὸς τόξοις ἀνάλογα, καὶ πλάτει τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ πανταχοῦ πολλὰ χάεως, καὶ Ἀφροδίτης ἐπαναθέ. κατὰ γὰρ τὸν καλὸν Πίνδαρον, Ἀρχομένους ἔργου, πρόσωπον χὴ θέμεν τηλαυγές·

λόγῳ· ἡσθήσεσθε γὰρ, οἶμαι, ἀ-
κούοντου, ἃ καὶ ὁρῶντου θαυ-
μάζετε· καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι'
αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τοῦ ἀν-
τιδίκου προτιμήσαιτε, ὡς καὶ
αὐτὴ ἐπιδείξαντα, καὶ διπλα-
σιάσαντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν.

τὸ

aduersaria fuerit domus ita pulchra, & ab omni parte conspicua? Quin quod maximum est, nondum etiam dixi. Nam vos ipsi Iudices, & interea dum nos dicimus, ad tectum sursum aspexistis, & parietes admirati estis: & picturas, ad vnamquamque auersi, examinástis, neque quicquam etiam veriti estis. Venia enim dignum est si quid humanum passi estis, præsertim erga tam pulchra ac varia obiecta. Nam artis diligentia, & historiæ cum antiquitate vtilitas, reuera illiciendi vim quandam habent, & spectatores eruditos requirunt. Et vt ne per omnia isthuc oculos auersos habeatis nobis relictis, age, quoad fieri potest, depingam illa vobis oratione. Delectabimini enim, vt puto, audientes quoque ea quæ oculis intuentes miramini. Ac fortassis ob idipsum etiam laudabitis me, & aduersario anteponetis, vt qui & ipse demonstrem hæc, & duplicem vobis voluptatem pariam:

τὸ χαλεπὸν δὲ τοῦ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ τόπου, συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀνα μέμικται πάθος Αἰθιοπικόν. ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει, καὶ τὴν Ἀνδριομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετὰ μικρὸν γαμήσει, καὶ ἄπεισιν αὐτὴν ἄγων, παρέργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως. ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ τὴν μάχην ἄνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον. καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις, καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσμασι, καὶ ὁ Περσεὺς τῇ λαιᾷ μὲν πεδείκνυσι τὴν Γοργόνα, τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει. καὶ τὸ μὲν, ὅσον τοῦ κήτους

Cæterùm conatus huius difficultatem videtis, nimirum quàm graue sit absque coloribus & figuris & loco, tam multas imagines in vnû congerere. Est enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dextram quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ intermixtum est malum illud Aethiopicum: Perseus videlicet monstrum illud marinum interficit, & Andromedam deponit, paulò pòst eandem ducit, atque inde discedet abducta secum illa. Atque hoc parergon quoddam, siue extra propositam rem additum fuit ad eum quo ad Gorgonas abijt volatum. In exigua autem parte, multa imitatione expressit artifex ille, verecundiam puta virginis, & metum. Spectat enim & pugnam desuper ex rupe, & adolescentis audaciam amatoriam, & belluæ visum intolerabilem. Atque ea quidem accedit horrida spinis, & formidabilis hiatu oris. Perseus autem sinistra quidem ostendit Gorgonem, dextra verò ense ferit. Et rursum, quantum quidem belluæ

λήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· τὸ δ', ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται. Ἑξῆς δ', μετὰ τήνδε τὴν ἀκόνα, ἕτερον γράμμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν (ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα) τὼ νεανία τὼ ἑταίρω, Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς καὶ Θρέστης, δοκῶντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ πρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνήρηται, καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πρόκειται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον· οἱ μὲν, ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπουσι. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον πρᾶδραμὼν, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τοῦ τοῦ μοι-

χοῦ

belluæ illius Medusam aspexit, iam saxum est: reliquum autem quod adhuc animatum est, falcato ense cæditur. Deinceps autem post hanc imaginem alia quædam pictura, iustissima illa quidem, depicta est, cuius primùm exemplar videtur mihi pictor ab Euripide vel Sophocle accepisse: (nam illi similem quandam imaginem descripsêre) adolescentes duo socij, Pylades videlicet Phocensis, & Orestes, cùm iam viderentur mortui esse, post regiam latentes, & clàm adeuntes, occidunt ambo Aegisthum. Clytæmnestra autem iam interfecta est, & in lecto quodam seminuda posita iacet. Ac totum famulicium, facinore tanto obstupefacti, alij quidem clamantibus similes apparent, alij autem nonnulli quo fugam capiant, circumspiciunt. Honestum autem quiddam pictor excogitauit, qui quod impiũ in hac re fuit, id ostendit solùm, & quasi iam peractũ trãscurrit; adolescẽtes

χοῦ φόνῳ. Μετὰ δὲ τοῦτο, θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ Βράγχος, ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ἀνέχει λαγὼν, καὶ προσπαίζει τὸν κύνα. ὁ δὲ πηδησομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ ὕψος, καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τοῦ παιδὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τοῦ κυνί. ἐπὶ δ' τούτοις, ὁ Πρσεὺς παλιν τὰ πρὸ τοῦ κήτους ἐκεῖνα τολμῶν, καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλὴν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἴργασται, τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑώρακέ ποτε ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα· οἶδε γὰρ τὸ πρόσιμον τῆς ἀληθεῦς ὄψεως. κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον, ἄνω τ' ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται· ἡ θεὸς λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆμα οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς. εἶτα μετὰ ταύτην, ἄλλη Ἀθηνᾶ, οὐ λίθος αὕτη

autem in cæde adulteri immorari fecit. Post hæc autē deus est formosus, & adolescentulus venustus, amatorium quoddam ludicrum: Branchus puta in rupe sedens tenet léporem, & alludit cani. Hic autem assilienti ad ipsum in sublime, similis est: & Apollo adstans arridet. delectatur videlicet vtroque & puero ludente, & cane saltum meditante. Vltra hæc [1] *Perseus iterum sequitur, illa quæ belluæ marinæ cædem antecesserunt, aggrediens, & Medusæ caput amputans, & Minerua protegens Perseum: atque hic quidem facinus iam peregit, factum autem ipsum nondum vidit in clypeo* [2] *Gorgonis imaginem. vidit enim pœnam veri aspectus. In medio autem pariete exaduersò ianuæ, Mineruæ ædicula quædam est, & dea ipsa marmore candido: habitus autem haudquaquam militaris, sed qualis fuerit pacem agentis deæ bellicæ. Deinde post hanc alia Minerua, non mar-*

morea

αὖτην γε, ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἡφαιστος αὐτὴν διώκει ἱερῶν· ἡ δὲ φεύγει, διὰ τῆς διώξεως ἐκβοῶσι γίγνεσθαι. Ταύτην ἐξ ἀρχῆς παλαιά τις ἄλλη γραφή· Ὠρίωνα φέρει τὸν Κηδαλίωνα τυφλὸς ὤν, ὁ δ' αὐτῷ συμβαίνει πλεῖν πρὸς τὸ φῶς ὁλόν, ἐπιχειρῶν, καὶ ὁ μὲν Ἥλιος φανεὶς ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον. Ὀδυσσεὺς δὲ μετὰ τοῦτο, δῆθεν μεμηνώς, ὅτε συ στρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ ἤθελεν. παρῆσαν δὲ οἱ πρέσβεις, ὡδὶ καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς ἀποκρίσεως πιθανὰ τοῦτο μὲν ἁπλοῦν, τὸ τῶν ὑποζευγνύντων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν πρωμένων. ἐλέγχει τὰ κῶμος τοῦ βρέφους. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, συνεὶς τὸ γιγνόμενον, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν δ' μανίας ὑποκρισιν, ὀργὴν καὶ οὐτος ἄνθρωπος

morea illa quidem, sed pictura rursum, quam [k] Vulcanus amans insequitur, ipsa autem fugit, & ex ea persecutione Erichthonius nascitur. Hanc consequitur vetus quædam alia pictura: Orion portat Cedalionem, cæcus existens, ille autem dum ita vehitur, indicat ipsi ferentem ad lucem viam, & Sol apparens medetur cæcitatem. Vulcanus autem à Lemno opus hoc intuetur. [l] Post hæc Vlysses sequitur, insaniens videlicet, quando eum Atridis in expeditionem ire nolebat. Adsunt autem legati iam vocantes ipsum. Atque ea quidem quæ ad simulationem pertinebant, probabilia omnia, vehiculum videlicet, & iumentorum iunctorum absurditas & repugnantia, & eorum quæ agebantur, insciti. sed redarguitur tamen obiecto infante. Nam

Palamedes Nauplij filius, intelligens rem correpto Telemacho, minatur se eum interfecturum esse, structum tenens ensem: & vt ille insaniam fingit, ita hic quoque iram

contrà

ἀνυποκείνιτα. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ πάλιν τῷ ὑποκεισιν. Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, ὡς ξίφος ἀγκαλὰς, τὸν παῖδα ὑποβλέπουσα, καί τι ἀθρόον ἐννοοῦσα ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὸν δ' ἀθλίως καθῆσθαι γελῶντι, μηδὲν τῶν μελλόντων ἀδότι· καὶ ταῦτα, ὁρῶντι τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν. ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐχορᾶτε, ὅπως ἀπάγει μὲν τὸν ἀκροατὴν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἁρπάζει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον δῆμιρὸν ὑπολαβόντος, καὶ θρασὺν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν εἰκῇ φέρων ἐπιβαλοίμην καταγνῶτε, καὶ μισήσητε, ᾗ ἐπὶ πλόγων ἐκβαλόντες ἀπολοίτε· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῶν σωαγωνίσησθε, ᾗ ὡς οἷόν τε, καταμίσητον ἀκούοντες λεγομένων, λογιζόμενοι τοῦ πράγματος

contrà simulat. Vlysses autem ad metum hunc respiscit, & pater fit, simulationem deponit. Postrema verò Medea depicta est, æmulatione atque inuidia flagrans, pueros aspiciens, & graue quiddam meditans. Tenet quippe iam gladium: miseri autem illi adstant ridentes, nihil eorum quæ futura erant, scientes, & hoc, aspicientes in manibus matris gladium. Hæc igitur omnia, viri Iudices, an non videtis quomodo abducant quidem auditorem, & ad spectandum auertant, solum autem relinquant dicentem? Atque equidem verbis ea persecutus sum, non vt aduersarium, pro audaci ac temerario eo habito, quòd rebus ita difficilibus seipsum volens immerserit, damnetis, atque odio habeatis, solumque eum suis orationibus relinquatis: sed vt magis in certamen ipsi adsitis, & quoad fieri potest, conniuentes ea quæ dicuntur audiatis, æstimantes apud

πράγματος τὴν δυσχέρειαν. μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη, οὐ δικαστᾶς, ἀλλὰ συναγωνιστᾶς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῆναι. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὸν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν οὐδοκιμεῖν.

apud vos rei difficultatem. Vix enim etiam hoc pacto haudquaquam videlicet Iudices vos, sed auxiliatores habendo, poterit non omnino indignus magnificentia domus hac censeri. Quòd autem pro aduersario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optârim equidem celebrari.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a ERGO Alexander in Cydno.] *Alexandrum ex Cydno flumine morbum contraxisse scribit Iustin. libr.* 11. b Virginem.] *Echo quæ vltimas voces iterare & repetere solita est, in solis specubus & antris habitat, atque à nemine videtur, vt Ouidius inquit:*

Inde latet syluis, nulloq; in monte videtur,
Omnibus auditur, sonus est qui viuit in illa. *De ea apud eundem Lucianum nonnihil dictum est in suo Epigrammate & in Bis accusato & in Erasmica declamatione Lucianicæ respondente.* c Virgines.] *Lucianus hic Musas* παρθένους: id est, *virgines vocat: quoniam disciplinæ, vti virgines, abditæ, & non fuco comptæ esse videntur, natiuo scilicet decore contentæ.* d Quod & ad pulcherrimam.] *Iuxta hanc sententiam & quidam illud Virgilianum esse existimant:*

Nunc adeò melior, quoniam pars acta diei est.

e Maxi-

e Maximam alliciendi vim.] *Quæ pulchra sunt, habere eam vim, vt statim conspecta omnium sibi voluntatem cõcilient, amoremque adiungunt, nemini ignotum esse, nisi communis sensus expers, potest. Hinc Aristoteles dicebat pulchritudinem quauis epistola efficaciorem ad commendationem, quam donum appellabat, quia gratis contigit à natura. Eundem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quòd formæ gratia mox defloreſcat. Plato naturæ prærogatiuam, quòd paucis contingat. Theophrastus silentem fraudem, quòd absque verbis persuadeat. Theocritus eburneum detrimentum, quòd grata quidem sit aspectu, sed multorum incommodorum causa. Carneades ἀδεσποτότην βασιλέα, i. regnum absq; satellitio, quòd formosi impetrent quicquid volunt, nulla adhibita vi. f* Pauo.] *In pauonis cauda Iuno Argi oculos posuisse dicitur. Ouid in fine 1. Metamorph.* g Etiam Sirenum fabula.] *Ouid. 3. Artis:*

Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admissas detinuêre rates.
His sua Sisyphides auditis penè resoluit
Corpora, nam socijs illita cæra fuit.

Cicero lib. de Finibus bonorum & malorum:

O decus Argolicum, quin puppim flectis Vlysses,
Auribus vt nostros possis agnoscere cantus, &c.

Iuuenalis Satyra. 9. h At Gorgonum pulchritudo.] *In Hesiodi Theogonia traditur Gorgonum origo, earumq; vnius cũ Neptuno concubitus. Gorgones enim tres traduntur, Stheno, Euryale, & Medusa. i.* Perseus.] *De Perseo & Medusa talem poëta fingunt fabulã: Medusa vna Gorgonũ, cùm à Neptuno in templo Mineruæ stuprata esset: irata dea, ne tantum crimen inultum maneret, crines eius, quibus Neptuno placuerat, in angues vertit, dedit q;, vt eam aspicientes in saxa verterentur. Hanc postea Perseus, Iouis Danaësq; filius, acceptis talaribus & falcato ense Mercurij, item scuto Palladis, Medusam vnico ictu interemit. Vnde Pallas, vt terribilior hostibus videretur, Gorgonis caput suo clypeo gestauit.* k Vulcanum amans.] *Cùm Vulcanus fulmina Ioui aduersus gigantes pugnanti fabricatus esset, ab eo mercedis nomine impetrauit, vt sibi cum Minerua rem habere liceret. Huius ob id cubiculum clàm ingressus,*

cùm

tùm vitium castissimæ Deæ offerre conaretur, libidine æstuans, semen in pauimentum effudit, ex quo Erichthonius natus. Scio hanc fabulam variè tractari. Isocrates & Pausanias Erichthonium Vulcano & Terra generatũ opinantur. Vide Lucianum in Philopseude. l Post hæc Vlysses.] *Vlysses ex Penelope Icarij filia Telemachum suscepit, eamq; ita adamauit, vt reliquis Græcorum principibus ad bellum Troianũ proficiscentibus, ipse insaniam simulauerit, futurum sperans, vt tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaque duobus diuersi generis animalibus, litius prosindebat, & frugum loco salem serebat. Palamedem tamen virum prudentissimum latere non potuit, qui vt technam illam detegeret, aranti Telemachum filium in sulco obiecit. quod Vlysses conspicatus, ne filium læderet, aratrum subleuauit. Quo argumento facilè deprehensum est, non veram illam, sed simulatam esse insaniam. Pertractus itaque ad Troiam, strenuam vtilissimamque in bello Græcis operam nauauit. Lucianus inter domus suæ picturas fabulam hanc etiam refert, cuius mentionem fecit Hyginus cap. 95. Fabularum: Bocat. lib. 10. cap. 6. libr. 11. cap. 40. Ouid. 13. in contentione Aiax Vlyssem notat his verbis:*

Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla.

Et rursus:

Atq; vtinam aut verus furor ille, aut creditus esset,
Nec comes huc Phrygias vnquã venisset ad arces
Hortator scelerum, *&c.* — *Nota est fabula ex antiquo poëta. Versus ea de re Cic. lib. 3. Offic. recitat.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΥ *MACROBII.*

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

CAtalogus est μακροβίων, hoc est eorum qui ad longam ætatem peruenerunt: quem natalicij muneris loco Quintillo cuidam mittit, somnio ad hoc faciendũ, vt ipse ait, admonitus. Recenset autem principiò totas hominum

hominum nationes ac genera quæ diutissimè vixerint: deinde transitione ad singulos facta, reges primùm ac principes, deinde & Philosophos, & Historicos, & Oratores, & Poëtas, & Grammaticos qui quàm maximè longæui fuisse perhibentur, annumerat. Orditur autem à causa qua ad hoc scriptum impulsus fuit, addita etiam commendatione operis ab vtilitate, quam ex huius lectione percepturus sit Quintillus.



ΟΝῦν τὶ τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, κελευσθεὶς προσφέρω σοι δῶρον, τοὺς μακροβίους· παλαὶ μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα. συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων, τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσχέρειν σοὶ τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ἠυξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σοὺς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων, καὶ σύμπαντι μὲν τῶν τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων, αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ κἀμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.



Omniũ numeris [a] *loco, clarissime Quintille, iussus apporto tibi longæuos: somnium inquam, quod iam olim vidi, & amicis narraui meis, quo die minori natũ filio tuo nomen indidisti. Cùm autem nulla coniectura potuissem assequi, quòsnam Deus hoc somnio longæuos tibi me afferre mandaret, equidem deos id temporis precatus sum, vt vitam quàm longissimam tu, & filij tui traduceretis, ratus scilicet hoc profuturum cùm vniuerso generi hominum, tum præ cæteris mihi, & meis omnibus. Siquidem hoc ipso mihi quiddam felicitatis Deus visus est prædicere.*

Conside-

σκοποῦντι δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς διάνοιαν ἦλθον, ἄνδρὶ τοιούτῳ, τοὺς θεοὺς ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα πολλάκις συνεῖναι, ἐπιλαβεῖν τι προσφέρειν δι' ὧν ἐκ τέχνης. ταύτῃ οὖν ἀσιωτάτῃ νομίζων τιμᾶν τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τοὺς ἑορτασμένους ἐς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἄρα καὶ ὄφελον γνοίζω τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διαπλοῦν. τὸ μὲν εὐθυμίας, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὰ, καὶ αὐτὸν ἐπὶ μήκιστον διώσασθαι βίωνα· τὸ δὲ διδασκαλίας ἐκ παραδειγμάτων, ἐπιννοίας, ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι, κατά τε σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὲ ἐς μακρότατον γήρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ. Νέστορα μὲν οὖν, τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν, ἐπὶ πᾶσι παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν σωίσησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄεισι

Considerāti autem apud animum meum, venit in mentem, vt par erat homini liberalibus disciplinis versanti, deos hæc mihi præcepisse, vt aliquod eruditū opusculum, & ab ingenuis artibus profectum ad te deferrem. [b] Hanc itaq; aptissimam natalicijs muneribus offerēdi diem existimans, eos tibi dedico, quos ad longam senectutem sana mente & integris corporis viribus peruenisse comperimus. Fortassē autē ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire potest vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam spem concipias, & te posse quàm diutissimè viuere: altera, qua institutionem ab exemplis capias, cognitis ijs qui posteaquā maximam sui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, summā senectutem sine omni corporis incommodo sunt consequuti. [c] Homerus igitur Nestorem principum Achiuorum sapientissimum vitam suam tribus seculis produxisse scribit, quem nobi

καὶ ψυχῇ καὶ σώματι· καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. πιθανὸν δ' ἂν εἴη, ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον, τὸν Τειρεσίαν ἐπὶ μήκιστον βιῶναι, καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς. Ασσυρίων δὲ καὶ Αράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων· Ἰνδῶν δὲ οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον· παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις καὶ Χωρασμίοις, καὶ Αρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα. ὥσπερ Σή-

& animo & corpore exercitatum commendat. Et Tiresiam vatem poëtæ tragici ad sex vsq; ætates hominum vitam prorogásse perhibent. Credibile est autem, virum dijs immortalibus sacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longissima vita fuisse functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuisse inueniuntur: cuiusmodi sunt Aegyptiorum sacri scribæ, & apud Assyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amussim philosophiæ studijs vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & dijs dicatum. Insuper apud Persas, & Parthos, & Bactros, & Chorasmios, & Sacas, & Medos, aliasq; multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine sunt præditi, & valde diuturni, cum beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipsi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoq; ætate omnium longissima vtētes, ex quibus sunt Se-

res

ρεις μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως πεσιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ· ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Αθῶτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται. καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γε φασὶ δὲ τὴν τοιαύτην διαίταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐῤῥωμένας εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν καὶ τῶν ἐθνῶν ἃ τινά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον, οἱ μὲν διὰ τὴν γῆν καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ διὰ τὴν διαίταν, οἱ δὲ καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' ἄν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παράσχοιμι ἱστορήσας, ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα

res, ad trecentos annos vsque viuere, memoriæ proditum est. Cuius rei causam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alij rationi viuendi assignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum est autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama est, & eosdem hordeaceo pane vti, tanquam perspicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipsam victus rationem alios quoque sensus quàm cæteris hominibus esse validiores. Sed hæc de nationib9 longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere, nonnulli propter situm terræ, nonnulli propter aëris temperiem, nonnulli propter rationē victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem spem tibi ostendam, si planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & sub quouis

ἀέρα μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. διαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην, κατὰ γένη τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον μὲν τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ ὑποθήσομαι μεγάλης, θεοτάτου αὐτοκράτορος τύχης ἐς τὴν τελειοτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, ὑπηρέτησε τὰ μέγιστα τῇ οἰκουμένῃ τῇ ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπείρων καὶ σὺ τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιαινὸν καὶ μακρὸν καὶ ἅμα γηλόσας, ἐργάσῃ σαυτῷ τῇ διαίτῃ μίγιστόν τι ἅμα καὶ ὑγιαινότατον βίον. Πομπίλιος Νουμᾶς, ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ρωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βιβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τύλλιος,

aëre degentes, ad summam senectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenientem sanitati viuendi rationem sectantur. [d] Facta autem huius narrationis sectione, primùm obseruatis virorum studijs, initiò Reges & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum summæ religionis pietas ad perfectissimum ordinè perducens, maximis beneficijs imperium & terram ipsius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum omnium naturæ & fortunæ animaduersione intentus, tanto promptius sperare poteris senectutem sanam & longam: & parè studio hos ipsos æmulatus, tibi ipse longissimam & proue&lisimâ vitam ratione vitæ&lus praeueris. Numa Pompilius Romanorum regum longè felicissimus: ac Deorũ cultui dedititissimus, supra octoginta annos vixisse traditur. Seruius autem Tullius & ipse

Ρωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται Ταρκυνίος δὲ, ὁ τελευταῖος Ρωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται σεῤῥότατα βιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλεῖς· οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου. ἐπὶ τέλει δὲ τοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ιταλίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος, ἡ ἱστορία τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι. πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν, τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα.

& ipse Romanorum rex, similiter vltra octoginta annos vixisse dicitur. Tarquinius nouissimus rex Romanorũ eiectus in exilium: cùm is consenuit, ac vltra nonaginta annos firmissima valetudine vsus vixisse perhibetur. Et hi Romanorum reges fuêre: quibus & reliquos reges adiungam, qui ad ultimam senectutem peruenerunt, demonstratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longissimam senectutem delatos adscribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis qui diutissimè vixerunt. Etenim qui sola historia nostratem aërem calumniantur, probabilibus argumentis refelli possunt, adeò vt meliorem spem habere liceat, fore vt perfecti voti compotes fiamus, & longissimam ac plenissimam tota terra mariq; dominantem senectutem, iamque in suis locis regnantem & senescentem consequamur.

Αργανθώνιος μὲν οὖν, Ταρτησίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ηρώδοτος ὁ λογοποιὸς καὶ ὁ μελοποιὸς Ανακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος τισὶ δοκεῖ. Αγαθοκλῆς δὲ, ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενηκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Ἱέρων δὲ, ὁ Τυρακουσίων τύραννος δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλισιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Αντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ιστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ, ὁ Ιλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ, ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς καθάφησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

Proinde [e] *Arganthonius Tartesiorum rex centum & quinquaginta annos vixisse traditur, authoribus Herodoto historico, & Anacreonte poëta lyrico: tametsi hoc quibusdam fabulosum videatur. Agathocles Siciliæ tyrānus annos quinque & nonaginta egressus fato functus est, sicut Demochares & Timæus literis prodiderunt.* [f] *Hieron quoque Syracusanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem absumptus obijt, cùm regnasset annos septuaginta, sicut Demetrius Callistianus & alij memorant. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Istrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egressus est. Bardylis verò rex Illyricorum, qui ex equo in eo quod gessit cōtra Philippum bello pugnâsse dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Drysorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus est.*

Anti=

Αντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου, ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ιερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων, βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοήκοντα ὢν τελῶς, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ιερώνυμος. Αντίγονος δὲ, ἡὸς μὲν ἦν Δημητρίου, ἡωνὸς δὲ Αντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη· ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Αντίπατρος ὁ Ιολάου, μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου

Antigonus autem Philippi filius luscus rex Macedonũ, in Phrygia cum Seleuco & Lysimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapsus, annos vno & octogesimo vitam finiuit, sicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lysimachus & ipse rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucũ suscepta occubuit, octogesimum annum consequutus, vt idem Hieronymus testatur. [g] *Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Lusci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, sicut Medius & alij scriptores testantur. Consimiliser &* [h] *Antipater patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogesimum annum egressus excessit è vita.* [i] *Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna felicissimus, imperauit*

Αἰγύπτου δὲ ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βίωσας ἔτη. ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν, πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς, τῷ Πτολεμαίῳ τῷ ἡῷ, Φιλαδέλφῳ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος ἐ, πρῶτος δὲ ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὢν, κατέστρεψε ἐ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης δὲ, ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ, ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς

Aegypto annos octoginta natus. Viuus aũt tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit [k] *Philadelpho. qui & paternum regnũ à fratribus sortitus est. Philæteros, qui primus cõdendi circa Pergamũ principatus author fuit, & eundem cum esset Eunuchus obtinuit, mortuus est octoginta annos natus. Attalus aũt cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum, ad quẽ etiã Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitã reliquit.* [l] *Mithridates rex Ponti, Ctistes appellatus, Antigonum Luscũ fugiens, in Põto mortuus est, cum egisset annos quatuor & octoginta, sicut Hieronymus & alij scriptores prodiderũt. Ariarathes rex Cappadocũ Hieronymi testimonio duo & octoginta annos vixit: atq; hauddubiè ad grandiorem ætatẽ peruenire potuisset, nisi in pugna contra*

Perdic-

Περδίκκαν μάχη ἁλοὺς ἡττηθεὶς ἀνασκολοπίσθη. Κῦρος δὲ ὁ Πέρσων βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς λέγουσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὅροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος, ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνῆσαι δοκεῖ, ἐπανορθώσεως τῆς ἱστορίας τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου, ἐπὶ ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἐβασίλευσε· καὶ ἐπὶ τούτου ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων μαθεῖν δι' ἐτῶν πλείστων διαφθαρμένους, ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱοῦ, ὃν φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τοῦ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ γονέως ἐκβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστράτευσε, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἐξ ἧς ὀγδοήκοντα ἐτῶν γεγόνως. ὃς δὲ Δάνων ἴσορρέπει, τεσσάρων καὶ ἐνενήκοντα, Ἀρταξέρξης, ἔτη Περσῶν βασιλεύς, ὃν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτῆς Ἰσίδωρος, ὁ Χαρακηνὸς

Perdiccam vitus captus, & in crucem sublatus fuisset. Maior autem Cyrus rex Persarum, sicut Persæ & Assyriorum historiæ loquuntur, quibus etiam suffragari videtur Oresicritus, qui res gestas Alexandri Magni in historiam contulit, centesimũ annum assequutus, requirebat vnumquenq; amicorum: quorum cùm plurimos à filio suo Cambyse interemptos comperisset, ac[m] Cambyses ipsius iussu hoc ipsum se fecisse fateretur, partim ob filij crudelitatem probrosè affectus, partim se ipse tanquam iustitiæ & legum violatorem accusans, maxima tristitia conturbatus vitam finiuit. [n] Artaxerxes Mnemonis cognomentũ sortitus, cõtra quẽ Cyrus frater exercitum duxit, imperium Persarũ obtinens, morbis cõsumptus decessit, annos sex & octoginta natus: sed vt Dinõ scribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Persarum rex, quẽ patrum suorum memoria Isidorus Characenus

κηνὸς συγγραφεὺς, βασιλεύειν ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιὸς, ἐπιβουλῇ τὰ δελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκῆς δὲ, ὁ Παρθναίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γογονὼς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐκασίλευσεν ἔτη. Τιγράνης δὲ, ὁ Αρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ. Υσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος, καὶ τῶν κατ' ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν, νοσήσας ἐτελεύτησε. Τήραιος δὲ, ὁ μετ' Υσπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιὸς, ἐτελεύτα νόσῳ. Αρτάβαζος δὲ, ὁ μετὰ Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρανος, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν, καταχθεὶς ἀπὸ Πάρθων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ, βασιλεὺς Παρθναίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη· Μασσινισσᾶς δὲ, Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη.

cenus historicus regnâsse tradit, cùm annos tres & nonaginta vixisset, insidijs fratris Gosethræ clàm obtruncatus est. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio regnare incœpit, & regnauit annos septem. At Tigranes rex Armeniorum, cōtra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogesimo anno morbo consumptus perijt. Hyspasines Characenorum & regionū mari rubro adiacentium rex, quinto & octogesimo anno morbo correptus decessit. Tereus tertius post Hyspasinem earum nationum rex, cùm vixisset duos & nonaginta annos, morbo perijt. Artabazus autem, qui septimus post Tiræum Characenorum regnum tenuit, sex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio regnauit. Et Mnascires rex Parthyæorum sex & nonaginta annos vixit. Masinissa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit.

Asandrus

Ἀσανδρος δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ, ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, περὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη. ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ἀπὸ τῇ μάχῃ Σκειβωνίῳ πεσιθεμένους, ἀπρεσχόμενος σιτίων ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονῶς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοιούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιπείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως καὶ οὗτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον. ἀναγράψωμεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀπρεσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα.

Asandrus autem à diuo Augusto loco Etnarchi rex Bospori declaratus, annũ agens nonagesimum, & equestri & pedestri pugna nullo inferior vspiam est conspectus. Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abstinens diem suum obijt, cùm vixisset annos tres & nonaginta. Goæsus, vt Isidorus auctor est, Characene regnum tenuit, quo tẽpore Mano quoq; imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, postremùm morbo perijt. Tot igitur ante nostram memoriam memorandæ senectutis reges fuisse maiores nostri literis prodiderunt. His annumerãtur Philosophi, & omnes qui ingenio & eruditione præstantes fuerunt, qui aliqua sui cura habita, ad extremam senectutem peruenerunt. Eos itaq; quos multa lectione didicimus, perscribemus: ac initiò quidem [o] *Philosophos* [p] *quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abstineret, mortuus est.*

[q] Xeno-

Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν ἡληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ, ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα. ὅν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα ἀναφθέγξασθαι· τί με βοᾷς; καὶ ἑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀπρόσχόμενον τροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ, Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ἐπὶ τῇ χείλους, καὶ ἀπρακαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀπρόσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ, ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα,

q *Xenophilus Musicus, perhibente Aristoxeno, Pythagoricæ philosophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è septem sapientum numero fuerunt, centum annos vnusquisque vixit.* r *Zenon verò Stoicæ philosophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenso pede exclamasse: Quid me vocas? & domum reuersum inedia vitam finîsse.* s *Cleanthes Zenonis discipulus & successor, nouem & nonaginta annos natus, & tuberculum in labijs habuit. Cumq; decreuisset inedia vitam absumere, allatæ sunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum postulatis, iterum cibo abstinens, vita defunctus est. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai physici auditor, vnum & nonaginta annos vixit*

Xeno-

Ξενοκράτης δὲ, Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ πρωτέρας ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος ἦν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ, ὁ Σελευκεὺς, ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ μὲν Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ περιπατητικὸς ὑπὲρ δύο, καὶ ὀγδοήκοντα· Πλάτων μὲν ὁ ἱερώτατος ἦν καὶ ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος Σάνδων Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκτέθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, τετελεύτηκεν ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀφιέρωκε, ὡς ἥρωι. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα Ξενο-

Xenocrates Platonis discipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinq; & octoginta. Chrysippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ sectæ philosophus, duodenonaginta. [t] Posidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philosophus Rhodius, pariter & historicus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta. [u] Plato philosophorum sanctissimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarsensis, qui fuit Cæsaris Augusti præceptor, cuius precibus Tarsis ciuitas vectigalibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria. Huic Tarsensis populus quotannis solennes honores vt heroi persoluit. Nestor verò Stoicus, & hic à Tarso ortum trahens, præceptor Cæsaris Tiberij, duos & nonaginta. Xeno-

phon

φῶν δὲ ὁ Γρύλλου ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. οὗτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι. συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν, ἐν Περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γενόμενος καὶ πολλοὺς βαμάτους ὑπομείνας καὶ τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει. καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις, μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε καὶ Φερεκύδης ὁ Σύρος ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενείτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασανδρεὺς. ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι. τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν· ὡς αὐτὸς ἐν

phon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuêre philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & viginti quatuor annos egressus, inter deambulādum mortuus est, sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis versatus, ac nō paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centesimum, sicut refert Agatharchides libro nono historiæ Asiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad summum vsq; vitæ diem valuerit in colloquijs, & in sensibus ad sanitatem necessarijs non defecerit. Helladicus Lesbius octogintaquinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandræus vltra nonaginta annos vixisse fertur, qui historiam suam quartum & octogesimum annum agens orsus est conscribere, id quod ipse in operis sui princi-

ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν, ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ, ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὅν τινες ὠφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ, τροφῆς δὲ ἀπεσχόμενος, ἐτελεύτησεν· ὅν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονὼς, τὴν πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον· περὶ ἔτη δὲ ἑνὸς ἀπεθέοντα ἑκατὸν γεγονὼς, ὡς ᾔσθετο Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδειον στίχον προσηνέγκατο, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·

Σιδώ=

principio testatur. [x] Polybius autem Lycorta parte genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapsus est, quo casu morbo correptus decessit anno secundo & octogesimo: Porrò [y] Hypsicrates Amisenus historicus, vir in multis disciplinis versatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus [z] Gorgias, quem quidā Sophistam vocant, annum agens octauum & centesimum, inedia vitam finiuit. Hunc interrogatum causam tam longæ senectutis, & valetudinis in omnibus sensibus vigentis, respondisse aiunt, quòd aliorum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonem scripsit A Panegyricum. Iam verò ingressus annum nonagesimumnonum, cùm accepisset Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos, quiritando Euripideum versiculum recitauit, ad seipsum referens:

Sidonis

Σιδῶνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών,

ὡς ἐπαπῶρ, ὡς ἀπολύσαι ἃ Ἔμελλε, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δέ, ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεῖος Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δέ, ὁ ἄλλος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾳγα σφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πρὸς τὸ ἐνενήκοντα βιοὺς ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱοῦ, ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, παρανοίας ἐνεόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως ἂν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκέλευσαν. Κρατῖνος δέ, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς, ἐπὶ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐμβιώσας, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτί-

Sidonis vrbis alta quondam mœnia

Cadmus relinquens.

Quibus cùm adiecisset, fore vt Græcia in seruitutē prolaberetur, è vita decessit. B *Apollodorus aūt rhetor Pergamenus, Cæsaris Augusti in diuos relati præceptor, quem vnà cū Athenodoro Tarsensi bonis disciplinis imbuit, totidem quod Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor nō incelebris, annos nonaginta.* C *Sophocles poëta Tragicus deuorato vuæ acino strangulatus est, cùm egisset annos quinq; & nonaginta. Hic à filio Iophonte sub finem vitæ in ius vocatus, & desipientiæ accusatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd sanæ mentis compos esset. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati sunt, ac filiū in faniæ damnauerūt.* D *Cratinus aūt poëta Comicus septem supra nonaginta annos vixit, atq; sub finem vitæ cùm docuisset fabulam Pytinen-*

νην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῶν Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκει τὸ μὲν ἐπὶ κλίνης κρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρασκευασμένα αὐτῶν σύκα κατεσθίοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα. καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῶν ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ἐπὶ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Επίχαρμος δὲ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ανακρέων δὲ, ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταυτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κεῖος ἀπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ Ερατοσθένης μὲν, ὁ Αγλαοῦ, Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ, ὁ νομοθέτης

nen, eáque victor euasisset, haud ita multò pòst est mortuus. Non dissimiliter quoq; E Philemon Comicus septimum & nonagesimũ annum agens decumbebat in lectulo quiescens: qui cùm vidisset asinum ficus sibi præparatas deuorantem, prolapsus in cachinnos, & accersito famulo, multo & vehementi cum risu præcepit asino merum ad sorbendum dari, atque ita risu suffocatus obijt. F Epicharmus autem & ipse poëta Comicus, septem & nonaginta annos vixisse dicitur. Porrò G Anacreon poëta Lyricus vixit annos H quinque & octoginta. Et I Stesichorus poëta Lyricus totidem. K Simonides Cius supra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum solùm, sed etiam Poëtam meritò quis vocârit, & Philosophum & Geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam L Lycurgus Lacedæmoniorum legum con-

θέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πρώτε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται Τοσούτους ἐδυνήθη μὲν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους ἀθροῖσαι. ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην. καὶ Ρωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακρωβίων ἀναγράψαι, τούτους σοι, θεῶν βουλομένων ἱερώτατε Κυϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

ditor, quinque & octoginta annos vixisse dicitur. Tot impræsentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus sum & Romanorum quosdam longæuos, & Italos, qui ad summam senectutem peruenerunt, perscribere: eos tibi, M Diis volentibus, præstantissime Quintille, in altero libro manifestabimus.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus hoc libello accuratiùs eos, qui diu vixerunt, collegit, atq; temperantiam sanitatis conseruatricem, & longæ senectutis autorem & propagatricem esse, breuiter ostendit: qui profectò est non tam festiuus, quàm vtilis, quòd plures hic subinde recenseantur, qui habita ratione victus, floridi ad ipsam vsque ætatis arcem ascenderint. De hominibus longæuis, qui ante diluuium terræ vniuersale vixerunt, vide in Genesi & Iosepho. Plinius libro 7. cap. 48. aliorum quoque facit mentionem. Sic plerique autores sunt, Galenum Medicum centum & quadraginta annos vixisse, & eum tam in cibo quàm in potu adeò abstinentem fuisse, vt nunquam ad satietatem aut comederit, aut biberit: tum ne crudum quicquam gustasse, odoriferum anhelitum semper spirasse, & sine aliquo morbo sola senectute, quamuis & hæc, vt inquit Comicus, morbus est, viribus defectu obiisse.

a SOMNIVM muneris.] *Exordium à causa.* b Hanc itaque.]

itaque.] *Commendatio scripti ab vtilitate.* c Homerus igitur.] *Homerus in Odysseæ tertio Nestori Pyleorũ regi, quem suo opusculo proposuit, tres ætates attribuit:* τρὶς γὰρ δημὴν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν: id est, *Illum iam exegisse tria hominum secula, fama est. Idem affirmat in* 1. *Iliad. vbi facundiam eius celebrat. Vnde Horatius lib.* 2. *Odar. Od.* 9. *inquit:*

At non ter æuo functus amabilem,
Plorabit omnes Antilochum senex
Annos. —

Vbi Acron interpres Horatij annotauit, Nestorem nonaginta annos vixisse. Nam vnam ætatem triginta annos quondam fecisse. Cicero de Senectute: Videtisne vt apud Homerum sæpissimè Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum viuebat. Vide nostras annotationes in Parasitum. d Facta autem.] *Transitio ad singulos homines, & primùm reges & principes.* e Arganthonius.] *Censorinus libro Diei natalis cap.* 6. *idem scribit. Anacreon poëta centum & quinquaginta annos vixisse Arganthonium, etiam tradit. Vide Plinium, Herodotum & Ciceronem in Catone. Valer. Maximum libro* 8. *cap.* 13. *Tartessus autem olim viuacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius fuit. Est vrbs Baticæ Hispaniæ, ob loci fertilitatem etiam celebris.* f Hieron.] *Theocritus quum hunc Syracusarum, hoc est, ciuitatis suæ principem carmine celebrasset, nulla gratia relata est: quare Eidyllio sexto conqueritur de Hieronis ingratitudine. Hieroclis filius fuit, & extremus Siciliæ tyrannus, qui regnum quidem obtinuit, dux iam anteà declaratus à ciuibus, atque inferiores potestates perdidit, vt tyranni nomen non immeritò sortitus sit. Vide Val. Maximum lib.* 8 *cap.* 12. *Liuium* 24. g Antigonus.] *Alexandri Magni frater fuit, & in regno Macedonico successor. De hoc plura apud Diod. Sicul. & apud Aelian. libr.* 1. *&* 12. h Antipater.] *Sidonius poëta scribit Antipatrem omnibus annis vno die tantum natali correptũ febre, & eo consumptum esse satis longa senecta. Idem scribitur à Valerio & Plinio.* i Ptolemæus.] *Ptolemæus Lagi filius, & eius filius Philadelphus, regnárunt annis ante Christum* 270. *Hic sua munificentia multa præclara ingenia fouit. Eorum tempore vixe-*

runt Theocritus, Bucolici carminis scriptor, & Menander comicus per duodecim ferè annos cum Alexandro in expeditionibus fuit, ac post eius mortem Aegyptum arripuit. k Philadelpho.] Hic secundus fuit Ptolemæus Aegypti rex, qui ex re Philadelphus dictus est, quòd amârit, & in vxorem duxerit sororem, cùm Græcis ἀδελφὴ Latinis soror sonet. Hinc Lucianus in Icaromenippo: Ptolemæum vidi, inquit, cum sororem habentem. Philosophi Stratonis discipulus fuit, ipse quoque, deinceps doctissimus, qui & Alexandriæ copiosissimam bibliothecam instituit, in qua fuerunt librorum quinquies centena millia, cuius etiam cura sacri Bibliorum libri per septuaginta Interpretes, ex Hebræorũ sermone sunt in Græcũ translati. Cætera petantur ex Iustini lib. 5. l Mithridates rex Ponti.] Linguarum interpres, de cuius ingenti memoria meminit Plinius lib. 7. cap. 24. Is quotidie venenum bibisse dicitur, de cuius laude idem Plinius lib. 25. cap. 20. Huius res gestæ Iustini libro 38. continentur. m Cambyses.] Paternæ crudelitatis administer fuit, Aegyptiorum templa dirui iussit, de quo Iustinus lib. 2. n Artaxerxes.] Darius Persarum rex moriens, duos reliquit filios, Artaxerxem, qui vocatur Mnemon, & Cyrum iuniorem. inter hos fratres excitatum fuit bellum, in quo Cyrus interfectus est. Vide Plutarchum in Artaxerxe. o Philosophos.] Vitæ spatium octoginta & amplius annorum his potissimùm concessum est, qui corpore & animo valeant, vt Platoni, Dionysio Heracleotæ, Diogeni Cynico, Eratostheni & Xenocrati Platonico. Qui verò centesimum & amplius attigerint, Carneades, à quo tertia Academia est, quæ dicitur noua, cum aliis plerisque memorantur. p Quorum Democritus Abderit.] Democritum, cùm centum & nouem annos vixisset, primò mortem propinquam dies aliquot nidore panum retardasse, deinde sponte sua mortem oppetisse traditum est, de quo Lucretius libro 3. q Xenophilus.] Plinius lib. 7. cap. 50. Valer. Maximus lib. 8. cap. 12 r Zeno Stoicæ philosophiæ.] Zeno Citticus, & Laërtius testatur, tum in victu, tum in voluptatibus veneris vsq; adeò patiens ac parcus fuit, vt crudis duntaxat vesceretur, ac pallio prætenui tegeretur. Hinc in vulgi sermonẽ abijt: Zenone, temperantior. s Cleanthes

tam multis reumctus mem-
bris, sinistra grauata per sin-
gulos digitos? imò verò ex-
cedit numerus, & necesse e-
rit etiam dextram ferendo
oneri succedere. Atqui vno ad hoc necessario maximè opus
est,

ὅ, πάνσοφα μωραίνοντα, πλὴν τοσοῦτον τῆς τοιαύτης ὑβρύσεως ἀφεῖσας· ἢ τοῦτο μὲν καὶ ὁ ἐλλέβορος, ἱκανὸς ποιῆσαι, λωρότερος καὶ πραότερος. Τί. ἀλλὰ πάντως, ὦ Λυκῖνε, καὶ αὐτὸς εὔξῃ τι ἤδη ποτὲ, ὡς ἂν μάθωμεν, οἷα αἰτήσεις ἀνεπίληπτα καὶ ἀνεγκλητα, ὁ συνοφαντῶν τοὺς ἄλλους. Λυ. ἀπ' ὀλίγου μοι δοκῆς ἐγὼ. ἥκομεν γὰρ ἤδη πρὸς τὸ Δίπυλον, καὶ ὁ βέλτιστος οὗτος Σάμιππος, ἀμφὶ Βαβυλῶνα μονομαχῶν. καὶ σύ, ὦ Τιμόλαε, ἀεὶ σῶν μὲν ἐν Σπάρτῃ, λαπτῶν δὲ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ οἷς ἐμοὶ ἐπιβάλλοντα σκόλιοις ἀσχολήσασθε, καλῶς ποιοῦντες· ἄλλως τε ὅτι ἂν ἀφέλωμεν, πλουτήσας ἐπ' ὀλίγον, ἐπιλοιπόν τινα πλοῦν, ἀναθλῶσαι μετ' ὀλίγον, ψυχῇ τῇ μάλιστα ἡδίων, οἷα ὑμᾶς πάσχειν μετ' ὀλίγον, ἐπιδαψιλεύσασθαι μονίαν ὑμῖν, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος οἴχεται ἀφαλόμενος, αὐτοῖ

est qui te indutum à stultitia cohibeat, multa ista insolentia detersa: aut an hoc quidem etiam Elleborus abunde poterit, meracior videlicet hausus? TIMO. At prorsus, Lycine, etiam ipse optabis tandem iam aliquid quò discamus qualia tu postulaturus sis, irreprehensibilia videlicet, & quæ accusari nequeant, quādoquidem cæteros calumniaris omnes. LYC. At non opus habeo voto ego. Venimus enim iam ad Dipylum, & optimus hic Samippus, dum circa Babylonem singulari prælio dimicat, & tu, Timolaë, dum in Syria quidem prandes, in Italia autem cœnas, etiam ea studia quæ ad me pertinebant, absumpsistis: reclè sanè facientes, præsertim cùm non in breue tempus ditescere opulentia quadam quasi subuentanea, deinde post paulum mœrore affici, dum nudam aliquam massam panis comedam: quale vobis non multò post accidet, postquam felicitas quidem ista vobis multæque diuitiæ auolantes euanescent,

αὐτοὶ δὲ καταβάντες ἀπὸ τῶν θησαυρῶν τε καὶ διαδημάτων ὥσπερ ἐξ ἡδίστου ὀνείρατος ἀνεγρόμενοι, ἀνόμοια τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας εὑρίσκητε, ὥσπερ οἱ τοὺς βασιλεῖς ἑποκρινόμενοι τραγῳδοὶ, ἐξελθόντες ἀπὸ τοῦ θεάτρου, λιμώττοντες οἱ πολλοὶ, καὶ ταῦτα πρὸ ὀλίγου Αγαμέμνοντες ὄντες, ἢ Κρέοντες. λυπήσεσθε οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς καὶ δυσάρεστοι ἔσεσθε τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ μάλιστα σὺ, ὦ Τιμόλαε, ὁπόταν δέῃ σε τὸ αὐτὸ παθεῖν τῷ Ἰκάρῳ, τῆς πτερώσεως διαλυθείσης, καταπεσόντα ἐκ τῆς οὐρανοῦ, χαμαὶ βαδίζειν, ἀπολέσαντα τοὺς δακτυλίους ἐκείνους ἅπαντας, ἀποῤῥυέντας τῶν δακτύλων. ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο ἱκανὸν, ἀντὶ πάντων θυσαυρῶν, καὶ Βαβυλῶνος αὐτοῦς, τὸ γελάσαι μάλα ἡδέως, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἡ τήσατε, τοιούτοις οὖσι, καὶ ταῦτα, φιλοσοφίαν ἐπαινοῦντες.

ipsi autem digressi à thesauris & diadematibus istis tanquam ex suauissimo aliquo somnio excitati, domi dissimilia omnia reperietis, perinde vt histriones regum personas agẽtes, qui ex theatro regredientes, plerique fame conficiuntur, idque cùm paulò ante Agamemnones aut Creontes fuerint Mœrore igitur afficiemini, vti cõsentaneum est, ægroque animo ea quæ domi vobis sunt aspicietis, & maximè tu Timolaë, quando necesse tibi erit idem pati quod Icarus olim, vt soluta videlicet pennarum textura de cœlo delapsus, humi incedere cogaris amissis annulis illis omnibus, vltrò de digitis affluẽtibus. Mihi verò etiam hoc abundè satis erit, pro omnibus thesauris, ipsaque adeò Babylone suauiter admodum ridere ea ad quæ vos optâstis, tam præclara scilicet, & hoc, cùm ipsi philosophiam laudetis.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

Hic impias & stultas hominum preces atq; vota ridet. Colloquium ex medijs Academiæ spatijs desumptũ est. Sic enim Plato in Alcibiade secundo Socratem suum cum Alcibiade ad sacrificium proficiscentem de votis disputantem facit. Quid autẽ potissimum à dijs sit flagitandum, docet Seneca in Epist. & Pers. in 2. Satyr.

a COMA autem.] *Quòd dedecori fuerit, ingenuum comã alere, ostendit Lycinius.* *b* Aegyptiacæ.] *Apud Aegyptios pueri omnes ingenui crines gerebant intortos, ad pubertatis vsq; annos: deinde tondebantur.* *c* Pallenæ.] *Pagus Atticus.*

d Crobyli.] *Est autem crobylus crinium plexus, in acumen desinens, de quo Thucydides in primo. Sunt qui accipiunt pro ipso reticulo comam constringente. Plutarchus in libello de tacente Pythia, loquens de oraculis, vbi sacerdotes antiquitùs in aureos crobylos capillicium frangebant:* Δι' ὦ θεοῦ, inquit, τὸ περιττὸν ἡ χρεία κροβύλους τε χρυσοῦς ἀφήρητο, καὶ ξυστίδας μαλακὰς ἀπεμφιάζε, καί τε καὶ κόμην σοβαρωτέραν ἀπόκειρε. *i. Vsus superfluitatẽ nimiam abolens, aureos crobylos reiecit, & fastuosiorem comæ syluam detondit. Vsus est hac voce Q. Septimius Florens, lib. de velandis Virginibus: Debebunt, inquit, etiam & ipsi sibi aliqua insignia defendere, aut pennas Garamantium, aut crobylos Barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum. Theophylactus Scholasticus in epistola quadam:* κροβύλῳ, inquit, τέττιγι ὁ Γοργίας σεμνύνεται μήπω τοῖς ἰούλοις κατασκιάσας τὸ πρόσωπον: id est, *Crobylo & cicada superbit Gorgias, nondum inumbrante malas lanugine. Cæterùm cicadas, quarum est crebra apud authores mentio, aureas crinibus innodabant Athenienses: ostendere volentes eo argumento, indignos sese. De his Thucydides initio historiæ de Atheniensibus loquens, Philostratus lib. 2. Helladicon. Greg. Nazianzenus:*

Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὑπὲρ υἱέα γαίης
πηγενεὲς—
Cecropidæ indigenæ natam tellure cicadam
Innodant cirris—.

Quem morem expressit in Ciri Virg. de Nilo Pandionide loquēs.

Aurea solenni comptum quem fibula ritu
Mosopio, tereti nectebat dente cicadæ.

e Thucydides.] *Locus Thucydidis est in 1. vbi de colonijs Ionum tradit* τῶν κεραιάκων ἐπιλημμάτων. *f* Aureum anserculum.] *Cheniscum. Grammatici Græci, Cheni cum scribunt lignum esse in puppi seu prora, ex quo anchoræ suspendantur. Phauorinus: Cheniscus, inquit, pars est cui appenduntur anchoræ, quæ & carinæ nauis est principium. Sunt & qui puppis potius principium dicant, ad quam epotides nauis connectuntur. Sed vtcunque sit, Cheniscus dictus est, quoniam nauium artifices eam partem in anserini capitis formam effingunt, ponuntque in summo nauis, fortè quod vel nauigium in eius speciem & similitudinem formant, vel potius boni augurij causa, tanquam immersibilis nauis sit, vt auis illa quæ fluctus enatet. Hactenus ille, quod ex antiquis scriptoribus collegit. Vide Bayfium de nauium partibus & L. Gregorium Gyrardum de Nauigijs cap. 12. de nauium instrumentis armamentisve. Cheniſci meminit Artemidorus lib. 2.* ὀνειροκριτικῶν. *Lucianus noster in fine veræ historiæ: Cheniscus, inquit, qui ad puppim erat, pennatus apparuit & exclamauit, &c.* g Cognominem naui deam Isidem.] *Habes hinc inde signum deæ Isidis nauis cognomentum. Meminit & huius Isidis nauis Placiades Fulgentius in mythologico, & Apuleius tribus in locis.* h Parasius color.] *forsasse quali Parasius vsus fuit.* i Dioscurorum.] *Id est geminorum, ita Græcis appellantur Castor & Pollux nauigantium numina: quorum beneficia in tempestatibus maris, & certaminibus equestribus Theocritus Eidillio 27. commemorat. De stellis Castoribus vide Plinium lib. 2. cap. 37.* k Proinde.] *Planius: quod maximè in promptu, vel quod in ore est omnibus.* l Cōmunis.] Græc. κοινὸν Ἑρμῆν: id est, *communem Mercurium dixerunt, quòd multa in vita inuenerit. Sunt enim, qui dicunt, eum præstigiatorum artem excogitasse, & rebus nomina imposuisse, & verba in ordinem redegisse, deorum cultum & sacra instituisse, astrorum & siderum cursus obseruasse, numerosque excogitasse & medicinam & chelym:* id est, *testudinem: sed & fidium tres voces, acutam, grauem,*

grauem, & mediam. Sed & eodem nomine appellârunt Aristides, Plutarchus, Hesychius & Phurnutus. Vnde in prouerbium exijt κακὸς Ἑρμῆς, de ijs qui aliquid commune inuenerunt, quod & Erasmus meus annotauit. m Mercurius quæstuosus.] κερδῶος quasi lucripeta vel quæstuarius ἀπὸ τῆς κέρδους, eò quòd lucris præsit. Inde Agoreus à Cornuto dicitur in mythologijs, quasi forensis. Quæstorius à Budæo sub finem libri primi de contemptu rerum fortuitarum à quærendo dictus. Est enim Mercurius à mercium cura dictus. In Pseudologista dicitur Logius. In Apologia pro Mercede conductis, eloquentiæ præses dicitur. Græci etiam vocant κτήσιον. Est enim κτήσιος Ζεὺς qui in æraijs & quæstorijs dicatus erat, quasi fortunator, & quæstorius, & quasi lucripetis propitius. Εμπολαῖον καὶ ἐμπορεῖον dictum esse antea monuimus, quinetiam lucræ & thesauri, qui præter expectationem contingunt, ἐρμαια καὶ ἑρμαῖα vocantur, quomodo in Sophistis Philostratus, Phurnutus in Mercurio affirmant, & Erasmus in prouerbio Mercuriali, Quin & de inuentis & thesauris principem Mercurium facere soliti erant, cui idibus Maij rem diuinam faciebant (ait Macrobius) quin, vt ait Martialis: Maiæ Mercurium creâstis Idus. n Delphines.] Vide quæ de eorum naturâ in Dialogo Neptuni & Delphinum annotauimus, in quo plura exempla referuntur. o Citharœdum quempiam.] Arionem intelligit nobilem illum citharœdum, qui quum ex Italia, vbi ingentem pecuniæ vim arte suâ meruerat, Corinthum trajiceret, videretque à nautis, qui opibus suis inhiabant, sibi insidias strui, nonnihil ab alijs sibi concedi postulauit, quo veluti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi carmen orthium dijs marinis cecinit, quo peracto, se in mare præcipitem dedit, statimque à Delphino exceptus ad Tenarum Laconiæ promontorium est peruectus, & exemptus à periculo. p Puerum mortuum.] Melicertum Inus & Athamantis Thebarum regis filium, cum quo mater, quum virum videret furere, in mare se præcipitauit. q Deseris ordinem.] Pœna capitalis erat, qui locum ab Imperatore datum deseruisset. Vnde & desertoris vocabulum apud militares homines ignominiosissimũ. Plato lib. de Leg. 12.

iubet τὸν καταλελειπότα τὴν φρουρὰν. i. qui excubias deseruisset, in foro palàm describi, infamiæ notæq; causa: tanquã is quod in ipso erat, Rempub. prodiderit, loco relicto. r Non illos annulos.] Priscorum superstitio plurimũ tribuit annulorũ efficaciæ, ita vt venditarentur incantamẽtis variè efficaces, alij contra morsus ferarũ, alij aduersus calumniã: alij ad alia, vel depellenda incõmoda, vel cõmoda concilianda ijs q gestarẽt. Aristoph. in Pluto: φορῷ γὰρ τριάμενος τὸν δακτύλιον. i. quãdo gesto hunc annulum. Hũc quidẽ φαρμακίτην καὶ φυσικὸν appellant. Tales annulos Timolaus cõplures sibi optat hic, & quales habebat Gyges: alium q ditesceret, aliũ quo gratus & amabilis redderetur, aliũ per quẽ liceret volare, &c. Quidã huiusmodi annulos construendos docẽt, quãdo stella aliqua ascendit fortunata, & à luna fœliciter aspecta, vel cũ ea iuncta, tumq; lapidẽ herbamq; huic stellæ subditã, capiendã præcipiunt, huicq; metallũ cõforme: q̃ libenter vt nugas prætereo. s Extra teli iactũ.] hoc est, in tuto citraq; periculũ. Optat enim pennas, vt è sublimi spectare possit dimicãtes, ipse tutus à iaculis Translatũ est à bellis, vbi q nolunt feriri iaculis longiùs semouẽt sese, q̃ vt possint contingi iactu teli, aut in loco à iaculis defenso se continẽt. Quod frequens est apud eundẽ Lucianum, ac eo vsus est in dialogis, Cyclopis & Neptuni, Veneris & Cupidinis. In Nigrino. Contrà apud eundem in Baccho, obnoxius periculo dicitur ἐντὸς τοῦ βέλους. i. intra teli iactum.

ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗσια. DEORVM CONcilium.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

RVrsum hoc loco Lucianus deorum gentiliũ vanitatem atq; stultitiã more suo deridet: hominũq; superstitionẽ tacitè reprehendit, qui ridicula adeò atq; absurda de illis sibi ipsis persuadeant ac credãt. Est aũt festiua quædã imitatio, qua exemplũ Atheniensis reipub. cõcilium Deorum haberi fingit, super ijs videlicet q ceu nothi ac peregrini in ciuitatem ac cœtũ deorũ irrepsissent. Accusatoris igitur vicẽ Momus generalis deorũ cæterorũ sugillator suscipit: q principiò quidẽ cõmuni nomine in eos q partim ex dijs, partim ex hominib. nati, in cœlũ

recepti

recepti fuerant, tanquam nothos ac peregrinos inuehitur. Præcipuè verò Dionysiũ accusat, vt q non solùm ipso aduentitius in cœlo sit, verùm etiã alios quosdam barbaros & informes, numeroq; deorũ prorsus indignos secũ introduxerit. Atq; huius rei tanquam auctorẽ & causam Iouem quoq; in crimẽ vocat, q is cũ mulieribus mortalibus nũc hac, nũc illa specie trãsformatus concũbat, ac postea ex illis procreatos liberos inter deos referat, & in cœlo collocet. Itaq; iam illius exemplo etiam deas cũ viris hominib. cõgredi cœpisse, ac liberos ex ijsdẽ sustulisse. Secũdo aũt loco eos q & Barbari, & ex solis hominibus procreati, pro dijs haberẽtur, insectatur, illorũ indignitatẽ, cùm ob personarum ac linguę fœditatẽ, tum ob ea quæ ex eo q in cœlũ recepti essent, consecuta sint, exaggerans. Inter quos præcipuè Aegyptiorũ absurditatem persequitur, quorũ alij canũ, alij boum, alij aliorum turpium atq; brutorũ animantium specie colerẽtur. Postremò etiã philosophorum illa plausibilia ac vulgò iactata nomina arripit, puta Virtutẽ, Fatũ Naturam, &c. vt quæ nõ noua ac peregrina sint, sed ne vsquã quidẽ existant. Quo loco & temporũ suorũ vitia, & philosophorum vanitatẽ simul notãsse videtur, vt qui verbis quidẽ multa de virtute iactãrint, ipso aũt opere quiduis potius quàm virtutẽ & honestatẽ præstiterint. Quòd aũt fati & naturæ quoq; meminit, eò pertinet, quòd cultus deorũ paulatim sublatus fuit, quando homines à philosophis edocti, fato quodã & naturali rerum ordine ac serie, non deorum benignitate fieri ac geri omnia, opinari cœperunt. Atq; ad hunc modum accusatione sua peracta, Momus decretum quoq; à se compositum proponit ac recitat, quo ipso quoq; ad exemplum Athenienſium psophismatum, qualia multa temporibus Demosthenis, & paulò suprà quoque facta sunt, effecto, iubentur dij cognitiones diuinitatis & originis quisq; suæ ad proximũ concilium afferre, vt qui peregrini & aduentitij reperti fuerint, è cœtu ac ciuitate deorum remoueantur.

ΖΗΝΟΣ, ΕΡΜΟΥ καὶ Μώμου.

IVPITER, MERcurius & Momus.



Ηκέτι τοῦθ' οἷός τε ἦν, ὦ θεοί, μηδὲ καλὰ γωνίας συρφετὸν ὄντας, καὶ τοῖς ἀλλοίοις λοιποὶ λοιγαθῆναι ἀναγκαίως ἔχοντες, εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τοῦ συμποσίου· ἀλλ' ἐπειδὴ ἅπαξ ἐδόκει ταῦτα περὶ τούτων ἐκκλησία, λέγετω ἕκας ὅτι τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντά οἱ, καὶ λατὴ ὁρέτω. σὺ δὲ κήρυκι, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα. ὁ δὲ ἐκήρυττε. Ερ. ἄκουε, σίγα· τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστιν, ἢ δὲ σκέψις περὶ τῶν μετοίκων καὶ ξένων. Μῶ. ἐγὼ ὁ Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἰ μοι ἐπιτρέψας εἰπεῖν. Ζεύς. τὸ κήρυγμα ἤδη ἐφέπεται, ὡς τε δὴν ἐμοῦ λύσου. Μῶ. φαμὶ δεῖναι παρὰ ποιεῖν ἐνίους ἡμῶν, οἷς οὐκ ἀπόχρη θεοὺς ἐξ



E POSThac clanculũ consusurretis, ô Superi, neq; ad angulos cõuersi, in aurem alter cum altero colloquamini, indignãtes multos parùm dignos nostri sympotij esse participes: verùm posteaquam coactum est concilium, quisque propalàm in medium suam adferat sententiam, & quæ accusatione digna sunt accuset. Cæterùm, Mercuri, præconium illud ex lege clara voce promulgato. MER. Arrige aures, vocem comprime: Quis ex dijs senioribus & perfectis, quibus permissum est, in concione verba facere vult? Ipsa deliberatio de inquilinis & hospitibus futura est. MO. Ego Momus, ô Iupiter, si fandi copiam mihi feceris. IV. Iam ipso præconio loquendi libertas tibi facta est: itaque meo permissu nihil opus est. MO. Aio itaque nonnullos nostrùm vitiosè & improbè facere, quibus non satis est semet

ἐξ ἀνθρώπων αὐτοὺς γεγενῆσθαι, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀκολούθους καὶ θεράποντας αὐτῶν ἰσοτίμους ἡμῖν ἀπεφανοῦσιν, οὐδὲν μέγα, οὐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσασθαι. ἀξιῶ δὲ, ὦ Ζεῦ, μετὰ παῤῥησίας μοι δοῦναι εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως διυναίμην. ἀλλὰ πάντες με ἴσασιν, ὡς ἐλεύτερός εἰμι τὴν γλῶτταν, καὶ οὐδὲν ἂν κατασιωπήσαιμι τῶν οὐ καλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα, καὶ λέγω τὰ δοκοῦντά μοι ἐς τὸ φανερὸν, οὔτε δεδιώς τινα, οὔτε ὑπ' αἰδοῦς ἐπικαλύπτων τὴν γνώμην, ὥς τε καὶ ἐπαλθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὴν φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἔξεστι, καὶ κεκήρυκται, καὶ σὺ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξουσίαν εἰπεῖν, οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἐρῶ. πολ-

semet deos ex hominibus factos esse, nisi suos quoque pedisequos & famulos nobis honore pares esse ostenderint. qua in re nil magnum aut iuuenile se fecisse existimant. Volo verò, ô Iupiter, vt interrita loquendi libertas mihi concessa sit. Neque enim aliter, quæ sentio, effari possim. Sed me omnes ex æquo nouerunt, quàm liberæ linguæ deus sim, & quàm nihil eorum quæ parùm honestè & decorè fiunt, reticere soleam. Etenim omnia in reprehensionem rapio, ac propalàm, quæ mihi optimè aut secus facta videntur, proloquor, neque reformidans cuiusquam auctoritatem neque præ verecundia sententiam meam concelans. Quapropter & onerosus multis esse videor, & natura sycophanticus, dum popularis quispiam & communis omnium accusator ab illis vocor. Sedenim posteaquam licitum est atque ita iam proclamatum, & tu Iupiter cum libertate loquendi facultatem mihi concesseris, nihil dissimulanter tacitum aut præteritum dicturus sum.

πολλοὶ γάρ, φημι, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων, καὶ εὐωχοῦνται ἐπ' ἴσης, καὶ ταῦτα, θνητοὶ ἐξ ἡμισείας ὄντες, ἔτι καὶ τοὺς ὑπηρέτας καὶ θιασώτας τοὺς αὐτῶν ἀνήγαγον ἐς τὸν οὐρανὸν, καὶ παρενέγραψαν. καὶ νῦν ἐπ' ἴσης διανομάς τε νέμονται, καὶ θυσιῶν μετέχουσιν, οὐδὲ καταβαλόντες ἡμῖν τὸ μετοίκιον. Ζεύς, μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην λέγε, πεσιθεὶς καὶ τοὔνομα· νῦν γὰρ ἐς τὸ μέσον ἀπεῤῥίπται σοι ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζειν, καὶ ἐφερμόζειν ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. χρὴ δὲ παῤῥησιαστὴν ὄντα, μηδὲν ὀκνεῖν λέγειν. Μῶ. εὖγε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ποιεῖς γὰρ τῶ βασιλικὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ μεγαλόφρου, ὥς τε ἐρῶ καὶ

Multi sunt, inquam, non contenti quòd ipsi in deorum concilium admissi, nostri contubernij sint participes, quodq; pari sorte nobiscum conuiuantur, præsertim cùm ex dimidio homines eos esse constet: adhuc etiam ministros suos & chori in socios cœlum subduxerunt, eosq; duos fecerunt adscriptitios: & nunc æqualem cum alijs distributionem auferunt, & sacrificiorum consortes sunt, neque pensionem in inquilinos constitutam nobis persoluentes. IVPIT. *Ne quid obscuris ambagibus inuoluas, ô Mome, verùm perspicuè & dilucidè, quæ sentis eloquere, additis quoque nominibus. Iam enim in medium ita oratio tibi proiecta est, vt multos pariter in suspicionem rapiamus, ac alium alio modo tuis dictis obnoxium insimulemus. Oportet verò liberum concionatorem nihil ob metum reticere.* MO. *Euge, ô Iupiter, quandoquidem me ad linguæ libertatem cohortaris, fit verò hoc abs te animo prorsus regio & magnifico: proinde nominatim quoque tuo iussu*

καὶ τὸνομα. ὁ γὰρ γενναιότατος Διόνυσος, ἡμάνθρωπος ὤν, οὐκ ἔκλω μητρόθεν, ἀλλὰ συροφοινικός τις ἐστὶν ἐμπόρου, τῆς Κάδμου θυγατρὸς ἐπιπαρεξιούσης τῆς ἀθανασίας, οἷος μὲν αὐτός ἐστιν οὐκ ἐρῶ, οὔτε τοῦ μίτρας ἔτι τοῦ μίτρου ἔτι τὸ βάδισμα πάντες γὰρ, οἶμαι, ὁρᾶτε, ὡς θῆλυς, καὶ γυναικεῖος τοῦ φύσει, ἡμιμανὴς, ἀκράτου ἐωθὼς ἀφυήσας. ὁ δὲ καὶ ὅλην φρασίαν ἀσπούδαστον ἡμῖν, καὶ τὸ χερὸν ἐπαγόμενος πάρεστι, καὶ θοὸς ἀπέρχεται, τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σιληνὸν, καὶ Σατύρους, ἀγροίκους τινὰς, καὶ ἀπόλους τοὺς πολλοὺς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς μορφὰς ἀμοκότους· ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐς ἡμισείας ἐς τὸ κάτω ἀγριοικὸς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγον πάνυ διαφέρων ἐστίν· ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τοῦ ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, βάρβαρόν τε ἀνατρέφων, καὶ βαθὺν τὸν γένειον, ἀπὸ τράγου διαφέρων ἐστίν· ὁ δὲ τρίτος γέρων, σιμὸς τοῦ ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος,

su eosdem perstringam. Ille enim generosissimus Dionysus, semihomo existens, neque à materna stirpe Græcus, sed Syrophœniceis cuiuspiam Mercatoris, nempe Cadmi nepos, postea quam immortalitate donatus est, cuiusmodi quidem ille sit, non dico, neq; mitram, neq; ebrietatem neq; errantem eius incessum vituperabo. Omnes enim, vt opinor, videtis quàm mollis sit & effœminatus delicijs, dimidio insaniens, statim à summo mane merum spirans. Ille verò totam fratriam nobis induxit, & toto choro adducto præstò est, deosq; declarauit & Panа, & Silenum, & Satyros, agrestes quospiam & caprarios permultos homines saltationi deditos, & forma monstrosa spectabiles: quorum hic quidem gerens cornua, [a] dimidia parte corporis capram referens, barbamq; profundam nutriens, parùm abhirco discrepat: alter verò [b] senex caluitio & simis naribus deformatus, plurimùm super asinum inequitans, gene-

ὀχούμενος, Λυδὸς οὗτος. οἱ δὲ Σάτυροι, ὀξεῖς τὰ ὦτα καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράσται, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ἐπιφύεται, Φρύγες τινὲς ὄντες. ἔχουσι δὲ καὶ οὐρὰς ἅπαντες· ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ γεννάδας; εἶτα θαυμάζομεν, εἰ καταφρονοῦσιν ἡμῶν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες οὕτω γελοίους θεοὺς, καὶ τεραστίους. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ δύω γυναῖκας ἀνήγαγε, τὴν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτοῦ, τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν στέφανον ἐγκατέλεξε τῶν τῶν ἀστέρων χορῷ, τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. καὶ ὃ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοὶ, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν, ὡς μὴ ἀνιῷτο ἡ παῖς εἰ μὴ ἔξει ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο, καὶ ὅπερ ἠγάπα κυνίδιον. ταῦτα οὐχ ὕβρεις ὑμῖν δοκεῖ, καὶ παροινία καὶ γέλως; ἀκούσατε δ' οὖν καὶ ἄλλους. ζεύς. μηδὲν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ μήτε περὶ Ἡρακλέους· ὁρῶ γὰρ, οἱ

genere Lydus est. Cæterùm [c] Satyri acutis auribus, & ipsi calui & cornigeri, qualia ferè hœdis nuper natis excrescunt cornua, Phryges quidam existentes. Sunt verò caudati omnes. Videte cuiusmodi deos nobis facit generosus ille. Mitto enim dicere quòd & duas mulieres adduxerit, alteram amicam suam existentem, nempe [d] Ariadnen, cuius etiam coronam stellarum choro annumeratam addidit: alteram verò Icari agricolæ filiam. Et quod omnium est ridiculosissimum, ô Superi, Erigones quoq; canem illum adduxit, ne tristitia afficeretur puella, si familiarem suũ in cœlo non haberet, & eam quam in delicijs habuit caniculam. Hæc verò non videntur nobis esse contumeliosa, quæq; nec insania nec risu careant? Audite etiam alios IVPIT. [e] Caue Mome, quicquam dixeris aut de Aesculapio, aut de Hercule. Video enim quò

ora-

φέρῃ ὦ Πόλεμε. οὐδὲν γάρ, ὁ μὲν αὐτῶν ἰᾶται, καὶ ἀπέπαυσεν ἐκτῶν νόσων, καὶ ἔστι ποτὲ ἀνάξιος θεῶν ἄκων· ὁ δὲ Ἡρακλῆς, ὑὸς ὢν ἐμὸς, ἐκ πολλῶν πόνων ἐπρίατο τὴν ἀθανασίαν, ὥστε μὴ λοιδορεῖ αὐτῶν. ΜΟ. Οὐκοῦν ἐπαινέσομαί σε, ὦ Ζεῦ, ποτὰ ἐπαῖρ ἔχων, καίτοι ἐμοῦ γε ἄλλο, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τὸ πυρός· ἐὰν δὲ ἐξῇ καὶ πρὸς αὐτόν σε τὴν παρρησίαν χρῆσθαι, ποτὰ ἂν ἔχον ἐπαῖρ. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν πρὸς ἐμὲ ἔξεστι μάλιστα. ΜΩΜ. Σὺ δ' ὅρα μὴ ξυρίας διώκεις; ΜΩ. Ἐν Κρήτῃ μὲν ὁ μόνον τοῦτο ἀκοῦσαί ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἀλλότι περὶ σοῦ λέγουσι, καὶ τάφον ἐπιδεικνύουσιν· ἐγὼ δὲ ὅτι ἐκείνοις πείθομαι, ὅτι Ἀχαιῶν Αἰγινῆται ἀποβολιμαῖόν σε ἂν φάσκουσιν. ἃ δὲ μάλιστα ἐλεγχθῆναι δεῖν ἡγοῦμαι, ταῦτα ἐρῶ. πολὺ γάρ τοι ἀρχαῖον τοιούτων

orationis tuæ impetu rapiaris. Etenim horum alter agit medicum, & ægrotos morbis leuat, estq; planè multis alijs anteferendus. At Hercules filius meus existens non paucis laboribus immortalitatem adeptus est. Itaque caue ne hosce accuses temerè. MO. In tuì quidem gratiam tacebo, ô Iupiter, etsi multa dicenda habeam: atque si nihil aliud, adhuc tamen signa igne inusta in corpore retinent. Porrò si liceret & aduersum te dicendi libertate vti, multa haberem quæ posim oratione reprehendere. IVPIT. Atqui in me maximè tibi licet dicere. Nunquid igitur & me vt deum inquisitum in ius vocas? MO. Equidem [f] in Creta non tantùm hoc audire licet: verùm aliud quoque de te dictitant, atque etiam sepulchrum tuum commonstrant hospitibus. Ego verò neque illis fidem habeo, neque ex Achiuorum numero Aeginensibus subditicium te esse affirmantibus. Cæterùm quæ cumprimis reprehensione digna sunt, ea in medium adducam. Enumero horum deli-

ζιότων παρανομημάτων, ἢ πλὴν αἰτίαν τὸ νοθευθῆναι ἡμῶν τὸ ξωνίδιον σὺ, ὦ Ζεῦ, παρέσχες, θνητὰς ἐπιμιγνύμενος, καὶ διατὶ ἀν ἀπὸ ταύτας, ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ σχήματι, ὡς τὴν ἡμᾶς λελήθοιμι, μή σε καταβύθῃ τις ξυλλαβὼν, ὁπότ' ἂν ταῦρος ἦς, ἢ τῶν χρυσοχόων τις διατεργάσηται χρυσὸν ὄντα, καὶ ἀντὶ Διὸς, ἢ ὅρμον ἢ ψέλιον ἢ ἐνώτιον ἡμῖν γένῃ. πλὴν ἀλλὰ ἐμπέπλεκάς γε τὸν οὐρανὸν τῶν ἡμιθέων τούτων· ἐγὼ γὰρ ἄλλως οἶμαι. καὶ τὸ πρᾶγμα γελοιότατόν ἐστιν, ὁπότ' ἄν τις ἄφνω ἀκούσῃ, ὅτι ὁ Ἡρακλῆς μὲν θεὸς ἀπελέλεκται, ὁ δὲ Εὐρυσθεὺς, ὃς ἐπέταττεν αὐτῷ, τέθνηκε. καὶ πλησίον Ἡρακλέους κεῖται, οἰκέτου ὄντος, καὶ Εὐρυσθέως τάφος, τοῦ δεσπότου αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐν Θήβαις, Διόνυσος μὲν θεὸς, οἱ δ' ἀνεψιοὶ αὐτοῦ, ὁ Πενθεὺς καὶ

delictorum principij, & conciliij nostri nothorum multitudine & adulterandi, causam tu Iupiter adeò primus induxisti, cum puellis ac mulieribus mortalis conditionis rem habere sustinens, ac alio subinde habitu ad eas deserto cœlo descendens. Itaque persæpe in metu sumus, ne quis te comprehensum sacrificet, quoties taurus factus es: aut quispiam ex aurifusoribus te conflatum perimat, quoties auri speciem indueris, ac nobis pro Ioue aut segmentum, aut armilla aut inauris factus fueris. Sedenim hisce semideis cœlum iam compleuisti: neque aliter possum dicere. Est q̃ res planè absurdissima, si quis ex improuiso audierit Herculem in deorum numerum esse assumptum, Euryst heum autem qui illi imperauit, satis functum esse. Et Herculis templum cerni in proximo ministri existentis. Eurystheï verò illius domini sepulchrum. Et rursus ex Thebanis Dionysus, deus factus est: eius autem consobrini, nimirum Pentheus,

καὶ ὁ Ακταίων καὶ ὁ Λέαρχος, ἀνθρώπων ἁπάντων κακοδαιμονέστατοι. ἀφ' οὗ δὲ ἅπαξ σύ, ὦ Ζεῦ, ἀνέωξας τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας, καὶ ἐπὶ τὰς θνητὰς ἐτράπου, ἅπαντες μεμίμηνταί σε. καὶ οὐχὶ ἄρρενες μόνον, ἀλλ' ὅπερ αἴσχιστον, καὶ αἱ θήλειαι θεαί· τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Αγχίσην καὶ τὸν Τιθωνὸν, καὶ τὸν Ενδυμίωνα καὶ τὸν Ιάσωνα, καὶ τοὺς ἄλλους: ὥς τε ταῦτα ἐὰν ἐάσειν μοι δοκῶ· μακρὸν γὰρ ἂν τὸ διελέγχειν γένοιτο. Ζεύς· μηδὲν περὶ τοῦ Γανυμήδους, ὦ Μῶμε, εἴπῃς· χαλεπανῶ γὰρ, εἰ λυπήσεις τὸ μειράκιον, ὀνειδίσας ἐς τὸ γένος. Μῶ. οὐκοῦν μηδὲ περὶ τοῦ ἀετοῦ εἴπω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, ἐπὶ τοῦ βασιλείου σκήπτρου καθεζόμενος, καὶ μονονουχὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ νεοττεύων, θεὸς δεῖν δοκῶν, ἢ καὶ τοῦτο τοῦ Γανυμήδους ἕνεκα ἐάσομεν; ἀλλ'

& Actæon, Learchus, homines fuerunt omnium infelicissimi. Ex quo verò tu Iupiter semel illis hanc licentiæ ianuam aperuisti, & cum mortalibus commercium habere cœpisti, omnes tuum institutum imitantur. Neque tantùm dij tui sunt imitatores, sed etiam deæ hac in parte tuum æmulantur ingenium. Quis enim ignorat Anchisen, & Tithonum, & Endymiona, & Iasonem, & complures alios? Itaq; hæc mihi missa facienda videntur: multi enim laboris esset hæc cuncta singulatim reprehendere. IVPIT. *At vide Mome, ne quid* [h] *de Ganymede dixeris. Malè enim me habebit, si adolescentem verbis conturbaueris, affecto contumelia genere.* MO. *Proinde neque de* [i] *aquila quicquam dicturus sum, quòd & illa in cœlo versatur, regio sceptro insidens, ac tantùm non super capite tuo nidificans, & deus esse gestinens; aut illam quoq; in Ganymedis gratiam præteribimus?*

Atqui,

ἀπ' ὀΑττιν, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας καὶ ὁ Σαβάζιος πόθεν ὑμῖν ἐπεσυκοφάνθησαν οὗτοι, ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος, ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν, ὀλίγου τῇ φωνῇ, ὡς τις οὐδὲ ἂν κωφὸς εἴη τις, ξωϊήσει. Ἐπεὶ ἀρὰ οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται, ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν, μακρὰ ὑμῖν χαίρειν ἐπόντες· αὐτοὶ ἀπαθανατίζονται, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν, οὓς ἂν ἑκάστοις λύσωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν περ καὶ Ζάμολξις δοῦλος ἂν παρεγγράφη, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀφλαβῶς. καίτοι ταῦτα πάντα, ὦ θεοί, μέτρια, σὺ δέ, ὦ λιμοπρόσωπε, καὶ σινδόσιν ἐσκεπασμένε Αἰγύπτιε, τίς εἶ, ὦ βέλτιστε, ἢ πῶς ἀξιοῖς θεὸς εἶναι, ὑλακτῶν; τί δὲ βούλεται καὶ ὁ Μεμφίτης οὗτος ταῦρος; ὁ ποικίλος, πῶς κωμῳδεῖται, καὶ χᾷ, καὶ πῶς φύτας ἔχει; αἰσχύνομαι δὲ

Atqui, ô Iupiter, Attis ille, & Corybas, & Sabazius, vnde nobis tandem accersiti veniunt? Aut etiam Mithres ille Medus, qui indumento Persico amictus, & tiara redimitus est, neque Græcam vocem sonans, adeò vt si quis illi nectar propinet, prohibentem non mtelligat? Itaque & Scythæ & Getæ hæc videntes, nobis longum valere iussis, ipsi immortalitate donant homines, suisq; suffragijs deos quoscunque libuerit constituunt, non alia ratione quàm Zamolxis seruilis conditionis homo existens, diuinitatem adeptus est, & deorum numero assciptus, haud scio quo modo nobis imposuerit. At sanè hæc omnia, ô Dij, adhuc mediocria, & aliquo modo ferenda sunt: cæterùm tu ô canino rictu hians Aegyptie, qui sindone amictus es, quisnam esse gloriaris, ô optime, aut quomodo deus esse contendis latrando? Quid autem sibi vult & Memphites taurus ille versicolor, qui & precibus deueneratur, & respondet oraculis, neque non prophetas habet? Pu-

det

ἴβιδας καὶ πιθήκους εἰπεῖν καὶ τράγους, ἄλλα πολλῶ γελοιότερα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ Αἰγύπτου παραβυσθέντα ἐς τὸν οὐρανὸν, ἃ ὑμεῖς, ὦ θεοί, πῶς ἀνήχεσθε, ὁ ῥῶντες ἐπ' ἴσης, ἢ καὶ μᾶλλον ὑμῶν προσκυνούμενα; ἢ σὺ, ὦ Ζεῦ, πῶς φέρεις, ἐπειδὰν κριοῦ κέρατα φύσωσί σοι; Ζεύς. αἰσχρὰ ὡς ἀληθῶς ταῦτα φῂς τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ὅμως δ' οὖν, ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αὐτῶν αἰνίγματα ἐστι, καὶ οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾷν, ἀμήνυτον ὄντα, Μῶμ. πάνυ γοῦν μυστηρίων, ὦ Ζεῦ, δεῖ ὑμῖν, ὡς εἰδέναι θεοὺς μὲν, τοὺς θεοὺς, κυνοκεφάλους δὲ, τοὺς κυνοκεφάλους. Ζεύς. ἔα, φημὶ, τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ἄλλο τὲ γὰρ περὶ τούτων ἐπισκεψόμεσθα ἐπὶ σχολῆς. σὺ δὲ τοὺς ἄλλους λέγε. Μῶμ. τὸν Τροφώνιον, ὦ Ζεῦ, καὶ ὃ μάλιστα με ἀπρπνίγει, τὸν Αμφίλοχον, ὃς ἐναγοῦς ἀνθρώπου, καὶ μυτραλοίου υἱὸς ὢν, θεσπιῳδεῖ ὁ γενναῖος ἐν Κιλικίᾳ, ψευδόμενος

det verò me ciconias percensere, & simias, & hircos, atque his longè absurdiora, quæ nescio quomodo eâ Aegypto in cœlum vsque conscenderunt. Illa itaque, ô Dij, quomodo sustinetis, æquali vobiscum honore aut etiam ampliùs adorari? Aut, tu Iupiter, quo ferre potes animo, posteaquam arietis cornua tibi produxerint? MOM. Turpia profectò sunt quæ dicis de Aegyptijs: attamen pleraque illorum in se mystica complectuntur ænigmata, quæ non prorsus à prophanis deridenda sunt. IVPIT. Planè nobis, Iupiter, opus est mysterijs, vt deos, deos esse cognoscamus: & caninis capitibus præditos, canes esse intelligamus. IVPIT. Mitte de Aegyptijs in præsens dicere, nos verò de his aliàs per ocium deliberabimus. Itaque alios, si qui notandi super sunt, adducito. MOM. Trophonium, ô Iupiter, & quod me præuocat, Antilochum ille, inquam, scelesti & matricidæ hominis filius vaticinatur in Cilicia, multa impudenter emen-

νος τὰ πολλὰ, καὶ γοητεύων τοῖν δυοῖν ὀκολοῖν ἕνεκα. τοιγαροῦν οὐκ ἔτι σὺ, ὦ Ἄπολλον, εὐδοκιμεῖς, ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος, καὶ πᾶς βωμὸς χουσμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ, καὶ στεφάνους ἔχῃ, καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς ἰᾶσθαι τοὺς πυρέττοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ· καὶ Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πρωτεσιλάῳ καταντικρὺ ἐν Χερρονήσῳ· ἀφ' οὗδ' οὖν τοσοῦτοι γεγόναμεν, ἐπιδέδωκε μᾶλλον ἡ ἐπιορκία καὶ ἱεροσυλία, καὶ ὅλως, καταπεφρονήκασιν ἡμῶν, εὖ ποιοῦντες, καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν νόθων καὶ παρεγγράπτων. ἐγὼ δὲ καὶ ξένα ὀνόματα πολλὰ ἤδη ἀκούων, οὔτε ὄντων τινῶν παρ' ἡμῖν, οὔτε συστῆναι ὅλως δυνα μένων, πάνυ, ὦ Ζεῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις γελῶ. ἤ που γάρ ἐστιν ἢ πολυθρύλλητος ἀρετὴ καὶ φύσις,

tiens, & duorum obolorum gratia præstigijs incantans homines. Quocirca non amplius tu Apollo ob vaticinij prædicationem haberis in precio, sed iam omnis lapis & quauis ara responsa dat oraculum petentibus, dummodò [k] oleo perfusa fuerit, & coronas habuerit, & homine præstigiatore abundauerit, cuiusmodi iam permulti sunt. Iam etiã Polydamantis athletæ statua medetur febre laborãtibus in Olympia, & [l] Theagenis in Thaso. Quin Hectori quoque sacra faciunt in Ilio, & eregionè Protesilao, nempe in Cherroneso. Et quo igitur in tantum numerum subinde aucti excreuimus, magis in vsu fuit periuriũ & sacrilegium, & omninò nos despectui habere cœperunt rectè facientes. Et hæc quidẽ de nothis & supposititijs dicta esse volui. Cæterũ ego & peregrina nomina permulta audiens eorum qui neq; degũt apud nos, neq; vllo modo possunt esse, admodum, ô Iupiter, propter hæc rideo. Vbi enim gentiũ est multis modis iactata illa virtus, & natura,

φύσις. καὶ ἁμαρμένη καὶ τύχη; ἀνυπόστατα καὶ ἰσχνὰ πραγμάτων ὀνόματα ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων, τῶν φιλοσόφων ἐπινοηθέντα, καὶ ὅμως αὐτοσχέδια ὄντα, ἅτω ζεύς ἀνοήτους πέπεικεν, ὡς τι οὐδὲν ἡμῖν δόξει θύειν βούλεται, ἥλως ὅτι λαμπρὰς ἑκατόμβας παρασκευῇ, ὅμως πλὴν τύχαι πράξωμεν τὰ μεμοιραμένα, καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἐκάστοις ἐπικεκλώσθη. ἥδεως ἂν οὖν ἐροίμην σε, ὦ Ζεῦ, εἰ τοιαῦτα ἦν ἀρετὴν ἢ φύσιν ἢ εἱμαρμένην· ὅτι μὴ γὰρ καὶ σὺ ἀνέκειτο ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων ἀκροάσεσιν, οἶδα, εἰ μὴ καὶ λωφός τις ἦ, ὡς βούλωμαι αὐτῶν μὴ ἐπαίειν. ποῖα ἔστι ταῦτα ἃ ἔφην, καταπαύσω τὸν λόγον· ὁρῶ γὰρ τοὺς ποσὶ ἀνθρώπους μοι λίαν συχνοὺς, καὶ συείροντας, ἐκείνους μᾶλλον, ὧν ἐπαφὴ καὶ παῤῥησία τὸν λόγον πέρας γοῦν ἔθηκας, ὦ Ζεῦ,

natura, & fatũ, & fortuna, intoleranda & vana rerũ vocabula ab inertibus hominibus philosophiæ titulo semevenditantibus excogitata? Quæ quanquam ipsorum cõmenta sunt, sic tamen simplicium animos peruaserunt, vt nemo ampliùs nobis sacrificare dignetur, certò persuasum habens, quòd etiãsi infinitas hecatõbas nobis obtulerit, fortunam tamen nihilo secus ea facturam, quæ à fatis decreta sunt, & quæ sub initium cuiq; nascentiũ Parcæ fatalib. fusis adneuerint. Perlibenter itaq; te, Iupiter, interrogarem, vbinam gentiũ tibi visa esset aut virtus, aut natura, aut fatũ? Quòd enim & tu talia subinde in philosophorum disputationibus audias mihi dubium nõ est, nisi fortasse quispiam surdis sit auribus, vt eosdem vociferantes inaudire nequeat. Multa equidem adhuc dicenda supersunt, sed finem verborum faciam. Video enim quosdam ob dicta mea dolenter perturbari, & iam sibilare: maximè verò eos, qui orationis libertate tacti sunt. Itaque pro concludenda oratione, si ita sedet, animo tuo, Iupiter

ψήφισμά τι περὶ τούτων ἀναγνώσομαι ἤδη ξυγγεγραμμένον. Ζεὺς ἀνάγνωθι· οὐ πάντα γὰρ ἀλόγως ἠτιάσω, καὶ δεῖ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐπισχεῖν, ὡς μὴ ἐπιπλεῖον ἂν γίγνηται.

decretum quoddam de illis iam conscriptum legam. IVP. Recita. Neq; enim omnia absurdè aut de nihilo reprehendisti Et sanè multa ex illis inhibenda & coërcenda sunt, ne inmensum excrescant.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

MOmus hîc introducitur conuicij & maledicentię ac reprehensionis deus: liuorem ac inuidiam dicere possumus. Hunc Hesiodus in Theog. natum ex nocte cecinit, vnà cum morte, & somno & insomnijs, cæterisque. Hunc inducit Lucianus nec semel taxantem cùm alia, tum deos ipsos: vt minùs mirum sit, & illum sandalia & crepidas Veneris vituperasse, adeò vt inter prouerbia iam Momo locus sit. Apologus ille certè in omnium est ore, Momum reprehendisse Vulcanum, quòd non fenestratū hominis pectus fecisset. quo eius cogitatus planè viderentur, res est nota, præcipuè in nostri Luciani Hermotimo, & hîc. Item in verarū Histor. lib. 2. Momi aūt oratio ad deos habetur in Ioue Tragœdo.

a DIMIDIA parte.] *Pana pedibus caprinis pingunt. Hūc igitur Theocrit.* λαρνακόγυον *vocat: idem est, ac si dicat, qui habet membra seu pedes desinentes in vngulas, vel caprinos. Qui autem Panes à Græcis vocantur, eos Latini videntur, addita aspiratione, Faunos vocace, & si non me fallit Latinorum, vel Aboriginum potiùs quendam regem Faunum fuisse. Panas Mela Aegipanas vocat, Aegipanumq́ue celebratur forma. Homines autem ferebātur esse monstrosi & biformes, mixti ex homine & capro.* b Senex simis narib.] *Silenum intelligit compressæ & simæ naris, qui Bacchi nutritius & pædagogus fuit, qui super asino vehi solitus, ex cuius vitio apud Lucret. lib. 4. excogitata*

cogitata est speciosa in amica excusatio deformitatis, quæ eadem in deo sit, vt prope venustum videri debeat & decorũ, quod in dijs reperiatur, quo omnis labis & turpitudinis expertes habentur: Simula. *inquit,* σιλήνη ac satyra est. c Satyri acutis auribus.] *Non enim (vt opinor) acutis dicit, acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectis auribus, sed in acumen fatigatis atq; collectis. Horat. 2. Car. od. 19.* -& aureis Capripedum Satyrorum acutas. *Hic Hor. vt & multi alij Satyris caprarum tribuit pedes, quos esse Panis potiùs paulò antè Lucian. dicit. Ita dimidia sui parte caper est Pan, vt censet Lucianus. Nonnulli tamen scriptores, Satyros dicunt esse tanquam Silenos & Panas, eosq; ad libidinem & rem veneream admodum propensos esse, Satyrosq; ἀπὸ τῆς σάθης esse appellatos, quæ vel est inflammata rei venereæ cupiditas, vel πέος i. τοῦ ἄῤῥενος μορίου. Battus quidem ille apud Theocrit. εἰδ δ. caprarium quendam libidinosiorem, dicit genere & cognatione cum Satyris, aut Panibus esse coniunctum, atque etiam cum illis libidine certare posse. Capripedes autem & Horatius & Lucretius Satyros appellant Lucret. lib. 4.*

Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasq; tenere,
Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur, &c.

Vterque & Lucret. & Horat. epithetum Græcum τραγόποδες expressit. Pausanias in Atticis narrat, se à quodam Ephemo Carede Satyris accepisse, cùm in Italiam nauigaret, se vi ventorum & tempestate abreptum, à recto cursu longè admodum aberrasse, atq; in mare peregrinum & inauditum, in quo denique nauigari non solet, delatum esse: in eo mari insulas esse multas desertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri, & agrestes, & rufi, quibus caudæ non multò caudis equinis minores ad coxas vsque propendêrent: insulas autem illas appellari Satyridas. Plura de Satyrorum profusa libidine scribit. d Ariadnem.] *Ariadne, Minois regis Cretæ & Pasiphanens filia, quam à Theseo in insula Naxo desertam, Bacchus in vxorem accepisse dicitur, eiusque coronam illi à Venere datam, nouem stellis adornasse, atq; inter sydera reposuisse.* e Caue Mome quicq. dix. de Aescul.] *Aesculapius præstantissimus apud veteres Medicus, ob idque pro deo habitus, & ἀσκλήπιος*

Græcis dictus. *f* In Creta sepulchrum tuum.] *In Creta Iouis sepulchrum visum est cum inscriptione: ὁ ζεὺς τῦ κρόνε i. In hoc sepulchro conditur Iupiter Saturni filius.* *g* Adulterandi.] *De Iouis adulteriis, de stupris & alijs eius nefandis & turpibus amoribus ac incestis concubitibus, qui ne à sorore quidem abstinuit. Vide Iliad. Homeri lib. 14. vbi ipse Iupiter eos narrat vxori suæ, quasi re præclarè gesta: Ouidium etiam lib. 6. Metam. & Isocratem in Helenæ laudationem, Pindarum, Lycophronem, Apollonium, & cæteros innumeros propemodum. Apud eundem Lucianum in Dialogo Iunonis & Iouis vxore legitima relicta in terra adulteria exercet. Idem in libro de Sacrificijs, & in Promethei encomio.* *h* De Ganymede.] *Hunc Iupiter in aquilam conuersus rapuisse dicitur. Causæ turpitudinem explicat idem Lucianus in Dialogis Deorum.* i Aquila.] *De Aquilæ præstantia nonnihil agit Pindarus Ode 2. Pythiorum, & Ode 3 Neme. dicitur Ioui esse dicata, tum ob fortitudinem & præstantiam, tum quia altissimè volat, & ad summa aëris loca peruadit. Horatius:*

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui rex deorum regnum in aucis vagas
Permisit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo:
Olim inuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium.

Homerus multis in locis inducit missa à Ioue ostenta per aquilam. *k* Modò oleo perfusa fuerit.] *Ea fuit veterum superstitio, vt simulachra deorum religiosè pieque oleo perfunderent, hunc que cultum superis gratissimum & acceptissimum putarent. Solebant & ad illa circumagi, & vt Græci dicunt, περιφερεσθαι. Hinc Lucret. lib. 5 Rerum naturalium:*

Nec pietas vlla est velatu sæpè videri.
Vertier ad lapidē, atq; omnes accedere ad aras.

Lapidem vocat statuam marmoream iacentem, ad quam voluitabantur. *l* Theagenis in Thaso.] *De Theagene scribit Pausanias in Eliacis, cùm alia, tum quòd eius*

statua ærea collapsa quendam
oppresserit,

ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΓΑθὴ Τύχη.

Μόμου καὶ Διός.

Ἐκκλησίας ἐν νόμου ἀγομένης, ἑβδόμῃ ἱσταμένου ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε, καὶ πρόεδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Απόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν. Επειδὴ πολλοὶ τῶν ξένων, οὐ μόνον Ελλήνες, ἀλλὰ καὶ βάρβαροι, οὐδαμῶς ἄξιοι ὄντες κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς πολιτείας, παρεγγραφέντες οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ θεοὶ δόξαντες, ἐμπεπλήκασι μὲν τὸν οὐρανὸν, ὡς μεστὸν εἶναι τὸ συμπόσιον ὄχλου ταραχώδους πολυγλώσσων τινῶν καὶ ξυγκλύδων, ἐπιλέλοιπε δὲ ἡ ἀμβροσία καὶ τὸ νέκταρ, ὥς τε μνᾶς ἤδη τὴν κοτύλην εἶναι διὰ τὸ κλῆθος τῶν πινόντων· οἱ

DECRETVM BOna fortuna.

Momi & Iouis.

Concilio legitimè coacto, septima die mensis instantis Iupiter consulatum agebat: Neptunus præsidem, Apollo præfectum: Momus scribæ officio fungebatur noctu, & Somnus dixit sententiam: Quoniam multi ex peregrinis non Græci tantùm, verumetiam Barbari, nequaquam digni existentes cœlestis Reipublicæ, communi nobiscum participatione, nothi & subdititij, haud scio quónam modo etiam dij esse contendentes, cœlum angulatim compleuerunt, ita vt symposium tumultuosis turbis plenum sit obstrepente passim diuersilingui & vndique accersita multitudine: defecit autem ambrosiæ & nectaris copia, adeò vt mea iam coëmendus sit sextarius, propter bibentium multitudinem:

οἱ δ' ὑπὸ αὐθαδείας παρωσάμενοι τοὺς παλαιούς τε καὶ ἀληθεῖς θεοὺς, προεδείας ἠξιώκασιν, ἑαυτοὺς παρὰ πάντα τὰ πάτρια, καὶ ἐν τῇ γῇ προτιμᾶσθαι θέλουσι, δεδόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ξυλλεγῆναι μὲν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Ολύμπῳ, περὶ τροπὰς χειμερινάς· ἑλέσθαι δ' ἐπιγνώμονας, τελείους θεοὺς ἑπτά· τρεῖς μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς βουλῆς, τῆς ἐπὶ Κρόνου, τέτταρας δ' ἐκ τῶν δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς τὸν Δία. τούτους δ' τοὺς ἐπιγνώμονας, αὐτοὺς μὲν καθέζεσθαι ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, τὴν Στύγα. τὸν Ερμῆν δ' κηρύξαντα ξυναγαγεῖν ἅπαντας, ὅσοι ἀξιοῦσι ξυντελεῖν εἰς τὸ ξυνέδριον. τοὺς δ' ἥκειν μαρτυρας ἐπαγομένους ἐνωμότους, καὶ ἀπρδείξεις τοῦ γένους. τοὐντεῦθεν δ', οἱ μὲν παρίτωσαν καθ' ἕνα, οἱ δ' ἐπιγνώμονες ἐξεταζοντες, ἢ θεοὺς

sed enim illi qua sunt procacitate & immodestia, dijs veris & antiquis loco motis, semet ipsi primis dignantur accubitibus, præter omnem morem patrium, ad hæc in terris quoque ante alios honorari contendunt: visum est curiæ & populo, vt ad hyberna solstitia cogatur in Olympo concilium. septem autem ad cognoscendum appositi eligantur Dij perfecti: tres quidem ex curia veteri, quæ Saturno regnante constituta est: quatuor autem [a] *ex duodecim, quorum in numero vnus erit Iupiter. Cæterùm qui electi erunt arbitri, ipsi ad cognoscendum causam sessum eant, dicto priùs iuramento legitimo, nimirum* [b] *Styge. At Mercurius proclamato præconio vniuersos in concionem congreget. quicunque in deorum concilium legitimè admitti postulant. Veniant autem illi adductis iuratis testibus, & certi generis iudicijs. Deinde illi in vnum locum commeent: verùm arbitri accuratè expendentes,*

aut

ἢ θεοὺς εἶναι ἀποφανοῦται, ἢ καταπέμψουσιν ἐπὶ τὰ σφέτερα ἠρία, καὶ τὰς θήκας τὰς προγονικάς. ἢν δέ τις ἁλῶ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἅπαξ ὑπὸ τῶν ἐπιγνωμόνων ἐκκριθέντων ἐπιβαίνων τοῦ οὐρανοῦ, ἐς τὸν Τάρταρον ἐμπεσεῖν τοῦτον. ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτοῦ ἕκαστον, καὶ μήτε τὴν Αθηνᾶν ἰᾶσθαι, μήτε τὸν Ασκληπιὸν χρησμῳδεῖν, μήτε τὸν Απόλλω τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ' ἕν τι ἐπιλεξάμενον, μάντιν ἢ κιθαρῳδὸν, ἢ ἰατρὸν εἶναι· τοῖς δὲ φιλοσόφοις προειπεῖν, μὴ ἀναπλάττειν καινὰ ὀνόματα, μηδὲ ληρεῖν περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν. ὁπόσοι δὲ ἤδι ναῶν ἢ θυσιῶν ἠξιώθησαν, ἐκείνων μὴ καθαιρεθῆναι τὰ ἀγάλματα, ἐντεθῆναι δὲ ἢ Διὸς ἢ Ηρας ἢ Απόλλωνος, ἢ τῶν ἄλλων τινός. ἐκείνοις δὲ τάφον χῶσαι τὴν πόλιν, καὶ θύλην ἐπιστῆσαι ἀντὶ βωμοῦ. ἢν δέ τις παρακούσῃ τοῦ

aut deos illos declarabunt, aut ad sua sepulchra & maiorum tumulos ablegabunt. Si verò quispiam ex obscuris & reprobatis comprehensus fuerit, & semel ab arbitris condemnatus in cœlum ascenderit, ille per præceps in Tartarum corruat. Præterea quisque exerceat sua commercia, neque Minerua rei medicæ intenta sit, neque Aesculapius dandis oraculis vacet aut seruiat, neque Apollo tanta soli sibi obeunda vendicet, sed vna re quapiam electa, aut vatem aut citharœdũ, aut medicum agat. Porrò autem philosophis dicetur, ne noua subinde fingendo comminiscantur nomina, neque de ijs quorum imperiti sunt, nugentur. In quorumcunque autem honorem aut cultum templa aut sacra constituta sunt, illorum imagines subuertantur, earumque loco, aut Iouis, aut Iunonis, aut Apollinis, aut alterius cuiuspiam erigatur. Illis autem vrbs congesta terra sepulchrum accumulet, & aræ loco statuam reponat. Quòd si

τοῦ κηρύγματος, καὶ μὴ ἐθελήσῃ ἐπὶ τοῦτ' ἐπιγνώμονας ἐλθεῖν, ἐρήμῳ αὐτοῦ καταδικαστήσαντων. Ζεύς. τοῦτο μὲν ὑμῖν τὸ ψήφισμα δικαιότατον, ὦ Μῶμε, καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα, μᾶλλον δὲ οὕτω γιγνέσθω· πολλοὺς γὰρ, οἶδ' ὅτι ἔσονται οἱ μὴ χειροτονήσοντες· ἀπὸ νῦν μὲν ἄπιτε, ὁπόταν δὲ κηρύξῃ ὁ Ἑρμῆς, πάντες κομίζοντες ἕκαστος ἐναργῆ τὰ γνωρίσματα, καὶ σαφεῖς τὰς ἀποδείξεις, πατρὸς ὄνομα καὶ μητρὸς, καὶ ὅθεν καὶ ὅπως θεὸς ἐγένετο, καὶ φυλὴν καὶ φράτορας· ὡς ὅς τις ἂν μὴ παράσχηται, οὐδὲν μελήσει τοῖς ἐπιγνώμοσιν, εἰ νιόν τις μέγαν ἐπὶ γῆς ἔχει, καὶ εἰ οἱ ἄνθρωποι θεὸν ἀντεῖν νομίζωσιν.

quis præconiò dicto audiens esse noluerit, arbitrorumq; examen & censuram subire recusârit, ille indicta causa condemnetur IVP. Iustissimum equidem decretum est illud, ô Mome: & qui suffragatur huic, manum protendat. Atqui potius ita fiat. Complures enim nouî futuros, qui sua non sunt adiecturi suffragia. Verùm in præsens abite. Cæterùm in concionẽ accersiti à Mercurio venite, adferentes vnusquisque cognitiones claras, & manifestas comprobationes, matris & patris nomen, & vnde oriundus sit: tum quomodo diuinitatem adeptus sit, ad hæc tribum quoque & curiales. Verumenimuerò qui præstò non fuerit, parum curæ erit arbitris, tametsi ille in terris ingens delubrum habuerit, ac homines eundem deum esse existimauerint.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a EX DVODECIM.] Duodecim erant dij selecti, qui maiores Gentium dij vocabantur. Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Ve-

ves, Venus, Diana, Iupiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo. b Stygę.] *Styx fluuius infernalis à poëtis fingitur à mœstitia dictus, quem à superis manare nonnulli sentiunt, inter quos est & Statius, dum canit:*

Est Phenęos nigro Stygę mittere credita Diti.

Stygiam autem paludem iurare grauissimum dijs insiurandum, Odyss. 5.

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. *SATVRNALIA.*

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

SAturnalia, festa Romæ fuerunt in honorem Saturni institutа, quæ mense Decembri, initio à decimosexto calend. Ianuarij facto, per proximos dies septem peragebantur. In ijs neque bella gerenda suscipiebantur, neque pœnæ à nocentibus sumebantur, sed licebat seruis, pileatis (quod signum libertatis erat) per vrbem liberè vagari, atq; aleæ vacare, & cum ipsis dominis etiam cibum capere. Pauperes autem à diuitibus conuiuijs quoque accipiebantur, ijdemq; inter se dona mittebant: quorum quæ mittebantur, xenia: quæ verò referebantur, apophoreta vocabant. Id quod cùm ex alijs scriptoribus, tum ex Martiale præcipuè apparet, qui postremos suos libros illorum titulis inscripsit quoque. Quoniam igitur tum (vt est verisimile, omniaque in deterius abeunt tempore) pauperes à diuitibus non eodem modo vt à principio, æqualiter accipiebantur, vinoque alij viliore, atque epulis vix dum gustatis, semiesiuni & esurientes interim è conuiuio discedebant: deinde neque munera eodem precio, quo olim, referebat. occasionem inde sumpsisse Lucianus videtur, vt consuetudinem illam pro suo iure ac modo exagitaret, atque hæc, tanquam & ipsa Saturnalicia quædã munera, legẽda proponeret. Quanquã neq; hic ab ingenio suo quicq; recedit, pariterq; & deos & homines more suo incessit.

Nam

Nam Saturni fabulam neq; perſequitur, & vecordiam ipſius coarguit, vt qui pro liberis ſaxa deuorârit, & compedibus vinctus degat, à Ioue regno depulſus. Et Iouem ipſum accuſat, vt qui citra delectum & inæqualiter bona fortunasq; hominibus diſtribuat, malos euehendo, & contrà bonos deprimendo. Atque hæc ſummatim per tota Saturnalia tractantur. Cæterùm primo hoc Dialogo ritum & originem ſacri huius potiſſimùm tradit, ficto Sacerdotis & Saturni colloquio, quorum alter quidem diuitias à Deo poſtulat: alter autem dum diuitias largiri, ſuæ poteſtatis eſſe negat, interea quatenus ipſe regnet, & quid præſtare ſoleat, denique cur hoc feſtum inſtitutum ſit, exponit, refutata interim etiam fabula quæ de liberis deuoratis, & amiſſione regni, & captiuitate ipſius vulgò iactatur. In ſequenti autem Chronoſolone, leges Saturnaliorum conſtituit, primam videlicet de ritu ac modo peragendi feſti, & de ijs quæ in eo agere fas ſit. Secundam de accipiendis atque tractandis pauperibus, deque muneribus à diuitibus ijſdem mittendis. Poſtremam de modo & ratione conuiuiorum, quæ apponi videlicet debeant, & quantum à quoque bibi, & quouſque ludo vtendum ſit. Et hæc omnia cum longa præfatione, qua legibus hiſce authoritatem à perſona & mandato ipſius Dei parat. Inſcribi ur autem Chronoſolon, vt videtur, ab exemplo quòd eodem modo & apud Athenienſes olim Solon ille leges dictauit. Poſt hæc in epiſtolis, in prioribus quidem de mutandis rebus, & inſtituenda æqualitate agitur. Nam pauper quiſpiam petit à Saturno, vt cum diuitibus agat, quo depoſitis in medium opibus, ex æquo ſe quoque frui illis patiantur, aut certas vtique veſtes & pecunias, & cætera ad feſtum peragendum pauperibus mittant. Primùm quia abſurdum & inconueniens ſit, ita inæqualiter agere: deinde quòd contra vetus exemplum, quo Saturni temporibus omnia æqualia fuiſſe perhibeantur: addita etiam collatione diuitum, & hypotypoſi quadam

